9 De cauſa matrimonij, vt vinculum eſt. Qualis conſenſus requiritur, Vt præſtetur liberè abſque metu?

10 De conſenſu voluntario, id eſt, ſine errore perſonæ, aut conditionis ſeruilis: De impotentia quadam ſenis vel ſpadonis, & debilium.

11 De conſenſu ficto deceptoris, aut dubio: De hæretico errante circa ſubſtātiam matrimonij. Quę verba futuri habeant ſenſum de præſenti, & è contrario?

12 Oportet conſenſum de præſenti eſſe abſolutum, ſine conditione ſuſpendente.


## De ſponſalibus.


13 De nomine, definitione, materia, forma, effectu, De impedimentis ritu ſponſalium & nuptiarū. de ætate quam malitia ſupplet.

14 Quibus modis ſoluantur ſponſalia?

15 Bonis tribus excuſari ſtatum matrim. ſed actus excuſatur duplici bono. Quando dicatur conſummatum? De primo bono ſacramenti.

16 De vſu clandeſtini validi. De circunſtantijs loci ſacri, & temporis feſti. De modo inordinato copulæ.

17 De. 2. bono fidei, quod violatur per adulterium aut inceſtum. De cauſa diuortij: vt adulterio hæreſi.

18 De ſecundarijs obligationibus mariti & vxoris ex bono fidei.

19 De bono tertio prolis. De obligatione parentum educatione, inſtitutione, & collocatione in ſtatu.

20 Illegitimus quomodo legitimetur? Quo remedio filius ſacerdotis ad bona patris admittetur?

21 De natis ex adulterio, inceſtu, &c. De filio naturali.


## Liber duodecimus, de impedimentis Matrimonij.


Cap. 1. Impedimenta quo iure & poteſtate ſint inducta?

2 De his quæ impediunt matrim. & non dirimunt

3 Irritantis impedimenti diſpenſatio reſeruatur Papæ. Quando poſsit Epiſcopus aut legatus? De cauſa diſpenſationis. & an ſit explicanda in impetratione?

4 Ordo impedimentorum, quæ immediate inhabilitant perſonas.

5 De profeſsione & ſtatu religioſo in Societate Ieſu. De ordine ſacro.

6 Ligamen alterius coniugis viuentis, ſeu Poligamia. Sed ſi probetur abſens obijſſe, licebit tranſire ad ſecundas nuptias.

7 De impotentia ratione ætatis in puero vel ſene. De frigidis, vel nimia caliditate.

8 Spado contrahere non poteſt. De maleficiato: & de impotentia reſpectiua inter duos.

9 De impedimentis reſpectiuis, & primo de conſanguinitate.

10 De affinitate triplici. De impedimento publicæ honeſtatis ex ſponſalibus.

11 De cognatione ſpirituali.

12 De cognatione legali.

13 De diſparitate cultus.

14 de impedimento criminis.

*Errata Text. libri. 8. & .9.*

PAg.693.col.2.lin. 13. dele. ad.pag.710.col. 2. lin.35.leg,communi.pag.751.col.1.li. 39.gratias.le.gratiæ.pag.776.col.1.li.26.ſacricio, leg.ſacrificio.pag.821.col.2.lin.6.hortis.leg.horis.

*Errata Gloſ. libri. 8. & .9.*

PAg.617.col.2.li.4.conſeri.le.confert.pag. 756. co.2.li.38.buiit gnem.le.buit ignem. pag. 760. co.2.li.30.leg. Sixtus.pag.762.co.2.li.36. ſc. le. ſic pa.866.co.1.li.4.miſemimi,leg.miſeremini.

Concordat cum originali à fol.600.vſq; ad fol.878.(his duntaxat erratulis exceptis)in cuius rei teſtimonium hæc ſubieci, ſubſcripſiq;.Dat.Salman.28.menſis Auguſti.anni.1591.

Regius Corrector, &c.

*Emanuel Correa de Monte negro.*

# Partitio totius operis.

OMNIS quę de morum doctrina quęſtio proponitur, ad vnum ex quatuor capitibus, quæ his tomis perſequimur reuocatur. Primo quæri ſolet, vtrum aliquid tanquam ratio quædam medij interni aut externi, ad finem æternamq; hominis fœlicitatem neceſſarium ſit. Sic ſacramenta quædam reipſa aut in voto dicuntur præ ceteris neceſſaria. Deinde an exigatur tanquam lex aut præceptum, ita vt illud violans obligetur ſub reatu peccati: quod eſt cōtra ipſum Deum, aut vt præclarè definit Auguſtinus, contra legem æternam Dei. Tertio an cū illa legis æternæ obligatione, quædam erga proximos obligatio coniungatur, quæ hominē reddat reſtitutioni aut ſolutioni obnoxium. Quarto deniq; de quadam obligatione, qua homo ſpiritualibus pœnis, cenſuris, aut alijs impedimentis ligatus ſubijcitur. De iſtarum quęſtionum diſtincta ratione, dicemus lib. 7. fine. Et cur præpoſtero quodam modo ordine de ijs ſermonem inſtituimus, vt doctrina ordini executionis accommodetur. Nam librum de fine hominis, & medijs internis, qui primus eſſe debuerat, poſt ſacramēta collocamus: & ſymboli explicationem in finem libri de Sacrificio Miſſæ reiecimus, vbi multa de Deo rerum omnium cauſa ac fine explicantur. Deinde de medijs externis & corporalibus, quæ ſunt ſacramenta agimus priuſquam de ſpiritualibus: quod nobis notiora & præcęteris neceſſaria ſint: Et inter ſacramenta numeratur Baptiſmus, qui eſt ſacramentorum, & Chriſtiani inſtituti Ianua: de quo primum fideles adulti inſtitui ſolent.

*Libri qui hoc volumine continentur.*


De Sacramentis in genere.
De Baptiſmo.
De Confirmatione.
De extrema Vnctione.
De Pœnitentia. *Libri tres.*
De Indulgentijs & Priuilegijs.




# LIBER PRIMVS DE SANCTISSIMIS ECCLESIÆ SACRAMENTIS IN GENERE.

*Fontes & autores ex quibus doctrina huius libri deſumitur.*

DE ſacramentorum materia præter Dei illorum autoris autoritatem in ſacris literis, definiūtur multa in concil. Florent. ſub Euge. IIII. ſeſ. vlt. & Trid. ſeſ. 7. D. Thom. 3. p. a. q. 60. veteres & recent. Theolog. cum Mag. 4. d. 1. vbi Soto Palac. Ledeſ. à princ. ſuę. 1. p. add. Hugo de ſanct. Victo. tom. 3. lib. de ſacram. Alex. alen. & Altiſio. 4. p. ſummæ. de quo titulo ſcribunt Victor. Fr. Bart. Ledeſ. & Candelabrum aureum, ſicut & ſummiſtæ. Cai. Angel. Sylue. Tabie. Armil. idem Sotteall. in ſumma Concil ver. ſacram. Aſten. li. 4. ſumm. tit. 1. Ant. 3. p. tit. 1. 14. & 17. Naua. c. 22. à nu. 1. Viguer. inſtit. c. 16. Ferrar. 4. cont. gent. c. 56. Canorele. de ſacram. P. à Soto de inſtit. ſacerd. lect. 7. Catechiſtæ, vt Pius Pap. V. Caniſius, Hoſi. Sonnius. contra hæreticos ſcribunt Vvald. to. 2. de ſacram. Roffen. ar. 1. Taper. ar. 1. Cōtarenus. & Alanus, tract. de ſacram. Ekius, to. 4. hom. de ſacram. Lindan. li. 4. Panopl. Latomus cont. Luther. Henricus VIII. Rex Angliæ de ſacram. cont. Luther. Horantes in loc. cōmun. li. 3. c. 32. Sander de viſib. monarch. Hiero. Torren. lib. 3. cōf. Aug. c. 1. Caſtro, de hæreſ. verb. ſacram. ſuper quem Feuardus, Bellar. to. 2. lib. de ſacram. & Patres, vt Ambro. lib de ſacram. Cyril. Hieroſoly. in catecheſi, & alij de baptiſmo, vt Tertull. lib. de baptiſmo, & de Coron. milit. Cyprian. lib. 1. epiſtol. 12. & alij paſsim, de quibus ſuo loco. In decretal. tit. de ſacram. non iter. tit. de ſacra vnct. tit. de bapt. c. ad ablolendam, de hæret. apud Grat. de conſecr. d. 4. de baptiſmo. idem agit. c. nihil. de conſ. d. 2. c. multæ & alijs. 1. q. 1. Ant. Cucchus in ſuis inſtitut. Maior tit. 5. de ſacram.

## CAPVT I.

De intentione & partitione huius libri.

§.1. *Declaratur intentio operis, vt hæc pars Theologiæ practicæ ſit de fine hominis, & de medijs neceſſarijs. Commendatur doctrina B. Thom.*

2 *Diuiditur primus lib. in. 7. partes.*

3 *Probationes in hac materia Theol. ex quibus locis ſumantur.*

4 *Verbis proprijs loqui debet Theologus, vt vitet periculum & ſuſpicionem erroris.*

5 *Ad quinque putridos fontes reducuntur errores contra ſacramenta in communi.*

a MAteria, circa quam ſacra Theologia verſatur, dici ſolet res & [a] ſigna, vt ſupernaturali lumine & reuelatione cognita ad Deum & diuina quædam pertinent: obiectum vero ſcien-
b tiæ Theologiæ eſt [b] Deus, de quo demonſtrat propria attributa & effectus, & declarat proprietates perſonales. De rebus diuinis cum ſumma rerum copia agunt ſpeculatiui Theologi, præſertim B. Thomas, cuius eximiam probatamq; doctrinam ſe-
c quemur, [c] quam in poſtrema ſuorum operum parte ſenior digeſsit. Hic enim vt nihil temere & ſu-

*Gloſſa in qua citantur loca & autores.*

a DOct. [a] cum Magiſt. 4. d. 1. vbi D. Thom. Alber. Bonauent. Richa. & alij paſsim. Alex.
b quæſt. 1. [b] Deum eſſe ſubiectum Theologiæ de quo demonſtrantur attributa, & effectus proprij D. Thom. 1. p. q. 1. a. 7. & differt à Theologia naturali ſeu metaph. quia hæc Theolog. ex creditis lumine ſupernaturali fidei procedit art. 1. ad. 2.
c [c] Diuus Thom. obijt quinquagenarius. Pius V. in lect. Breuiarij die. 7. Mart. ex Garzone. & Ant. 3. p. hiſt. tit. 23. c. 7. §. 11. quamuis Sixt. lib. 4. Bibliot. ver. Thomas, cum Tritem. tribuat annos tantum. 48. qua ætate ſenex dici non debet: & hi ſcribunt multa de eius laude, & doctrina. quam doctrinam vniuerſaliter approbat Vrban. Papa V. & Stephan. Epiſcop. Pariſ. referunt Gerſ. tract. de ſex grad. verit. cath. alph. 14. G. Abulen. 2. p. defenſor. c. 81. 82. Syslueſt. verb. index. 2. § 5. Ad fin. Ferr. 2. cont. gent. c. 93. fin. Soto. d. 8. q. vni. a. 6. Ledeſ. 2. p. q. 84. a. 1. Cord. li. 1. quæſt. q. 37. ad fin. tanquam doctrinam perutilem Eccleſiæ, in qua aut certa, aut quæ probabilius ad res fidei accedunt, ſemper ſequitur, & quam inſignium Theo-

peruacuè docet, ita nihil eſt in eo quod requiri aut deſiderari queat: ſic miro cōpendio cūcta cōprehendit, non tantū Theologiæ propria, verū & aliarum facultatū huic ſubminiſtrantium. & nobis Latinis pia æmulatione inuidens Demetrius Græcus, in ſuorū, ideſt Gręcorū, theſauros tranſtulit magnā ſummæ B. Th. partē, ſimul cum ſumma quā ędidit contra gentes. [d] Nos de altera Theologiæ parte quæ ad praxim accommodata eſt, agere inſtituimus: [e] & primū de ſignis, ac ſacris verbis quibus ſacramenta conſtāt: cū hæc ſint præcipua externa media quib' Chriſtus ſeruator noſter cōtendit nos deducere ad beati finis cōſecutionem. [f] De fine hominis non eſt opus in principio agere, ſatis enim eſt ipſum eſſe vt rem per ſe notam ſupponi à fidelibus: in quo autē cōſiſtat, quòd ea tractatio fere tota ſpeculatiua ſit, dicemus poſtremo loco poſt ſacramēta: & de medijs internis quibus ſimul finem hunc, qui vltimus in executione eſt, conſequamur.

2 Vt ordinate procedamus antequam ſeorſim de ſingulis ſacramentis agamus, præmittimus generali tractatione de ſacramētis. 1. de ſacramenti nomine, & de illius formali ratione: de cauſis extrinſecis, vt de efficiente & inſtituente ſacramētū: & de vtilitate, ſeu neceſsitate quæ ſumitur ex cauſa finali. Deinde de numero & ordine quem inter ſe ſacramenta ſeruant. 3. de forma, materia, & miniſtri intentione quibus cauſis intrinſece conſtat eſſentia ſacramēti. 4. de ritu & ſolēni cæremonia, qua ſolet cōferri: id enim eſt accidēs extra eſſentiā ſacramenti. 5. de proprijs effectibus: de modo, ſeu de dignitate & efficaci virtute actiua qua ſacramenta Chriſti excedunt vetera. 6. de ſuſcipientibus, & illorum digna diſpoſitione, vt fructum ſacramenti percipiant. Tandem de cuiuſque ſacramenti proprio miniſtro, qui ſacramentum efficit: de pręparatione vt digne pręſtet officium, & à quali miniſtro petenda ſint ſacramenta.

3 Cū materia hæc ſit maximè ſupernaturalis, & inſtitutio ei' pēdeat ex ſolo diuinæ volūtatis arbitrio, argumētū Theologicū, [g] & probatio

log. caterua acceptat. Hiero. Balbus lib. de Coronat. Imperat. p. 28. dicit, nemo ſine hæreſis ſuſpicione poteſt diſſentire à doctrina D. Tho. quod tamen temperat Nauar. in c. nouit. de iudic. not. 3. n. 49. ſic doctrinam B. Cypri. & Hiero. probat Gelaſ. Papa c. ſancta Romana 15. d. non tamen ita, vt in omnibus fidem faciat Coua. 4. varia. cap. 16. [d] refert Sixtus. & Tritem. ſup. quę verſio Gręca ſeruatur nunc Venetijs in bibliot. Marcian. ſic Tertull. apol. ꝓ Chriſtian. conuertit quidam in Græc. refert Niceph. 2. hiſt. c. 8. & dialogos B. Grego. fecit Græcos Zachar. Papa ꝓpter quod Dam. & Euthym. & alij Græci eos lib. citāt ſub nomine Gregor. dialog. cū tamen ipſe Greg. epiſ. ad Euſeb. fateatur ſe nunquā Græcè didiciſſe. Paſtoralia eiuſdem Greg. vertit in Græc. Anaſtaſ. epiſ. Antioch. & Sophron. Latinam editionem, quam ex Hebræo fecit Hiero. vertit in Græc. & ob id multi ex Gręc. citant eā ſub nomine Hiero. refert Procop. in collectan. ſuper octateuc. Sixt. lib. 4. ver. Sophron. & idem vertit in Græcū, lib. Hieron. de eccleſ. ſcriptor. Bardeſanis ſcripta Syriaca verterunt in Gręcum eius auditores. Nicepho. 4. hiſt. c. 11. [e] Recto ordine agendum eſſet primū de fine hominis, deinde de medijs internis, vt ſunt actus fidei, caritatis & pœnitentiæ: ſed congrua ratione cœpimus à ſacramentis, ne quidam minus Theologi deterrerentur à lectione libri. Quatuor ſunt genera obligationis, quæ pertinent ad mediū ſalutis. 1. quæ præter rationem præcepti dicuntur medium neceſſarium ad finem. 2. eſt obligatio aliarū legum & præceptorum. 3. quando cum præcepto concurrit obligatio ſoluendi debitum, aut reſtituendi. 4. obligatio ad pœnam, præſertim eccleſiaſticam. & de his ſuo ordine agere inſtituimus in hac ſumma Theologiæ moralis. [f] Inter media ſalutis ſacramenta obtinent principem locum, & pertinent ad ſtudiū Theolog. 1. quia ſunt ſigna nō tantum virtutis diuinæ, ſed ipſius etiam Dei abſconditi: & eximij effectus, quibus ad diuinorum cognitionem manuducimur. Deinde quia præ cæteris, ſunt media maximè neceſſaria, vt pote ſine quorum virtute & voto nullum medium, nec actus caritatis & pœnitentiæ eſt efficax ad iuſtificationem impij, & ſalutem. Sacramenta dicuntur ſigna, quia ſunt accidentia, vt ablutio, vel ſpecies Euchariſtiæ, & ita diſtinguuntur cōtra res, id eſt ſubſtantias, vt in proſa miſſæ de corpore Chriſti ex D. Thom. ſub diuerſis ſpeciebus, ſignis tantum & non rebus. & ita Theolog. agunt de rebus & ſignis diuinis. [g] Cano, ſcripſit lib. de locis Theologic. & . 10. locos numerat libro. 1. capitulo. 3. ſed impropriè vocat locos: locus enim eſt ſedes argumentorum, vt lapidicina, & aurifodina locus vnde lapides ſecantur, & aurum effoditur, ſic Ariſtotel. Cicero. Quintilian. & noſter Cyprianus, vocant locos eas ſedes, vnde Dialecticus ſumit probabiles rationes ad omnem ſcientiam, qui proinde loci ſunt communes ſcientijs, & Perion. edidit duos libros de topica Theologia. Cano, bene tractat quam vim quiſque locus habeat, non tamen praxim & vſum illorum, quia fuit morte præuentus, & ex primis quinque ſumuntur principia Theologiæ, quibus eius concluſiones probantur de fide: deinde ſextus & ſeptimus locus ex autoritate Patrum, & Theologor. Scholaſtic. probat quidem ex proprijs, ſed probabiliter. reliquis tribus locis, vt ratione naturali, autoritate philoſophorum, & humana hiſtoria tanquam alieno, & extraneo argumento probat Theologus ex communibus principijs, tanquam Dialecticus vtens. quare melius Diuus Thomas. 1. parte quæſtione. 1. articulo. 8. ad ſecundum reducit ad tres locos. primus eſt ex autoritate diuina, ſecundus ex humana autoritate proprij inſtituti, aut alieni, tertius ex ratione naturali.

h Cano



naturæ ſacramentorum conſentanea, [h] ſumitur præcipue ex ſacræ ſcripturæ libris canonicis, [i] & ex generalium conciliorum conſtanti definitione: [k] ex concordi Patrum doctrina, [l] quæ arguit perpetuam traditionem eccleſiæ. [m] Deinde ex Theologorum, [n] & iuris Pontificij conſultorum [o] communi ſententia. Tandem ſequetur rationis obſequium, [p] quaſi hoſpitis & peregrini, vt congruentiam myſterij probet, & coniecturis exponat non eſſe impoſsibile, ſed expediens, [q] quod firmior firmarat autoritas.

4 In hac materia oportet proprie loqui: nullibi enim periculoſius erratur, quam circa fidem explicitam de myſterio Chriſti, & Trinitatis, aut circa fundamenta [r] domus Dei, quæ ſunt ſeptem columnæ [s] ſacramentorum, & tanquam oſſa in corpore eccleſiæ. Domus enim quæ columnis nititur, columnis refici, & inſtaurari ſolet: & eccleſiæ domus Dei quæ ſacramentis fulcitur, per eadem eſt in virtutibus inſtauranda. Diabolus enim callide per hæreticos fidem de ſacramentis demoliri intændit, vt inde progrediatur ad temerandam totam eccleſiæ doctrinam. [t] Errores vero contra ſacramēta in communi, ad hæc quinque capita reducuntur. 1. quidam hæretici ſacramenti vocem parum probāt alij omnino improbant. [u] 2. quidam ore fatentur vocem, virtutem tamen, & efficaciam ſacramentorum abnegantes, [x] quaſi ſint nudum, ſed minime ne-

[h] Cano. lib. 1. c. 2. li. 12. c. 3. & conc. Trid, ſeſ. 4. §. inſuper. ſeſ. 15. &. 18. in ſaluo conduct. ait cauſas fidei terminandas ſecundum ſacram ſcripturam, Apoſtolorum traditiones, probata concilia, catholicæ eccleſiæ conſenſum, & ſanctorum Patrum autoritates. D. Tho. ſup. cō tenti autem erimus allegare quoſdā recent. apud quos legere licet teſtimonia ſcripturæ & Patrū. [i] De ſcriptura ſacra & qui libri ſint canonici. D. Th. 1. p. q. 1. a. 10. Cano. lib. 2. de loc. Dried. li. 1. de eccleſi. dogm. Sixt. li. 1. &. 7. bibliot. Sotteal. ver. libri. Torrē. li. 1. conf. Aug. c. 7. §. 3. ex Aug. 2. doctr. c. 8. & li 18. ciui. c. 36. Couar. 4. var. c. 14. Mich. à Med. lib. 6. de rect. in Deum fid. c. 1. Caſtro. li. 1. de hæreſ. ca. 2. & ſeq. & ver. ſcriptura. Simanc. de cathol. inſtit. ver. ſcriptura. Anto. beuter. annot. 1. &. 2. Bellar. lib. 1. de verbo Dei. à. c. 4. vbi ex Patribus & conc. oſtendunt qui libri ſint Canonici & ſacra ſcriptura. Innoc. 1. epiſ. 3. c. 7. Gelaſ. in Conc. 70. epiſcoporum. habetur. c. ſancta Romana. 15. d. Burchar. lib. 3. ſui decreti. c. 17. Iuo. 4. p. à. c. 64. Cypr. in exp. ſymbſi. Apoſt. can. 84. conc. Laodic. c. 59. Carthag. 3. c. 47. cui interfuit & ſubſcripſit B. Auguſt. Florent. ſub Eugen. 4. Trident. ſeſſ. 4. vbi præ cęteris approbat libros cum omnibus ſuis partibus prout habentur in noſtra Latina vulgata editione. Niceph. lib. 2. hiſt. c. 45. &. 46. [k] Cano. lib. 5. de loc. de quo dicetur lib. de clauibus. & autoritate Papæ & Concil. Bañes. 2. 2. q. 1. a. 10. [l] Cano. lib. 7. & lib. 12. c. 3. Martin. lib. 1. hypot. c. 2. Vvald. in procem. doctr. fid Lyrin. cont. prof. vocum nouit. Caſtro. li. 1. de hæreſ. c. 7. ait. hæreticum eſſe dicere contra dogma in quo omnes Patres conueniunt, quia arguit traditionem Apoſtolicam. & colligitur ex Triden. ſeſſ. 4. dum Patres vnanimi conſenſione explicant locum ſcripturæ. quanuis Cano. lib. 7. c. 3. concl. 6. non expreſsit notam hanc cenſuræ. [m] Cano. lib. 3. cap. 3. & per totum. & lib. 7. ca. 3. lib. 12. cap. 3. Driedo. lib. 2. de libert. Chriſtiana. c. 17. Lyrin. Simanc. cap. 24. Cord. lib. 4. quæſt. q. 1. prop. 6. Med. de rect. in Deum fi. lib. 2. cap. 7. Ayala. lib. de tradition. [n] Cano lib. 8. Sylueſt. ver. probabile. Sylua nuptial. lib. 5. num. 8. Dueñas. reg. 66. temerarium eſt etiam in rebus Theologicis quæ declinant in philoſophiam, recedere à communi conſenſu Theolog. ſcholaſt. quando in re graui proferunt, vt firmam ſententiam. Cano. lib. 8. cap. 4. lib. 12. cap. 11. Cord. lib. 1. quæſt. 17. fo. 161. Abulen. 2. p. defenſo. cap. 83. dum vero tractant de fide & moribus & certo omnes ſcholaſtici aliquid affirmant, proximum eſt hæreſi id negare. Cano. lib. 8. c. 4. con. 3. [o] Cano lib. 8. c. 6. &. 7. vt dum ius humanum diſponit de quibuſdam pijs cæremonijs circa miſſam, aut ſacramenta, ſtatum perſonarum, aut iudiciū, & de pœnis eccleſiaſticis, communis expoſitio & ſententia iuriſperit. omnium, facit magnam fidem Theolog. ius Canonicum de ſacramentis pertinet ad Theologiam practicam. dicit Pelag. lib. 2. de planct. eccle ar. 20. ſed in multis Theologus remittat conſulentes ad iuriſperitos. Cai. ver. confeſſori neceſſaria. [p] Cano. lib. 1. de loc. c. 2. & toto lib. 9. li. 12. cap. 3. &. 4. col. 5. ſic Auguſt. 1. de mor. eccleſ. cap. 21. Clem. Alex. li. 1. &. 5. ſtrom. & apud Euſeb. & hiſtoricos laudantur quidam qui rationibus illuſtrant & defendunt dogmata & ritus Eccleſiæ. Torren. lib. 2. confeſſ. Auguſt. cap. 4. §. 3. [q] Cano. li. 12. cap. 14. ex Tit. 1. oportet doctorem amplecti eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem. ſic Theologi probant decuiſſe vt vna perſona diuina, eaque ſecunda aſſumeret carnem, eamque paſsibilem. [r] Aug. lib. 1. de Trin. cap. 3. quia nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur. [s] Prouerb. 19. ſapientia ædific. domū: immolauit victimas, miſcuit vinum, poſuit menſam, excidit columnas ſeptem. quod de Euchariſtia exponunt Cypri. lib. 2. Epiſ. 3. Auguſt. 17. ciuitat. cap. 20. Albert. magnus. 4. d. 1. columnas exponit de ſeptem ſacramentis. Bellarmi. lib. 1. de miſs. capit. 9. [t] Concil. Trident. ſeſſione. 7. in procemi. Catechiſm. Pij V. de ſacram. Taper. articul. 1. in princip. Caſtro. verb. ſacrament. Prateol. in Elencho. hæreſ. Sebaſtianus medices. & Lindan. in ſumma de hæreſ. Doctores. 4. diſt. 1. vbi Soto, Bellarmi. in procemi. & toto lib. de ſacrament. & alij recent. ſupra citati. [u] Lutherus à principio. deinde Carolſtad. Zuingl. Caluinus, & ſacramentarij. de quibus Taper. articul. 1. Ekius homil. 1. de ſacrament. Bellarmi. 1. ſacrament. Lindanus. libr. 4. cap 4. &. 5. Prateol. dictis verb. contra quos Concil. Trident. ſeſsio. 7. de ſacram. & nos. infr. c. 2. [x] Poſtea Lutherus, Melanch.

Brĕtius, Tilmanus, Kĕniti⁹, & alij quos dānat Tri. can.2.6.7.&.8.& ſeq.& nos inf.c.15.& ſeq.[y] Tri. can.4. nos inf.c.4.[z] Can.5. a ſeſ.6.c.8.can.9.vid. can.12.19.20.29.[b] Zuingl. dānatur. ſeſ.7.can.5. Taper, Ekius. Bellar. ſup.[c] vt Carolſtadius.[d] vt Suinkfeldius.[e] damnat Tri.ſeſ. 7.can.1.inf. c.3.[f] can. 13.inf.c.10.[g] contra q̄d inf.c.2.§.4. &.c.10.& eſt cōtra rationē naturalē: nā & in ſtatu legis naturæ erat ſacramētū ſenſibile.[h] inf. lib. de Euchar. c. 20. §.2.[i k] Lutherus fuit varius de his inf. c. 6. Tri. can. 1.[l] Trid.can. 3.inf. ca. 4.[m] can. 10. inf.c.16.[n] can.11. inf. c.3.&.29.[o] can.12. inf. c.16.

3.p.q.60.a.1.c.3. Ledeſ.1.p.ſui.4.q.1.a.1. Soto. d. 1.q.1.a.1. Aſien.lib.4.tit.1.a.3.fin. Nau.c.22.nu.1. Bellar, dicit placere Caluino & Nicol.2.p. pedago.c. de ſacram.[e] De quo paſsim iuris per. Bart. autho. ſacramenta puberum. C ſi aduerſus venditionem.n.6 conciliator lib. 1. c.13. Briſon. de verb. ſignif. f.527. Budę. ad Pandect. Florē. f.68. Alex. ab Alex. 1. Genial.cap. 20. Higo de antiq. iur. Rom.lib. 1. c.6. & de iure Prouinc. lib.3.cap.7. Couarr. ca. quanuis pactum. 1.p.n. 1.&. 2.[f] Bellar. lib. 1. ſacram. cap. 7. citat Tertul. de præſcript. cap.16. lib. 1. in Marcion. ante med. adde & libro. 4. Cypri. lib. 2. epiſt. 1. &. 3. & lib. 4. epiſt.7. ad Magnum. adde ſerm. de ablutione pedū Lactan. lib. 4. de vera ſap.cap. 17. adde capit. 22. & lib. 3. capit. 26. Hilar. pſal. 121. Hieronym. Ezech. 44. & in Malach. 1. adde Dialog. contra Luciferian. Auguſt. Epiſt. 118. libr. 2. doctrin. capit. 3. adde capit. 19. & ſæpè apud Torren. & alij recent. ſupra. adde Grego. capit. multi. 1. quæſt. 1. Bernar. ſerm. in cœna Domini. Patres in Concilio Lugdunen. Lateranenſ. Florentin. Tridentinum. & vſus totius Eccleſiæ.[g] Cui ſignificationi & in alijs ex prædictis probat Taper. Bellarm. cap. 8. & alij Recent. ritè accommodari vocem, & notionem ſacramenti, vel myſterij.[h] dicetur infra libro de matrimonio. capitul. 2. Epheſios, 5. ſacramentum hoc

ceſſariū,[y] ſignū excitandi & augēdi fidem:[z] qua ſola impie aſſerunt hominem iuſtificari:[a] Sacramentū vero eſſe iuſtificationis iam factæ atteſtationem.[b] Alij eo tantummodo eſſe ſignum externum diſcernēdi Chriſtianū ab infidelibus,[c] quo externus habitus diſtinguit monachum à ſæcularibus. 3. quidam & nomen, & externa ſacramenta omnia negant alicubi extare.[d] qui vero admittunt, negant tamen vllum eſſe à Chriſto inſtitutum:[e] ſed tanquam humanum inuentum reijciūt, & pios ritus ab eccleſia additos contemnere iubent,[f] quaſi ſatis homini ſit ſolo ſpiritu, & ſpirituali remedio viuere.[g] Alij per extremum cōtendunt, putā corpus ſeu humanitatem Chriſti in Euchariſtia contentā eſſe ſimul vbique,[h] vt Deus infinitus adeſt omni loco. 4 Qui admittunt ſacramentum, quidam negant numerum, quaſi vnicum ſit ſacramētum baptiſmi.[i] Alij vel duo, vel tria, vel plura confitentes, variāt in recenſendis his, aut abijciendis quibuſdā illorum, quæ Chriſtus inſtituit.[k] qui autem fatētur ſeptenariū numerum imparem, paria inter ſe ſe faciunt ſacramenta.[l] 5. quidam miniſtrū idoneum omnium ſacramentorum putant eſſe quemlibet etiam laicum.[m] nec requiri intentionē miniſtri.[n] Alij his contrarij negāt ipſum etiā ſacerdotē, aut epiſcopū valide conferre ſacramenta, ſi forte ſit in peccato.[o] Tot monſtris, & tot hæreſum ambitu catholicæ eccleſię de ſacramētis doctrinā oppugnant, & ſalutaria remedia præripere conantur. de quibus ſuccincte & dilucide quantū Dei gratia donare dignabitur, dicere inſtituimus.

## CAP. II.

## De Sacramenti voce, definitione & vnitate.

§.1. *Varia ſignificatio vocis ſacramentum.*

2 *Eam vocem licuit accommodare inſtituto eccleſiæ.*

3 *Definitur, & declaratur definitio ſacramenti.*

5 *Vnum conſtat ex varijs rebus, eſt ſignum, ſed non ens rationis.*

7 *Cur dicitur ſignum & quomodo ſit practicum.*

8 *Significat tria, & vetera fuiſſe ſacramenta ſimpliciter.*

VOx ſacramentū Græcè myſteriū[a] dicit: & à prophanis autoribus accipitur primū, pro quauis re ſacra qua ſacramur,[b] & pro eo q̄ habet ſecretū latens ſub aliquo ſigno ſenſibili:[c] quod ſecretū ex autoritate, & occulta reuelatione creditur fide. deinde paſsim in iure ꝓ iuramēto:[d] atq; ita dicitur ſacramētū militare.[e] Tandē ab eccleſiaſticis viris Latinę linguę peritiſsimis,[f] pro ſigno rei ſacrę: & in omni fere vulgari lingua, vt Hiſpana, Gallica, Germanica &c. nomē hoc illibatū retinetur, fortaſſe propter ſanctiorē autoritatē vocis, atq; ita à catholica eccleſia ob analogiā quandā vſurpatur proprio iure pro ſeptem ſacramentis, quæ occulta myſteria cōtinēt autoritate Dei reuelata.[g] & Apſus ad Eph.5. matrimoniū ſic vocat,[h] ſacramētū

CAP. II.

[a] Vt cōſtat Sap.2. Apocal.17. Eph. 1.3.5. vbi Eraſm. annot. & in chilliad. prouer. ante myſteria diſcedere. Aſinus myſteria portās. Cęlius. li.9. antiq. lect. c.9. Claudius Sainct. d̄ Euch. rep.4.c.3. Bella.li.1. de ſacra.c.8. vn de Aug. de gr̄a & libe. arb.c.17. in id.1.Cori.13. nouerim myſteria, legit ſacramēta. de Etym. myſterij. inf.k.[b] Vt veſtimentū dicitur quo veſtimur Tap. a.1. Ekius ho.1. de ſacra. Bell. Claud. & colligūt ex Varr.li.4. de ling. Lati. & Feſto.[c] Vt Tob.12. ſacra. regis abſcon. Dan.4. ſacramen. ſomnij. Sic myſteriū ſumitur, Matt.13.&.1.Corin.13. & Parabolæ Euang. figuræ veter. teſtament. & occulta quæ habentur in Apocaly. dicuntur myſter. vel ſacramētum.[d] Varr. lib.4. Feſtus. catechiſ. Pij V. Tertul. lib. ad Martyr. Hierony. Epiſ. ad Heliodo. D.Th.



hoc, nēpe q̄d eſt cōiunctio maris & fœminę, ꝓprie vocari ſacramentū, & (magnū eſt) nēpe nūc in præſenti poſtquā Chr̄s euexit matrimoniū, vt ſit gr̄æ ſignū & cauſa. ita exponūt ibi Hier. Chry. Oecum. Amb. Nazian. Aug. 1. de nupt & cōcup.c.10. Bell. li.1. ſacra. c. 7. li. d̄ matr. c.2. catechi. cōc. Tri. ſeſ. 24 c.vn. Taper. art. 18. quia licet Apoſtol⁹ allegat verba Adami eo tēpore dicta quo nondū erat ſacramētum, niſi inchoatiue, vt dicetur lib. de matr.c.2. vid. D. Th. 3.q.61.2. ad 3. ſed mox accōmodat ad matrimoniū ſui temporis, nec dicit fuiſſe, ſed nunc eſſe ſacramentum proprie. contra Eraſ. annot. in Eph. 5. Mart. li.7. hypo.c.1. ex Hiero. in Ionæ.1. & cōtra quoſd. hær.[i] Mag. d.1. D. Tho.1.2.q.102.a.5. & alij DD. Bell.1. ſacra.c.8. & vox Heb. Dan.2. appropriat ſacram. in vſu Hebr. & Chald. neſcitur ex qua radice prodeat, ſic Amb. ſcripſit librum de ijs qui myſterijs initiātur Grec. myſteriū dicit à verb. Myeo, i. initio & conſecro, vnde myſtes. i. ſacrorum antiſtes, qui initiat. Aug. in Leui.q.84.&.15. ciui.c.26. Epiſ 23. Tert. de præſcrip. Hilar. pſal.13. Cyp. ſer. de bapt. Chriſti. Sic forma verborū in ſacram. & Euchariſtia eſt cōſecratoria non cōcionatoria Bellar. li.1. ſacram.c.19.[k] inf. §. 7. lit. N. Clem. Alex. orat. exhort. ad gētes. Euſeb 2. praparat.c. 5. quos Græcè linguæ peritiſsimos ſine cauſa carpit Latinus Sot. d. 1. q. 1. a. 1. quia Clem. loquitur per irriſionē.[l] Sot. Bell. ex Budæ. & alijs in Lexic.[m] Diony. c.1. cele. hiera. Clem. Alex li.5. ſtrom. Cyr. li.7. in Iulia. ad fi. Baſi. de SS.c.27. Aval. de tradi. Can. li.3. de loc.c.3. fundam.4. etiā ex prophanis autoribus, quare Dion.c.3. noluit formā Eucha. exprimere. vid. cit. inf. li. de ſacrif.c.31.§.1.E.[n] Cic 1. Academ. qq. & li.3. de finib. dicit, nouis reb⁹ noua nomina adaptamus. Turria. li.2. pro epiſ. Pont.c.2. &.3. Bellar.1 ſacram.c.7.[o] Sic Patres cōtra hæret. agūt qui nō recipiunt voces in ſcriptura nō repertas.[p] Trāſubſtantiationis vox approbatur in cōc. Late. Vien. Lug. Cōſtā. Tri. ſeſ.13.c.4. can.2. fi. Hoſius inſti.c.17. & tract. de expreſſo verb. Dei. Roff. Apol. pro trāſubſtātia. Tap. a.13. Sāder de veri. corp. dn̄i c.10.11. Claud. de Euch. rep.7.c.1. Caſt. verb. Euchar. hęr.5. Turr. to.1. de Eucha.c.20. Cano. li.12. de loc. c. 8. Bella. lib.3. Euch.c. 19. vſq; 24. quia res ipſa de mirabili conuerſione totius ſubſtantiæ extat apud Patres. vt dicet li. de Eucha c.25.[q] Homouſiō. i. cōſubſtātiale definit filius in ſymbolo cōci. Nicen. refert Niceph. lib.8.c.22. 45. Bella.3. de Eucha. c. 23. & lib.2. de Chriſto. c.1 quę vox priuſerat in vſu apud Patres ſed publice ſtabilita primū eſt in d. cōc. Nice. dicit Aug. 3. cōt. Maxi. c.14. Amb. d̄. fid. cōt. Ariā.[r] Theotocō. i. Dei matrē. cōc. Chalc. act.5. Cōſt. 5. act.4. can. 6. Conſt. 6. act.13. can. & 7. in ſbl. lect. p Mart. epiſ. cān.3. Epheſi.c.11.&. 13. D. Th.3. p.q.35.a.4. Caniſ li.3. Marial.c.20. Dam li.3.c.12. DD. 3.d.4. ibi D. Th. Sco. q. vn. Pala. q.2. cōt. Dur. q.2. negātē ꝓpriè ſic dici.[s] D Th.1.p.q.29.3. ad.2. Can. li.12.c.8.[t] Aug 10. ciu.c.11.&.23. priuato homini nō licet liberis verbis vti, vt faciūt philoſophi. Bell 1. ſacr.c.7. ad fi. Quint.1. inſtit. retinēdā antiqua verba Turr. li.2. pro epiſ. Pōt.c.2.&.3. Simā. d̄ cath. inſt.c.31. à n.28.c.47.n.67.c.50.n.31. Cor. li.4.qq.q 1.ꝓp.6.&.12.[u] Aug. epiſ.178. li.2. doct.c. 11 Baſi.2. cōt. Euno. Hier. vt Heb. Amē, allel. Racca. hoſanna, maranatha, ſabaoth, adonay, & Grec Kyrie eleiſ. Marti 1. hypo.c.6. col.3.& li.2 c. 1.p. 96. Sot. d.1.q.1.a.7. ad 1.& a.8. Bell.2. de verb. Dei c.15 q̄a in interp.70. & apud Ap̄los curārūt nihil mutari d̄ his quę credētes imbuerāt qui primū ex Heb. cōgregati ſunt. inf. li de miſ.c.31 § 7.r.[x] Okā Maior, Richa. 4.d.1.a.2. nec eſt ens rōnis j.§.6.[y] cōc. Tri. ſeſ.13.c.3. D. Th.3.p.q.60.2. Led. q. 1.a.2. Sot. d.1. q.1.a.2. Bell.1. ſacr.c.10.&.11. collig. ex Aug. 10. ciui. c.5. Ber. ſer. de cœna Dn̄i. Vval. to.2.c.20.[z] Catec. Hugo. li.1.p 9.c.2. Bell.c.11.a DD.d.1. Sot. Led quia ſcriptura & Patres vetera vocāt ſimpliciter ſacramētū, nō quia ſignificarēt ſolā legalē ſanctitatē, aut q̄ eſſent figura nr̄i ſacramēti tātū, ſed quia principaliter ſignificabāt gr̄am ꝑ Chr̄m cōferēdā, inf.§.7 N. cōt D. Th. olim d.1.q.1.1.3. ad.5. & quoſdā DD.[a] quia vt effect⁹ not⁹ eſt ſignū cauſæ occultę, ita cauſa notior & ſenſibilis eſt ſignū effect⁹ occulti & ſpiritualis: quō aūt ſacramēta Chr̄i ſint cauſa inſtrumētalis dicet inf.c.15.& ſeq.[c] ſic Mag. d.1. definit

deduci pōt à ſacrādo. cui aptę reſpōdet vox Hebr. Exod.28.[i] Leuit.8. de cōſecratione ſacerdotis. Græcè dicit myſteriū Eph.5. nō quidē à myſo. i. ſcelere, vt per irriſionē myſteriorū gentiliū deducit Clem. Alex.[k] ſed à myeo. i. initio ſacris: aut à myo & ſtoma: quia claudi os iubet, vt ſilentio myſteria venerētur:[l] eſt enim ſignū rei ſacræ quæ fidelib. nota nō eſt facile ꝓdēda infidelibus,[m] ob periculū irriſionis. 2 Licēt nobis voces quaſdā[z] reb⁹ nouiter inſtitutis accōmodare[n] quāuis in ſacra ſcriptura non extēt, modo de re ipſa cōſtet.[o] Sic in ſingulis ſacramētorū ꝓpria vocabula impoſuit eccleſia & in Eucha. cōuenienter dici trāſubſtantiationē definit.[p] Sic alias vocē homouſiō,[q] id eſt, cōſubſtātiale tribuendā eſſę Filio theotocō,[r] i. Dei matrē vocādā B.V. Mariā, & nomē Trinitatis eſſentiæ, perſonæ,[s] & Spirit⁹ ſancti, ac fidei accipit ꝓpria quadā rōne. aliter quā prima quorundā iſtorū nominū impoſitio, aut ſignificatio habeat: ab ijs aūt nouis verbis & liberis cauēdū eſt quę periculū nouę & falſæ doctrinæ aſſerūt:[t] ſed retinēda ſunt antiquā vocabula, & Eccleſia Latina retinet voces quaſdā Grec. aut Heb.[u]

3 Quidā[x] dū cōſiderāt ſacramētū in genere phyſico includere multa diuerſorū generū, & ens reale ac rōnis, negāt definiri poſſe. At reuera eſt vnū, vt ſtatim dicet. definit[y] ſacramētū eſſe rei ſacrę ſignū. quāuis vero ꝑ hæc verba DD. nō intēdebāt efficere definitionē,[z] vſus tn̄ & ingenia ſapiētū bene pro definitione defendūt. quæ definitio cōmunis eſt etiā veteribus,[a] quæ ꝓpriè ſacramēta dicunt: ſed ſacramētū à Chr̄o inſtitutū addit inſuper, vt ſit cauſa inſtrumētalis,[b] rei ſacræ: vt in alijs definitionib⁹ explicat,[c] q̄d pertinet ad ꝓpriā differētiā eſſentialē: nā ratio iſta cauſæ, quæ ſenſibilis & notior eſt, ꝑtinet ad cōplemētū ſigni & ſignificationis: dū cauſat, quia ſignificādo indicit imperiū Dei: & cauſa ſenſibilis ac notior pōt homini eſſe ſignū occultę rei

ſacræ: dicitur ſignū nēpè ſenſibile: Chriſtus enim ita inſtituit eſſentiā ſacramenti,[d] quanuis potuit intelligibile ſignū vt meditationem quandā inſtituere in ſacramentum.[e] ſed non expediret homini. à D. Aug.[f] definitur ſignum, eſſe quod externa ſpecie pręter id quod ſenſibus obijcit, efficit alterius etiā rei cognitionem: vt ex veſtigij ſigno agnoſcitur ſpecies animalis.

4 Decenter Chriſtus id ſignum fecit ſenſibile, vt poſtea de ritibus dicetur, & humano ingenio accommodatū: quia omnis humana cognitio certa incipit à ſenſu.[g] ſic decuit inuiſibile Dei verbum ſub carne ſenſibili velatum verba doctrinamque ſuam proponere ſub tegumento ſenſibiliū parabolarū.[h] nec vero ſignū dicitur ſacramentum niſi ſit permanens ac perpetuum in ſtatu legis, & religionis[i] vt ſacrificium quo Deū colimus. violans vero ſacrilegus dicitur: nam ſacramentū à ſacro dicitur: ſic circunciſio & eſus agni olim erat ſacramentū, non autem ſerpēs æneus. Senſibile dicitur, quia aliquo exteriori ſenſu percipitur, vt ſpecies Euchariſtiæ viſu, tactu, & guſtu: ſacramentum pœnitentiæ, vel matrimonij auditu: nullum ſacramentum ſolo odore ſentitur. Inſtituit hæc Chriſtus in rebus quæ ex inchoata ſimilitudine propriæ naturæ analogicè repræſentarent latentem effectum.[k] Quæ verò natura ſua aut inſtitutione ſigna ſunt, nō ſunt propter ſe, ſed ordinantur, vt ſint alterius rei indicium:[l] & vt fumus deſignat latentem ignem: ita humida ablutio baptiſmi eſt ex ſimilitudine connaturali ſignum regenerationis, vt generatio humido ſemine fieri ſolet, & ſignum ablutionis ſordiū interiorum: ſic vnctio & cibus Euchariſt. eſt ſimile ſignum. Alij ſacramentum definiunt eſſe inuiſibilis gratiæ viſibilem formā.[m] vt autem viſus ſumitur pro operatione aliorum etiā ſenſuum.[n] ita forma dicitur viſibilis, ideſt, ſenſibilis.

eſt ſignum rei ſacræ, & eiuſdē gr̃æ imaginē gerens & cauſa exiſtēs. Hugo ſup. ſacramentū ex ſanctificationē cōtinet inuiſibilē & ſpecialē gratiam, idē Ber. Vvald. & alij Grat. c. multi. 1. q. 1. ſignum per quod ſub tegumento rerū viſibiliū diuina virtus ſecretius ſalutē operatur, quā definitionem Grat. tribuit Grego. ſed D. Tho. & alij. d. 1. tribuūt Augu. at reuera nō eſt niſi Iſid. 6. Ety. c. 18. catec. Pij V. eſt res ſenſibus ſubiecta quę ex Dei inſtitutione ſanctitatis ſignificandę & efficiendi vim habet. [d] De eſſentia ſacramēti eſt vt ſit ſenſibile D. Th. & cōmunis. d. 1. Bellar. li. 1. c. 9. quare Diony. c. 1. eccle. hier. & alij vocāt ſymbolū, & ſignum. Augu. de catechi. rud. c. 26. vocat ſignaculū & 19. cōt. Fauſt. c. 16. vocat verba viſibilia Chry. ho. 83. Mat. ſic baptiſmus Rom. 6. dicitur ſignum ſepulturę & reſurrectionis. Euchar. 1. Corint. 11. ſignum paſsionis Chriſti, & corpus Chriſti dicitur res & ſacram. ſimul, & ſic fit ſenſibile ratione ſpecierū (vt contritio eſt pars ſacra. pœnitētiæ quæ fit ſenſibil. per confeſsionē) D. Tho. q. 73. 1. ad. 3. matrimonium oportet vt ſignis externis exprimatur. Trid. Seſ. 24. D. Th. add. q. 45. 1. & dicitur Eph. 5. ſignum coniūctionis Chriſti cum eccleſia. [e] quod tantū intendit Okā. d. 1. & Dur. q. 3. quē Sot. ar. 4. ſine cauſa reprobat. [f] Auguſt. 2. doctri. c. 1. habetur. c. ſicut de conſ. d. 2. Tri. ſeſ. 7. can. 6. ſeſſ. 13. c. 3. D. Th. q. 60. 3. DD. d. 1. Bellar. c. 9. [g] hæc eſt ratio D. Tho. q. 60. a. 4. Sot. Ledeſ. a. 4. ſumpta ex Dion. c. 1. eccle. Hier. Aug. 10. ciui. c. 5. & 3. Doct. c. 9. Amb. 4. ſacram. c. 4. Bern ſer. de cœna Dñi. conc. Flor. Trid. ſeſſ. 7. can. 6. adde ex parte etiā Dei decuit pro homine ſignū dare ſenſibile D. Th. 4. cōt. gēt. c. 56. Sebaſt. q. 60. f. 10. col. 1. [h] Mart. 10. hypot. Reg. 30. cū Orig. 4. cōt. Celſum Cyr. 1. cōt. Iulian. Chry. ho. 38. Mat. Aug. 5. Gene. literam. c. 6. qui mós fuit philoſophis familiaris, Socrates edidit fabulas quę dicuntur AEſopi. Aug. 1. conſ. euang. c. 7. Caiet. 3. p. q. 42. a. 4. [i] Bellar. 1. ſacram. c. 9. §. 5. D. Th. q. 60. 5. [k] Diony. c. 1. Hier. Chryſ. ho. 83. Mat. Aug. Epiſ. 23. ad Bonif. Hug. lib. 1. p. 9. c. 2. id explicat in ſua definitione. Bellar.

c. 9. ſic forma pœnitentiæ, ego te abſoluo, habet ſimilitudinē cū interna abſolutione, & iuſtificatione impij: hinc. 1. Pet. 3. baptiſmū dicit cū arca Noe eſſe ſimilis formæ. Græc. antitypa. quomodo imago quę natura ſua inſtituitur vt repręſentet aliud, dicitur antitypa, vt in ſimili Naziā. orat. 2. de paſcha. ſic Clem. Euchariſtiā vocat ſacramētum antitypō, li. 5. cōſt. Apoſt. c. 16. Seu. apud Turri. c. 13. vbi Turriā. Dam. lib. 4. c. 14. Bellar. 4. de Eucha. c. 14. arg. 3. [l] Sic homo non dicitur ſignum ſuæ imaginis, ſed e contrario, nec Chriſtus aut gratia eſt ſignū ſacramenti, ſed ſacramentum vt res imperfectior eſt ſignum, & imago gratiæ & Chriſti. Auguſt. 2. doctri. cap. 1. Bellarmi. 1. ſacram. cap. 9. at complementum ſacramenti pendet ex libera voluntate Chriſti inſtituentis. Auguſt. 2. doctri. cap. 3. & lib. 3. cap. 9. & omnes Doctores. d. 1. & ſic inſtitutione ſua dedit eſſentiam ſacramento vt ſit ſignum practicum, & cauſa de ſe efficax gratiæ. [m] inſ. cap. 8. §. 4. Concil. Tridenti. Seſsio. 13. cap. 3. cap. ſacrificium de conſ. diſt. 2. vbi additio. ex Gregor. XIII. dicit ſumi ab Auguſt. de Catechi. rud. cap. 26. dicente, ſacramenta eſſe ſignacula rerum diuinarum viſibilia: ſed res ipſas inuiſibiles in eis honorari, & Epiſ. 166. ſi malus miniſter eſt, operatur per illum Deus viſibilem ſacramenti formam: ipſe autem donat inuiſibilem gratiam. Hugo, in ſumma ſentent. tractat. 4. cap. 1. Couarru. cap. quanuis pactum. in princip. Soto. quæſt. 1. artic. 2. Ledeſm. quæſtio. 1. Auguſt. in Leuit. quæſt. 84. & 10. confeſſ. cap. 35. Bellar. 1. ſacrament. cap. 13. ad ſecundum. Quare male Vvalden. tom. 2. de ſacramentis. cap. 2. contra Patres, inuertit hanc definitionem, vt pro ſacramento Euchariſtiæ, dicat eſſe inuiſibilem gratiam viſibilis formæ, quia tenet ſacramentum Euchariſtiæ, non eſſe ſpecies ſenſibiles per ſe exiſtentes, ſed corpus Chriſti inuiſibiliter contentum ſub ſpecie viſibili, quod eſt contra D. Tho. quæſt. 73. 1. ad tertium. [n] Auguſtinus. 10. confeſſ. capit. 35.





5 Sacramentum ex forma & varijs interdū rebus quæ ſunt partes materiæ, exiſtit vnū in genere entis artificialis & ſigni,[o] propter vnam ſignificationē cōpletā: vt interdum vna qualitas, & vna virtus ex varijs componitur,[p] & vna numero Catholica eccleſia conſtat ex multis, quæ dicuntur particulares eccleſiæ.[q] Sic euchariſtia ex diuerſis ſpeciebus panis & vini cum aliqua formarū diſtinctione,[r] extrema vnctio cum partialibus vnctionibus & formis, aut omnes ſeptem ordines dicūtur vnum ſacramentū, quod eſt cōpoſitum in genere rei artificialis ex propria potentia & actu.[s]

6 Dicitur vnū in genere[t] ſigni, quia ſacramentū formaliter connotat rationem ſigni, quæ eſt relatio rationis reſultans ex deputatione Dei & impoſitione rei ad placitū. Vnde definitur, ſeu definitio explicatur, ſacramentū eſt ſignum occultæ gratiæ collatæ, aut aliquādo cōferendæ: & proteſtatiuū occultæ fidei in Chriſtū.[u] Nec tñ ideo ſacramētū eſt ens rationis:[x] nec enim ſupponit pro ſigno formaliter: ſed. v. g. baptiſmus ſupponit pro reali ablutione ſub certa verborū forma,[y] & cōnotat ſeu fundat relationē ſigni: & ratione realis entitatis tāquā phyſicū inſtrumētū efficit gratiā regenerantem.[z]

7 In definitione dicitur gratiæ ſignū: nēpe practicū,[a] quod indicat occultā Dei promiſsionem, ſeu promiſſam homini ſanctificationē exerceri practicè iuxta promiſsionē Dei & pactū ad præſentiam iſtius ſigni. Nec oportet vt forma ſacramenti eā promiſsionē explicet.[b] Sic in Euchariſtia Chriſtus expreſsit Ioā. 6. promiſſionem vitæ æternæ: & in Baptiſmo Marc. vlt. qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, & baptiſmum Petrus. 1. epiſt. c. 3. vocat antitypon ſignū, quo indicatur bonæ cōſcientiæ interrogatio. i. reſponſio promiſſa & pax: nō carnis depoſitio ſordiū i. nō tā mundat ſordes carnis quam conſcientiæ,[c] atq; ita baptiſmus dicitur ſignum. Primū quidē gratiæ qua mundatur conſcientia, deinde occultū ſignū, quia claudit myſteria quæ ſolis fidelibus deteguntur,[d] 3. quia baptiſmus cū impreſſo charactere eſt ſignū diſtinctiuū religionis[e] quo quaſi minio Paſtor Chr̃s oues ſuas diſtinguit & ſeparat ab alienis: vt olim Gal. 4. circunciſio diſtinguebat Iudæos. Et rurſus quia nos eodē ſigno baptiſmi proteſtamur fidē & religionem Chriſti Paſtoris.[f]

[o] Scot. d. 1. q. 1. a. 2. ideo ait ſacramētū eſſe vnum definibile quia ex omnibus his reſultat vna completa ſignificatio. alij addunt eſſe vnum in genere vnius inſtrumenti moralis ſeu phyſici, vt ſi plures baptizent vnum, aut plures ſacerdotes cum Epiſcopo ordināte cōſecrēt hoſtiā, dicuntur vnum inſtrumētū reſpectu Dei. Bellar. li. 1. cap. 10. ſed hęc ratio nō debet excludere quin ſecūdū eſſe reale ſacramentū ſit vnū in genere entis artificialis, quia eſt vna completa cęremonia religionis in ſanctificationem hominis: vt domꝰ vel imago, & ſtatua ex multis compoſita dicitur vna ex Ariſt. 5. metaph. tex. 5. [p] D. Th. 1. 2. q. 56. ar. 2. [q] ex ſymbolo Bellar. li. 3. de eccle. c. 9. & lib. 4. c. 9. [r] Vt dicet li. de euchar. c. 8. [s] Ariſt. 2. de ani. dicit oculū cōponi ex potēt. & actu. Sic ad baptiſmū cōcurrit elemētū aquæ, voces verborū, relatio ſigni quę eſt ens rationis reſultās ex deputatione Dei, & libera impoſitione ad placitū: & tñ fit per ſe vnū. cōmunis. d. 1. D. Tho. q. 60. 2. Sot. Ledeſ. a. 2. cōt. Rich. a. 2. Okā & Nominales,[t] vt patet ex DD. inf. §. 7. lit. G. D. Tho. q. 60. 1. Sot. Ledeſ. Sco. Bellar. 1. ſacram. c. 9. & 17. arg. 5. li. 2. c. 10. Sic. Tit. 3. baptiſ. dicit ſignū regenerationis: & Rom. 6. ſepult. Chriſti. Diony. ſępe de eccle. hier. vocat ſigna & ſymbola: atq; ita habet duo, primū vt beneficū Dei erga nos habet eſſe ſignum & cauſa ſanctificationis noſtræ. Deinde eſt cultus noſter religioſus erga Deū quo proteſtamur fidē & reuerētiā.[u] ſic definitio cōuenit vniuoce etiā ſacramentis vet. vt nouis.[x] Sic peccatū in genere moris nō eſt ſola priuatio rectitudinis debitæ ineſſe, quā cōnotat: ſed ſpecificatur & habet differētiā ex poſitiua libera & morali conuerſione ad obiectū malū & ꝓhibitū. Caie. 1. 2. q. 71. a. 6. & ſic cōtrariatur actui & habitui virtutis. ſic Deū eſſe creatorē & verbū eſſe perſonā humanā in tēpore, includit relationē rõnis, & tñ Deus ſimul per actionem & imperiū eſt realiter creator, & in Chriſto perſona humana quæ includit relationē rationis eſt realis ſubſiſtētia diuina vt ſuſtētat humanitatē. Et vt peccata diſtinguuntur ſpecie ex conuerſione poſitiua: ita ſacramenta differunt ſpecie, vt ſignificat Bern. ſer. in cœna. ex eſſentia poſitiua, & ex gratia ſacramētali inquam per ſe ordinatur, vt in propriū effectū: quare falſo Sco. d. 1 q. 2. d. 3. q. 2. Pet. Niger in ſuo clypeo. Thomiſt. Bruxel. qui fuit pręceptor Vict. ſuper prędica. q. 1. a. 5. ad 2. dicūt bap. definiri ſecūdū ſolā intētionē rationis.[y] D. Th. & DD. ſup. Soto. d. 3. q. 1. 1. ad. 3. Led. q. 7. a. 1. Palac. d. 3. q. 2. Recē. At falſo Scot. d. 3. q. 1. Marſi. q. 3. a. 1. cōc. 2. cui fauet Mag. & Aug. tract. 15. in Ioā. dicunt bap. ſupponere ꝑ toto cōpoſito. Vere tñ dicūt formā baptiſmi eſſe partem ſacramenti vt dicet inf. c. 7.[z] Simul ſtat vt ſit ſignū occulti effectꝰ, & cauſa ſecūdaria ſenſibilis & notior D. Th. q. 62. 1. ad. 1. verit. q. 4. a. 1. ad. 7. ſic Gene. 2. poſuit Deus luminaria vt ſint ſigna, cū tñ ſimul ſint cauſa D. Th. 1. p. q. 70. 2. ad. 2.[a] Sot. Ledeſ. q. 1. a. 2. Bellar. li. 1. c. 9. §. 6. quare nō pōt inſtitui vt practice & infallibiliter oſtēdat effectū gratiæ, niſi à Deo gratiæ autore.[b] nā forma cōmuniter fit per indicatiuū: & in ordine per imperatiuū, in vnctione per deprecatiuū. Late Bellar. li. 1. c. 14. & 17. li. 2. c. 9. ſi. cōtra hæret. aliter de promiſsione loquētes.[c] Bellar. lib. 2. c. 9. ſi. li. 1. c. 17. arg. 4. Turria. inf. cū Aug. tract. 80. Ioā. & ſer. 30. de ſer. Dñi. Baſil. de Spiritu ſancto. c. 15. ſenſus eſt baptiſmus mundat non corpus, ſed cōſciātiā. Sic Aug. de Catech. rud. c. 26. vocat ſignaculū, quia vt ſub ſigillo, claudit intra ſe rē ſacram. i. gratiā.[d] Naziā. orat. de bap. ad fin.[e] Baſi. exhort. ad bapt. Naziā. ſup. Aug. 19. cōtra Fauſ. c. 11. Hiero. in Epheſ. 4.[f] Tertu. de pœnit. Baſi. 3. cōtra Eunomi. & de Spiritu ſancto. c. 12. ſic puer dicitur credere & fidē proteſtari dū baptizatur Bellar. c. 17. ad fin.

[g] D.Thom q.60.a.3.Soto.Ledeſ.Gab.Bellar.c.9. §.5.ſicmatrimonium Ephe.5. ſignificat Chriſtum eccleſiæ coniunctum:ſecundo gratiã qua Chriſtus animæ coniugatorũ coniungitur vt ſponſus Bellar. c.13. de quo dicetur.c.12.§. 1. [h] Vt dicetur infra lit.y. [i] Bellar.c.9.§.6. &. 7. hoc enim eſt eſſe ſignum practicũ [k] Tri. Seſſ.6. c. 7. D.Th. 1.2. q.113.&.3. p.q.60.3.ad 3.q.62.1.ad 2. d.1.q.1.1. 1.ad.5. Her uæ.q. 3. ad. 4.Sot. q. 1. ar.3. Ledeſ. q.1. [l] quod tamen ſignificant DD. inf. & ſic tẽplũ dicitur ſanctificari aut expiari purificatione legali,vt Aug.2.peccа.mer.c.26 & ſer.14.de verb. Apoſtoli numerat varios modos ſanctificationis.[m]

8 Sacramẽtũ tria [g] oſtẽdit: nẽpè gratiã,& vim illius effectricẽ,ac gloriã,ſed principaliter gratiã, [h] vt omnia Chriſti ſacramẽta ſignificant in præſenti tẽpore gratiã quã cõtinẽt & cõferũt:ita vt ex pacto Dei ſtatim tunc fiat dũ ſacramentum recipitur, & fieri virtute eiuſdẽ tanq̃ inſtrumẽti Dei:[i] quę gratia eſt cauſa formalis [k] ſanctificationis ſtatim datæ per ſacramẽtũ digne receptũ. Ad rationẽ veteris ſacramẽti nõ ſatis eſſet ꝙ in præſenti cõferrẽt ſanctificationẽ quãdã legalẽ,aut cõſecrationẽ[l] quippe quæ nõ erãt ſacramẽta ſecũdum quid vt quidã vocãt, [m] quaſi tantũ ſignificarẽt quãdã ſecũdũ quid ſanctitatẽ,nẽpe legalẽ:puta ꝙ circunciſus aut ſacerdos deputaretur in cultũ Dei,aut ſacramẽto abſolueretur ab irregularitate legis.[n] Sed erãt ſacramẽta ſimpliciter,[o] quę proinde ſignificare debẽt principaliter gratiã: vt ſola circunciſio gratiam quæ ea poſita ſtatim cõferebãt,[p] in reliquis vet.ſacramẽtis ſignificabatur gratia quã Deus eo ſigno& pacto promiſerat cõferre in futurũ per Chriſtũ. Secũdò ſacramẽtũ ſignificat cauſam effectiuã in particulari [q] vt actu& practicè exercet ſãctificationẽ nr̃am,& eſt ſignũ occultę virtutis diuinę quę operatur in ſacramẽto , & paſsionis Chr̃i præteritæ, ex qua vim habet, [r] cuius memoria recolitur.In huius figurã de latere Chr̃i fluxit ſanguis & vera aqua [s] quæ ſignificãt Euchariſtiã & baptiſmũ,quę ſũt principiũ & finis vitę Chr̃ianę. Vetera eã Chr̃i paſsionẽ ſignificabãt vt futurã.[t] Paſſio aũt Chr̃i & ſacrificiũ eiꝰ nõ dicit ſacramẽtũ:quia eſt cauſa in vniuerſali,quæ ſine alia particulari cauſa nõ exercet & cõmunicat vim ſuã.[u] 3.ſacra.eſt practicè ſignũ prognoſticũ futuræ gloriæ:quia in eo datur pignus gratiæ cõſũmatæ, ideſt, gloriæ, quæ eſt finis proximus nr̃ę iuſtificationis.

9 Hęc tria nõ importat analogicè, nec principaliter ſignificat vim diuinã quę eſt cauſa gr̃æ,[x] eo modo quo ſanũ dicit analogicè de cauſa ſanitatis& de ſigno illius:ſed id pręcipuè & immediatè ſignificat,cuius eſt cauſa,nẽpè gratiã.Sed ordine quodã per modũ vnius ea tria ſignificat.[y] quod expoſuit Apoſt. Rom.6. in vno baptiſmo, vt in morte Chriſti baptizati in nouitate vitæ ambulemus: Sic enim ſimul ſocij reſurrectionis cum Chriſto erimus in futuro. Eadẽ tria de Euchariſtia explicat eccleſia dicens,o ſacrum conuiuium,&c. [z] ſacram. ergo immediate non ſignificat gloriam,aut paſsionem Chriſti: quia nec ſtatim efficit gloriam, nec eſt cauſa paſsionis,ſed effectus & ſignũ illius.Sed ſaluatur ſacra. eſſentia in eo ꝙ gratiã ſacrãtẽ ſignificat principaliter: [a] vt in definitione explicatur.Dũ ſacra. cũ obice recipitur informe, ſatis vera eſt forma,q̃a quãtũ eſt ex ſe efficaciter ſignificat gratiã.

5 Curet paſtor inducere & hortari ſubditos ad exercitationē bonorum operum etiā externorum: quia habent maiorem vim impetrādi. & martyriū ex Dei priuilegio confert ex operato gradū gratiæ, præter meritū voluntatis efficacis. z & vberiorem conferunt ſacramēta. Paſtor ex officio & caritate tenetur ouibus ſuis miniſtrare ſacramēta opportuna, & tanquam pater filijs prouidere: nec ſine cauſa contentus ſit vt in articulo mortis ægrotus adoret allatam euchariſtiā, ſed curet vt reipſa ſacramentaliter ſumat propter præceptū, & vim fructumq; illius, quo de attrito fit interdum contritus: ſic enim primus eccleſiæ paſtor Petrus de caritate ter interrogatur à Chriſto. tenetur interdum miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ, & euchariſtiæ extra tempus præcepti, & parochus vnctionem & matrimonium: epiſcopus vero confirmationem & ordines tenetur certis perſonis temporibuſque miniſtrare, & paſcere ſacramentis: quamuis ſubditi nullo præcepto ad horum quædam recipienda cogantur, vt cap. 4. dictum eſt.

6 Tenetur miniſter ſcire neceſſaria officio, vt dicetur lib. 3. de pœnitentia. cap. 26. vt quæ ſit debita materia, forma & intentio miniſtrandi ſacramenta: ne quid mutet ad ſubſtantiam pertinens, nec introducat perniciosum ritum, ſed ſeruet receptos ritus eccleſiæ. a ſciatque ſi quid per inaduertentiam omiſit, quomodo ſupplendum ſit, pręſertim in baptiſmo & ordinatione ſacerdotis & celebratione miſſæ, ſup. cap. 24.

7 Peccat mor. qui dubia forma minus probabili vtitur, ſup. cap. 9. præſertim in neceſſario baptiſmo ſi dicat, in nomine Chriſti, vel genitoris, & cæt. ob periculum faciendi irritum ſacramentum: & quia eſt contra receptum eccleſiæ vſum. In materia vero dubia interdum licet, & ſubeſt cauſa: vt ſi non eſſet aqua certa pro puero moriente, quia neceſſitas dat ius, & excuſat à periculo irreuerentiæ: ſic confeſſarius expoſitus poteſt abſoluere eum quem opinione probabili reputat ſibi ſubditum: b & pœnitens ex cauſa poteſt reticere peccatum aut circunſtantiam: & cum attritione nota

s cap. interdicimus. 16.quæſt. 1.

t Paluda. d. 7. quæſt. 4. artic. 3. Syl. confirmatio. §. 5. Armil. §. 3.

u ſic Theolog. & iuriſper. conſulti. nec oppoſitum ſentit Paluda. dicens quod non deberet confirmare: nempe ex decentia, & colligit ex ſumma Sylu. confirmare vero non pertinet ad Pōtificalia, quæ prohibentur in diœceſi aliena, à Conc. Trident. ſeſſ. 6.cap. 5. Antioch.cap.13. ſed Pontificalia dicuntur, quæ celebrantur cum omnibus ornamentis Pontifical. gloſſ.fin.cap.tranſmiſſa.de electione & gloſſ.in caſu cap. Apoſtolicæ, de priuil. in 6. vt celebrare ordines, aut miſſam cum ornamentis Pontifical. aut chriſma conficere: & ſimilia.

x ca.periculoſum.de ſent.excommu.in 6. Nauar. cap. 27. num.161.

y Bonif cap.fin.de cenſ.lib.6.Sot.d. 18.quæſt.4.2.col.2.Syl.confeſſor.1.§. 1. at nullo iure conceditur Metropolitano viſitanti, vt alienos confirmet. Paludan. Syl. Armil. ſup. quia dic.

15. Maximus centur. 2. cap. 3. centur. 3.cap.48. item voluntatem efficacem martyrij æquant. martyrio. Alexand.4.part. quæſt.22.m.5. Bon. 4. diſt.3.art.1.quæſt.1.Gregor.2.diſt.42.quæſt.vnic. ad.3.ibi.Capreo. ad. 1. contra.4. conc. Hiſpalenſ. ad. 3.

a ſup.c.11.Trid.ſeſ.7.de ſacra.can.vlti. At baptizans in forma Græcorum ſine ſcandalo, aut vulgari lingua, non videtur. M. Paluda. diſt. 3.quæſt.1.artic.3.Soto.diſtinct. 1. quæſt.1. art. 8. ad fin.

b opinio probabilis in praxi concedit ex præſumpta eccleſię licētia, iuriſdictionem parocho haberi titulum



titulum ſaltem coloratum, Naua.c.9.n.8.Syl.gr̄a. n.4. Armil.n.6.Syl. indulgen.§.5. verſi. 8. Anto. Gab.to.2.comm.lib.1.con.8.n.3.20.32. c Aug.1. de bap.c.3.Soto.d.3.q.1.a.3.ratione.1.fin.

aut extremam vnctionē datam ab hæretico. At interpretandus eſt non eſſe vtilem adulto qui peccat, Taper.a.1.Caſtro.2.de iuſt.hære. punit. c. 21.22. Couar.1.var.c.10.n.8.Bellar. aut quia hæreticus non ſeruat debitam formā eccleſiæ. Carran.in ſumma cōcil. ſuper Apoſt. can.67.Niceph.9.hiſto c.43. Clem. 6.conſtit. c. 13. ſic D. Tho. q. 82. 8. ad. 1. ait quod Grat. d. c. manus, procedit in quiſitiue: & mox.c.quod quidem, exponit ab epiſcopo hæretico non recipi ordinis executionem.

recipere abſolutionem, ſecutus Doctorum ſententiam quæ excuſat à periculo ſacrilegij, & reddit tutum ac moraliter certum, quando opinio eſt in praxi recepta, aut etiam probabilior: quanuis interdum eſſet opinio contraria in oppoſitum.

8 Sed vbi dubium probabile eſt An aliquid ſit de neceſſitate ſacramenti, curandum eſt ne ſine cauſa omittat quod certius eſt, & incerta præponat: c nam quanuis opinio interdum excuſat à culpa, nunquā tamen ſupplet id quod Chriſtus voluit eſſe de neceſſitate ſacramenti. Præter ſcientiam intellectus, miniſter tenetur præſtare ipſa voluntate & executione quæ ſunt, aut ſaniori opinione reputantur neceſſaria in ſacramentis.

## CAP. XXVIII.

### In miniſtro ordinato vt actiue, & valide conferat ſacram. & gratiam, non requiri bonitatem aut fidem.

§.1. *Fides miniſtri non eſt de neceſſitate ſacram. ſed valet ab hæretico datum.*

2 *Miniſter omnis concurrit actiue ad productionem gratiæ.*

3 *Patres dum id miniſtro negant, intelliguntur, hunc non eſſe cauſam principalem.*

Sacramenta valide confert miniſter, vt epiſcopus etiam abſque iuriſdictione, præterquam pœnitētię. nec impeditur, quanuis miniſter ſit iniquus, aut præciſus publica denūtiatione excōmu. vel notorius hæreticus a aut degradatus, b pōt enim vere conſecrare euchariſtiam, & miſſam celebrare ſi habeat intētionem: & confert ſacramentum extremæ vnctionis & matrimonij. Quid de baptiſmo ab hæreticis dato ſenſerit Cypr. dicetur lib. de bap.c. 28. ideo valent hæc ſacramenta, quia fides miniſtri c non eſt de neceſſitate ſacramenti. Similiter epiſcopus his malis infectus confert verum ſacramentum confirmationis & ordinis. Sed ab iſtis communiter ſacramenta recipere non licet: niſi baptiſmū in neceſſitate d & abſolutionem in articulo mortis: e non autem euchariſt. ab hęretico, f quia nō eſt tā neceſſitatis: ſuſpēſus vero manet qui à tali epiſcopo ordines recepit.

2 Sacerdos qui abſoluit eſt inſtrumentum remittendi peccata & conferendi gratiam. g Qui baptizat quanuis paganus ſit videtur actiue concurrere ad gratiam h quia ſe exhibet miniſtrum Chriſti, & vere dicit abluo te à peccatis, tanquam pater qui regenerat in Chriſto: & vt per modum tranſeuntis recipit vim faciendi ſacramentum, ita & faciendi gratiam ſacramēti. Sed diaconus dum in neceſſitate miniſtrat euchariſtiam ab alio conſecratam, applicat quidē homini ſacra. ſed actiuè non dicit cauſa gratiæ: vt aqua calida nō calefacit ratione formæ, ſed quia ſuſtentat & applicat extraneū calorē.

3 Dum ſcriptura aut Patres miniſtris negare videntur vim conferendi gratiam: negant tantum de principali autoritate, i vt & cap. 18. explicatū eſt: quam ſolus Deus à ſe habet. ſic Rom. 8. Deus qui iuſtificat. Matt. 9. nemo poteſt remittere peccata niſi ſolus Deus. 1.Corin.3. neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, nempe vt principalis cauſa.

a Trid. a ſeſ. 7. de bap. can. 4. ſeſsio.14. can. 10. Caſt. & Medices. de hæreſ. verb. poteſtas. D.Tho: add.q.38.a. 2. q. 82. 7. conc. Conſtantien.ſeſ. 8. err. 14. Bellar. 1. ſacram. c. 26. Alber.d. 13. a. 32. Alex. 4. p. q. 35. m.5. DD. d. 25. vbi Alber. Tarant. Bon. Richa. Scot. Durā. Argēt. quos ſequit Carthuſ.d. 5. q. 1.d.25.q.1. Syl.ordo.3. §.6. Soto.d. 25.q.1.a. 2. &.3. Cou.c. alma.1.p.§. 6.n.6. quod ſi quædā capita.1. q. 1. negent hæreticum, aut ſimoniacum conferre ordines, honores & gratiā, & Aug. 1.de bap.c.2. lib. 3.c.15.epiſ. 50. ad. Boniſ.fin. intelliguntur qđ adultus recipit illicite, & ſine ordinis executione. Torren.3.confeſ.c.1.§. 9.Syl.ord.3.§.6.irreg.§.7.Nau.c.27.nu.242.Direct.inquiſ.2.p.q.8.14.16.

b D.Tho.add.q.38.2. 3.p.q.82.8. Alber.d 25.a.30 Alex.m.6. Bella. ſup. c.26. quia ſacerdos rite ordinatus non poteſt fieri laicus Tri.ſeſ.23.c.4.can. 4. in quo errat Mag. d. 13.c.4.&.d.25. negans degradatum poſſe conſecrare euch.& ordinare. Grat.c.manus.1.q.1. Eraſ. præfa.in Cypri. propter id quod Cypri. lib. 1.epiſ. 12. ad Cornel. Pap. negat valere baptiſmū, euchar.

c D. Tho. q. 64. 9.&.a. 6. ad 2. Bellar. 1. ſacra. c. 26. Soto. Lede.

d D. Tho. q. 82.7. ad 2. Trid. de bapt.can. 4. Sot.d. 13.q. 1. Led.q. 23.

e Trid. ſeſ. 14.c.7.

f D. Tho. q. 82. 9. Sot. Led.

g Sentit D. Tho. q. 64. 1.ad.3.a. 3. q.84.3.&5. propendet Soto. d. 1. q.5. 1. Led. q.5.1. Chryſoſt.lib.3.de ſacerdot. Auguſt. q. 84.in Leui. quia Ioan. 20. dicitur ſacerdotib. quorum remiſeritis. vt ignis calefacit non ſolum ratione caloris, ſed formæ: quia actiue conſeruat calorem vt agat. Sebaſt.q.64.§.5.

h D.Tho.& alij cit. Sebaſt.§.6.ſi. quia Aug. tract. 1.in Ioan. ait ita baptizare laicum etiam hæreticū, ſicut pium ſacerdotem.

i Aug.3.contra Creſco.c. 11. ex illo Rom.8. Deus eſt qui iuſtificat. Marci.2. nemo poteſt remittere peccata, niſi Deus. ita explicat D.Thom.quæſt.67.5.ad.1. Bellarmin.1. ſacram.cap.24.

CAP. XXIX.

a Sup. a c.10.D.Tho.q.64.8.Soto d.1.Ledeſ.q.5.Doct.d.6.bene Scot.& Rich.Tabie.bap.6.§.5.conc.Floren.Trid.ſeſ.7.can.11.ſeſ.14.c.6. Bell.1.ſacr.c.27.
b b Hæc requiruntur, quia id eſt exercere eam actionem vt eſt ſacramẽti propria.
c c Aug.epiſ.23.lib 6.de bap. contra Dona.c.53. ſic poteſt explicari Cypri.ſerm.in cœna. Sebaſ.quæſt.64.
d d ſup.c.23.§.1.Tri.ſeſ.7.ſacra.can.12. D.Tho.q.64.5.vbi Sebaſt.§.19. Ledeſ.q.5.a.5.Soto.d.1.q.5.a.5.& 9.Doct.d.5.conc.1.Aurelian.c.14.Conſtãtien.ſeſ.8.error.14.15.Vvalden.to.1.de iuriſdict.li.2.a.3.à c 81.to.2.de ſacram.à c.1.vſq; 16.Caſtro.ſacerdot.hær 3.

## CAP. XXIX.

### De miniſtri intentione: & quando tenetur eſſe in gratia vt miniſtret.

§.1. *Cur requiritur intentio ſeria miniſtri: & ſup.c.12.§.6.*
2 *De præcepto eſt vt reputet ſe eſſe in gratia, ne indigne miniſtret.*
3 *Vnum peccatum eſt celebrare in peccato.*
4 *Peccator qui in neceſsitate miniſtrat baptiſmum, vel qui matrimonium, non peccat.*
5 *De excommunicato miniſtrante.*
6 *De patrino in bap. vel confirmat.*

INtentio miniſtri ſeria, & non ioсoſa eſt de neceſsitate ſacramenti, ex Chriſti inſtitutione, a vt intentione ſaltem virtuali actum exteriorem libere agat. ſinatq; in actu exercito tendere in finem principalis agentis, b vt ſit ſignum religionis, & cauſa ſalutis: ea intentione cõiungitur forma in vero ſenſu cum propria materia & miniſter, determinat ad vnũ eã ablutionẽ aut prolationem verborum, quæ de ſe eſt indifferens ad multa: de qua latius ſupra c.10. dictum eſt. Dum quidam fidem requirunt de neceſsitate ſacramenti, ſumunt fidem pro intentione fideli. c

2 Probitas & integritas vitæ in miniſtro non eſt de neceſsitate ſacramenti d poteſt enim malus dare alijs gratiam quã non habet actu: e quia agit in virtute Chriſti. Qui miniſtrat ſacramentum ex officio ad quod eſt per ſe deputatus & conſecratus (vt ſacerdos dum baptiſmum miniſtrat ſolenniter, vel alia ſacramenta) tenetur præcepto diuino curare vt ſit in gratia, f ſaltem per eam diſpoſitionem quam reputat contritionem, g vt ſancta tractet ſancte. quod præceptum videtur cõnaturale ſacramentis, quibus ea reuerentia debetur, & ad quæ digne tractanda infunditur gratia ſacerdoti, ne prophane tractet ſacra, & vt in eo opere ſe exhibeat dignum Dei miniſtrum. h

3 Qui in peccato M. miniſtrat, peccat ſimplici ſacrilegio, i quia pœnitentia non obligat propter ſe, ſed propter reuerentiam ſacramenti: nec tenetur confeſsionem præmittere, k quæ eſſet tutius remedium,

Sixt.lib.3.bibliot.c.60.&.108.Turrec.lib.1.ſum.eccleſ.c.vlt.Taper ar.1.Hoſi.inſtitu.Tabie.bap.6.§.2.Bell.1.ſacra.c.26.& hi citant Patres. De malo miniſtro euchar.D.Th.q.82.5.de miniſtro pœnitẽtię malo, D.Th.add.q.18.a.5.&.4.cõt.gẽ.c.77.nec Cyp.negauit malos miniſtros qui ſunt intra eccleſiã, miniſtrare vera ſacramenta: vt refert Aug.4.de bap.c.4.li.3.cõt.epiſt.Parm.c.2.& hanc veritatẽ ſępe probat Aug.vt tract.5.Ioã.lib.1.cõt. Petil.c.3.lib.2.c.6.& id haberi ex traditione Apoſtolica dicit.2.de bap.contra Dona c.7.alia ex Auguſt.citat Torren.3.confeſſ.c.1.§.11.&.12.& tamen Donatiſtas excludere peccatores manifeſtos refert.2.contra epiſt.Parm.c.10.& quod alij excludant etiã occultos refert.2.contra Creſcon.c 28.& de alijs ſui temporis refert Bernar.ſer.66.in Cantic. & de Albig.refert Anto.4.p.tit.11.c.7.§.5.& de Vvalden.refert.§.2.de quo D.Thom.4.cont.gen.c.37.imo Vvicleff.negat præſcitos conficere ſacramenta.damnatur in con.Conſtant.ſeſ.8.Vvald.to.2.c.14.de quo ſcribunt Optat.lib.contra Parmen.Hieron.contra Lucif. Nazian.orat.de bap.
e e Hac ratione præcipuè motus eſt Cypr. & alij, qui non diſtinguebant ſacramentum, & virtutem eius, à miniſtro: nec ab effectu ſacramenti, quem hæreticus non dat adulto ponenti obicem, refert Aug.6.de bap.c.1. ſic ſoluit D.Tho.q.64.5.ad.1. exponens eccli.34.fin. qui baptizatur à mortuo, &c. quid proficit lauatio eius. &.c.34. ab immundo quis mundabitur. Aug.1.contra Petil.c.11.& 2.cõt.Creſ.c.24.25.ſed dubitat.c.27.an aliter ſe habeat litera in Græco: vt aliter habet etiam nunc in Vulgata & Regia. vt ſenſus ſit, ei qui baptizatur à peccato mortuo, & mox iterat peccatum, quid prodeſt ablutionis remedium. Ianſe. & Raban. in eccli.34. cum Greg. lib 9.epiſt.39.in pſal.50.ſacrificium Deo.
f f D.Tho.q.64.a.6.Soto.d.1.q.5.a.6.Ledeſ.q.5.Doct.d.5.Rich.a.3.q.1.dub.2.quæſt.3.Scot.q.1.ad ſecundum Gabr. quæſt.3.de Dur.quæſt.2.Palud.q.2.ar.2.Adrian. bap.dub.vlt.Caiet.d.a.6.& in ſumm.Syl.bap.3.§.4.Gab.can.lect.2.Torren.3.confeſſ.c.1.§.12.colligitur ex Auguſt.2.contra epiſt.Parmen.à.c.5.& ex c.fin.de cohabitatione cleri.& mulier.ait ſacerdotẽ in mortali ſuſpenſum quoad ſe.Naua.& Caiet.inf.Tabie.correptio.§.4.Bellarm.1.ſacram.c.26.
g g Naua.c.22.nu.3.Caiet. verb. contritio.
h h Hæc eſt ratio D. Thom. ſed alias addit Soto & Gab. ſecus de laico baptizante, D.Thom.art.6.ad tertium, quia quanuis exhibet ſe miniſtrum, ſed per accidens, & non ex officio: vt ſtatim dicetur.
i i Eſſe ſacrilegium ait D.Thom.2.2.quæſt.99.ar.3.eſſe vero ſimplex peccatum Soto.d.17.quæſt.1.1.conc.4.ad fin. Cano. rel. de pœniten.p.4.verſ.fin. Pet. Soto titulo de pœnitentia. lect.13. Nauar.c.22.num 3. de quo peccatore Auguſt. epiſt.23.& in pſalm.31.lib.7.de baptiſmo.c.53.& ſic poteſt explicari Cyprian. ſerm. in cœna. Bellarmin. ſup.
k k Soto, Ledeſm Nauar.contra Marſil.quæſt.12.ar.1.p.5.& idem ſignificat Palud.diſt.5.quæſt.2.

ante



l ante ſolut.argum. l Trid.ſeſſ.13.c.9.& can. vlti.
m Nau.c.2.num.7. m Trid.ſeſsio.7.can.12.vt dictum eſt lit.E.
n n Aug.tract.5.in Ioan.& citat: 1.Corint.3.neque qui plantat eſt aliquid: ſed qui incrementum dat Deus.1.Corint.1.nunquid in nomine Pauli baptizati eſtis. & vt gratia gratis data in aliorũ vtilitatem datur peccatori, D.Th.1.2.q.112.a.5.vbi Fr.Med.& probat ex 1.Corin.12. ſic Ioan.11. impius Caiphas prophetauit. Matt.7.nonne in nomine tuo dęmonia eieci.nec Deus aufert poteſtatem regi impio.1.Pet.2.vt nec naturales potentias.ergo nec peccatori ſacerdoti poteſtatem miniſtrandi ſacramenta, in vtilitatem aliorum: Augu.1.cont.Creſco.c.31.circuncìſio data à Samaritano.i. hæretico valebat.& tract.5.in Ioan.bap.datus à Iuda: vt aqua ad areolas rigandas, parum refert ſi tranſeat per canalem lapideum aut argenteum: hæc Augu. nec imago aſsimilatur penicillo, ſed ideæ principalis agentis.c. ſi iuſtus.1.q.1.D.Tho.q.64.9.ad.2.Ledeſ.q.5.a.5.Gerſon. de conc. generali.f.5.lit.T.Catechiſ.Pij V.f.148.ſic peccator eſt penicillus Chriſti.
o o Hoc ſimile affert Nazian.orat.40.de bap.& Aug.3.cont.Creſcon.c.8: vt qui ſordidis manibus ſerit bonum ſemen.& lib.3.de bap.c.10.lumen ſolis non inquinatur, ſi per loca cœnoſa tranſeat.
p p D.Tho.q.82.5.Aug.3.contra Creſcon.c.6.& apud Torren.3.confeſ.c.1.§.11.c.11.§.6.Chryſ.ho.de prodit.Iudæ, Odo Abbas.lib.1.collat.c.21.Theodorus in ſuo pœnitentiali.c.41.Alex.q.35.mem.4.Doct.d.13.Soto.d.1.q.5.a.5.Adria.de eucha.q.fin.Dried.3.libert.Chriſtianæ.c.4.Caſtro ſacerdot.hær.3.Turrecrem.1.ſum.eccleſiæ.c.99.Democaris lib.3.de ſacrif.c.5.Nauar.de pœnitentia.d.6.c.1.§.ſacerdos.num.2.&.6.Direct.ſup.
q q Soto.d.1.quæſt.5.ar.6.ad.3.cum D.Thom.q.64.6.ad.3.Ledeſm.q.5.Henric.quodl.6.q.4.Syl.bap.3.§.4.Nau.c.25.n.72.quod neque ſacerdos tunc baptizans in peccato peccat: de quo tamen Durand.diſt.5.quæſt.2.anceps eſt, Palud.vero.q.2.a.2.Adria.q.3.de bapt.aiunt peccare, ſi aduertat ſuum ſtatum peccati. quod falſum eſt, quia non agit formaliter vt miniſter conſecratus. & de laico ſic miniſtrante baptiſmum, affirmant ferę omnes non peccare.
r r omnes Theolog. & excommunicatus abſoluens à peccatis fit irreg. & clericus ſimulans ſe presbyterũ, ſi abſoluat fit irregul.Nau.c.27.nu.242.ſi.ſumm. confeſ.lib.1.tit.1.c.2.cũ Geminiano.c.1.de ſent.excõm.in.6.& citat Hoſt.Speculat.Ioan.and.& alios contra Richa.d.16.a.1.q.5.
s s De peccatore miniſtrante euchariſtiã D. Thom. quæſt.82.9.Sot.diſt.13.quæſtio.1.Docto.diſt.13.vbi Palud.quæſt.1.ad fin. Ledeſm.q.23.Syl.euchar.§.4.ad fin.Peña & Recent.ſed falſo Palud.d.5.quæſt.2.conc.3.negat eſſe M. ſi communionem miniſtret morienti: quaſi tunc agat vt olim laicus miniſtrabat, quod ſi ſacerdos peccator det multis communionem, videtur vnum peccatum moraliter.

niſi dũ ſumpturus eſt euchariſtiã. l nullum enim extat præceptum diuinum aut humanum, nec morale ex natura rei, cui per eam, quam homo reputat contritionem non ſatisfaciat: nec magis obligatur miniſter quàm recipiens: hic autem ante receptionẽ ſacramenti, præter euchariſtiam, non tenetur confiteri. Defectus tamen gratiæ non tollit quin conferat verum ſacramẽtum & gratiam: m quia Chriſtus eſt Ioan. 1. qui principaliter baptizat, n & qui confert grãm per illa ſacramẽta, ſimulq; per characterem ſeu ordinem miniſtri etiam impij: vt ſigillum nõ minus imprimitur per ferreum inſtrumentum quam per aureũ: o peccator ſacerdos vere etiam celebrat ſacrificiũ miſſæ alijs fructuoſum. p

4 Sacerdos peccator in neceſsitate baptizans ſine ſolennitate non peccat: quia non agit vt miniſter ex officio ſed perinde ac laicus, q etiã ſi aduertat ſuum peccati ſtatum, aut aduertere debuiſſet: ſed dum abſoluit r à peccatis etiam occulte & in extrema neceſsitate, vel miniſtrat baptiſmum ſolenniter, aut euchariſtiam vel extremam vnctionem morienti peccat M. s niſi reputet ſe eſſe in gratia: quia hæc miniſtrare non ptõ, niſi tãquam cõſecratus ex officio: ſic diaconus in neceſſitate miniſtrat eucha. ex officio, vt miniſtrat ſacerdoti celebranti quare peccat mortaliter ſi indignus miniſtret. t At ſi laicus peccator miniſtraret vt olim legitur attuliſſe euchariſtiam u infirmo, non magis peccat, quam dũ in neceſsitate baptizat: & epiſcopus ex officio miniſtrat confirmationem & ordines etiã minores. Si quis vero laicus & peccator euchariſtiam reuerenter eleuet de terra, non peccat: x quia nihil ſacrum miniſtrat. Qui contrahunt matrimonium in peccato, in eo quod poſterius proferens eſt miniſter & cauſa gratiæ non peccat. M. quia eſt

t t Significant Doctores citat. & affirmant Recent. de diacono.
u u Refert Taper.ar.15.p.328.Caſtro.1.de hæreſ.cap.13.ad fin Euſeb.6.hiſt.cap.33.34.ex Dionyſ. Alexand. fauet.6.ſynod.can.58.at id nunquam licuit niſi ex ignorantia: vt de illo Serapione apud Euſeb.hiſt.c.33.aiunt Palu.diſt.13.quæſtione.1.art.4.Anton.epiſcopus Victonien. contra nouos Capharnaitas, ad argum.55.Garet.Centur.3.de veritate corporis Chriſti.Lindan.4.panop.cap.56.& ita prohibet concil. Remenſ. cap.2.Honor.3.cap.ſane.de celebratione miſſ.cap.peruenit.de conſecr.d.2.Tertullia.de corona milit. Soto diſtinctione decimatertia, quæſt.articul.5.Ledeſm. quæſtione vigeſimaquarta. Palud.Durand.quæſt.4.
x x Paludan. diſtinctione.5.quæſtione.2.Diuus Thom. diſtinct.24.quæſtione.1.1.3.&.5.ad quartum.Soto.diſtinctione.13.quæſtione.1.3.colum.3.Ledeſm.Gabrie.lect.2.can.Nauar.cap.25.numero.72.Angel.ordo.3.§.3.contra Adrian. de baptiſmo.quæſtione.3 par.2.ad fin.qui affert 2.Regum.6.at id contigit Ozæ in figura tantum. & ſane eſt parua actio, & non ſacra, etiam dum ſacerdos euchariſtiã transfert de vno altari in aliud, neque eſt miniſtratio ſacramenti.

y Sed

[y] Sed falſo Peña in prælect.cū Palud.d.26.& Cano lib.8.de loc.c.5.ad.3.& rel. de ſacra. negāt matrimoniū eſſe ſacramentū dū olim abſq; parocho contrahebatur: atque ita contrahentes non peccare, quia non recipiunt ſacram. in peccato. [z] Palu. d.5.q.2.Soto.d.1.q.5.a.6.& quidā Recēt. [a] Naua.c.27.nu.21.244.c.25.nu.93. [b] Victor.de excōm.§.16.de claui.§.10.Sot.d.1.q.5.a.6.cō.5.& d.22.q.1.a.4.li.9.iuſti.q.8.1.ad 1.Led.q.5.a.6.ad.2.& expreſſe Syl.confeſſor.1.§.vlt.fin.cōfeſſo.3.ante §.1.quāuis alibi loquitur ſcrupuloſe. idē omnes recent. [c] [d] Soto. & alij ſup. cit. Cano vero in prælect. monet, viros doctos timere, & ꝙ non audent extēdere cōceſſionem cōc.Conſtātien. niſi vbi ratio & obligatio vrget. [e] de ſuſceptore bap.D.Th.q.67.7. de ſuſceptore confirmationis.q.72.a.10.& dicetur ſuo loco & ſup.c.11. [f] de hac cognatione abſtulit fraternitatē cōci.Trid.ſeſ.24 ref.matr.c.2.& Pius V. prop. mot. declarationem extendit ad præterita.

laicus & non conſecratus ad illum actum: peccāt tamen M. in eo quod id ſacramentū indigne recipiunt.[y] nec peccat peccator ſacerdos qui aſſiſtit dum publicè & ſolenniter cōtrahunt[z] & adhibet benedictiones eccleſiæ: quia in eo non miniſtrat ſacramentum, nec profert formam ſed adhibet ſolennitatem tantum.

5 Excommunicatus prohibetur miniſtrare ſacramenta,[a] & qui ſuſpenſus vel interdictus eſt ab officio ordinis ſed parochus cenſura occulta ligatus vel irregularis nō peccat, ſi ſubditis petētibus ſacramenta miniſtret contritus,[b] quando non habet copiā vt prius abſoluatur à cenſura, aut diſpēſetur vt dictum eſt. c. 23. Prohibetur tamen ſe ſponte huic miniſterio ingerere: quia conc. Conſtantien. noluit ſuam indulgentiam ſuffragari ipſis excommunicatis parochis, nempe dum ſponte ſe offerunt,[c] hec alijs ſacerdotibus qui nulla officij obligatione cōpellunt.[d]

6 In baptiſmo & confirmatione præter miniſtrum eccleſiæ, iubet eligere ſuſceptorem[e] ſeu patrinū, qui puerū ex obligatione officij debeat tanquam filium ſpiritualem inſtituere in fide & bonis moribus: & cū eo filio ac ipſius parentibus vterq; parens ſpiritualis contrahit cognationem ſpiritualem,[f] quæ eſt impedimentum matrimonij.

## CAP. XXX.

### A miniſtro peccatore quando liceat petere ſacramenta: aut ea miniſtrare peccatoribus.

*§.1. A peccatore licet petere in neceſſitate.*
*2 A parocho etiā extra neceſſitatē.*
*3 A non parocho quando liceat: & valēt, exponūtur qui negāt valere.*
*4 Peccatorem qualem repellere debet miniſter.*
*5 Sed occultos ne repellat.*
*6 Si ille petat copulari matrimonio, quem parochus nouit habere impedim.*
*7 Peccator non eſt inducendus vt cōmunicet: nec vir ſuſpectus, ad probationem.*

Homo habet à Chriſto magnum ius ad remedia ſpiritualia quæ ſunt ſacramēta. quare tēpore neceſſitatis licet accipere & petere pro ſe aut pro filijs ſuis & domeſticis ſacramentū baptiſmi vel pœnitētiæ etiā à ſacerdote non parocho nec parato[a] qui habet iuriſdictionē: quāuis certo ſciat miniſtraturum in peccato. Vt in graui aut extrema vitæ aut honoris neceſſitate habet ius petendi neceſſariū mutuum, offerendo occaſionem materiāq; lucri vſurarij ei quem nouit gratis nō mutuaturū.[b] Sibi imputet qui ſponte, & ex malitia peccat: nec enim qui iure ſuo petit cenſetur inducere vt moralis cauſa ad peccatum, ſed permittere: nec peccatū proximi cū ꝓpriō detrimento etiā tēporali vitare tenetˀ, quādo proximus nō eſt in neceſſitate, ſed ſponte & ex malitia peccat: nam nec correctio fraterna obligat extra neceſſitatēm cum proprio detrimento.[c]

2 Homo habet ius ab eccleſia vt à proprio paſtore etiā peccatore exigat ſalubrium ſacramentorū paſtū, quem ille ſine peccato præſtare poteſt.[d] ſi tamen probabiliter coniectat quod ſit in peccato miniſtraturus indigne ſine contritione, aut manens in mora excommunicationis (quod tū non debet temere iudicare ſine cauſa) caritas petit vt ſi habeat aliū dignum miniſtrum, non inducat parochū non paratū.[e] At ſi alius facile non habeatur, poteſt[f] non tantū tēpore præcepti,[g] ſed alijs temporibus[h] compellere parochum putà in feſtis præcipuis & iubileo, miniſtrare ſibi ſacramētum pœnitētię & euchariſtię vtiliſſimū. vt pro vtilitate tēporali licet ab idolatra exigere iuramentum per idola,[i] & Deos, quos colit, quando inutile eſſet cogere vt iuret per verū Deū, quē ille non credit nec colit. Parochus enim ex officij obligatione cenſetur paratus conferre ſubditis ſacramenta quæ debet, vt dictum eſt: vt ſacerdos expoſitus qui omnes vocat ad confeſſionē, & offert ad altare omnibus cōmunionē, licet peccator ſit, nō cēſetur induci ab alijs, ſed potius illos inducere. nec qui huic aut parocho peccatori cooperatur dū ab eo recipit bonū ſacramentū, dicitur cooperari peccato, ſed participat in actu quatenus bonus eſt, ad quem habet ius. & qui peccatori epiſcopo dum ordines celebrat, miniſtrat ſolenniter ad altare, non participat in peccato, quia nō inducit.

3 Qui à ſacerdote non parocho, & habente iuriſdictionem ex cōmiſſione, petit vtile ſacramētum etiam extra tēpus præcepti, nō tenetur diſcutere vitā & conſciētiam illius: ſed etiā à non parato petere poteſt, quādo neſcit ipſum peccatorem indigne miniſtraturum: nec temere iudicare aut ſuſpicari debet de Chriſtiano ſacerdote, quod velit in peccato miniſtrare: niſi alias certus eſſet de concubinatu, aut alio eius vitioſo ſtatu. tunc enim tenetur ab illo peccatore non petere,[k] vt ex ordine caritatis vitet proximi ruinā & ſcandalū: ſicut & peccatorē de quo ſpes eſt, tenetur iuxta Matt.c.18. ex miſericordia & caritate corripere,[l] vt à peccato reſurgat: nec vero habet ius erga iſtum qui nec parochus eſt, nec publice paratus: & adulto qui ſic inducēs peccat, negant Patres[m] prodeſſe bap. aut aliud ſacram. in quo diſtinguere oportet verum ſacram. ab effectu illius.[n] nec illum, quē in excōmunicatione etiā occulta nouit iacere, licet inducere vt miniſtret: quia hic dum excōmunicatus exercet actum ordinis ſacri, peccat M. & fit irregularis: niſi ſit parochus qui petitus miniſtrat: nec enim ei fauet conc. Conſtantien. quia hic nec officio nec præcepto compulſus miniſtrat.

4 Paſtor quia ad reuerentiam ſacramenti curandam tenetur ex officio, tanquā diſpenſator fidelis & prudens: aduertat ne margaritas mittat in porcos. Mat.7. nec miniſtret peccatori, etiā qui paratus eſt indigne recipere. quanuis enim actus exterior non augeat malitiam actus interioris efficacis,[o] tenetur tamen iudex ex officio curare vt impediantur actus exteriores, qui Reipub. nocēt. Sic parochus negare debet communionem phrenetico qui cum reuerētia ſacramentū non capiet: & patiēti vomitum infirmo: & peccatori de cuius publico peccato manet adhuc ſcandalum,[p] donec tollatur, aut ſuſpicio de crimine purgetur. habet enim ius tuendi cultum Chriſti, & reuerentiam ſacramenti.

5 Occulto tamen peccatori ſi publice petat communionem præſertim tēpore præcepti, ideo parochus tenetur dare,[q] vt Chriſtus dedit Iudæ:[r] quia arctius eſt præceptum

CAP. XXX.

[a] Sic ex iure quod habet in extrema neceſſitate vitæ corporalis, poteſt inuito Domino capere alienum neceſſariū, & pro neceſſaria defenſione occidere inuaſorem: [b] Nau.c.14.n.27.&.n.31. lit.F.§.11.c.17.n.263.c.21.n.24.Caie.2.2.q.78.a.4.Sot.lib.6.iuſt.q.1.a.5.lib.9.q.2.a.3. fatentur Dur.in.3.d.37.q.4.Palu.Carthu.q.3.Ant.2.p.tit.1.c.9.§.14.Recen. quam rationem non aduertunt Rich.4.d.15 a.5.q.5.ad 2.Maior.q.29.Coua.c.quanuis pactū.1.p.§.1.n.10.& reg.peccatū.1.p.prin.n.5.& alij, dum negant licitū petere ſub vſuris à nō parato: quaſi inducat ad peccatū exterius cōtra iuſtitiam: vt non licet dare gladium furioſo. At his reſp. gladium nocere alteri inuito: ſed vſura non nocet, niſi petenti, & in re temporali cū iure repetēdi: & peto id qđ alter ſi velit, poſſet dare licitè abſq; vſura: nēpe mutuum. [c] Plus vrget correptio in finem vt fratrē lucretur & ſaluet. at qui vitat vnū tantū externū peccatū alterius, nō ideo eſt cauſa ſalutis. [d] Caiet.q.64.6.ad.2.collig. ex c. cum eccleſia vulterrana. de elect. nemo facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo erga parochum: præſertim quia de ſe videtur ſemper paratus dare, cū teneatur ex officio Syl.ſuſpenſio.§.1.bapt.3.n.7.Soto.d.1.q.5.a.6.con.3.&.4.Vict.§.30.Nau.c.14.n.31.§.15.&.c.9.n.7. [e] Sic parochum non debet inducere ad celebrandam miſſam, ſi coniectat quod in peccato aut excōmunicatione eſt celebraturus, Nau.d.c.14.&.c.22.n.4.11.ſi.c.25.nu.78. ſecus de ſacramento, quod mihi vtile eſt etiam ad primam gratiam ex operato. [f] Caie.Soto Palud. d.5.q.3.a.1.Scot.q.2.Dur.q.2.n.7. videtur Richa. art.3.q.4. Adria. late. q.3. de bap. addit tū Soto. ſi adeſſet alius bonus miniſter, nō eſſet accipiēdum à malo parocho, aut alio parato: ſed id facere non eſſet M. [g] vt Soto limitat. [h] Nauar.c.25.n.131. ſup.c.4.§.6. [i] Nauar.c.14.n.31.lit.F.cū Aug.c.mouet.22.q.1.Caieta.2.2.quæſt.89.6.Soto.lib.8.iuſt.q.2.3.col.3.a.4.ad.2.Syl.iuram.4.§.4.Arm.§.8.Cou.c.quāuis pact.1.p.§.1.nu.6.& 3.p.§.4.n.1.Cordub.li.1.q.38.p.321. alias iurare per idola, vel per diabolū eſt blaſphemia. Naua.c.12.nu.4.Arm.ſup.Ang.ad iuratio.D.Th.& Cai.d ar.6.Sot.q.1.ar.1.& de abuſu iuram.cap.4. Alex.3.p.q.31.m.3.a.3.Alcoc.ſumm.c.15.& iurās per Mahomet, eſt ſuſpectus de errore. Simanc. de cath.inſt.c.10.nu.9. [k] ſup.liter.E.Nauar.Soto. [l] D.Tho.2.2.q.33.2.vbi Bañes.Sot.rel.ſcer.q.2.ar.1.Naua.c.inter verba corol.59.&.c.24.nu.11.& temerariū eſſet ſi quis neget preceptū colligi ex Matth.c.18. [m] ſup.c.29.§.2.lit.E.ſic Hierony. in Sophon.3. ſacerdotes polluerūt ſanctum: dicit, qui bapt.& euchariſtiam,&c. conficiunt, nō indignentur de nobis ſic exponentibus: habet c.ſacerdotes.1.q.1.ſed exponit Mag.d.13.D.Thom.q.82.5.ad.1.& ibi ad.3.exponit Diony.epiſt.ad Demophilum,& Sixtus.5.Biblioth.c.258.item ad.2.exponit Gelaſ.epiſto.ad Elpid.& Dam lib.4.ſic exponendi ſunt Athan.ſerm.3.cōtra Arian.dicit hæreticos habere inutilem aquam.Amb.de ijs qui myſte.initiātur.c.4.non ſanat baptiſmus perfidorū.Leo epiſ.77.ad Nicetam.c.vlt.here.nequit dare per ſacramēta ſanctificationē. quos exponit Bellar.1.de ſacra.c.26.fin. [n] ſic monet diſtinguendum Augu.6.de bapt.c.1.& eā fuiſſe præcipuā cauſam erroris Cypr. de quo ſup.c.29.§.2.lite.B.& dicetur lib.de bapt.c.28. [o] D.Tho.1.2.q.19.a.8.ad.3.&q.20.ar 4.vbi Fr.Medi.Caiet.Conrad.& Recent.communis.2.d.42.Bonau.Richa.Durand.quæſt.1.Capr.Hiſpalen.Palac.quæſt.vnic.Greg.quæſt.vnic.con 7.Gab.idem Carth.diſt.40.quæſt.2.Hug.lib.2.ſacr.p.14.cap.6.Henric.quodl.V eg.lib.6.in Trid.c.37.Cord.lib.2.quæſt.18.col.antepe.&.q.12.& tamen de peccato exteriori ob moram & ſcandalum dicit Auguſt.13.Trin.c.5.homo implendo malum animum fit miſerior. & pœnitens tenetur confiteri opera exteriora peccatorum.inf.lib.2.de pœnitentia.c.5.§.7.& de actibus bonis.ſup.c.27.§.5.lit.Z. [p] Nau.c.8.nu.12. [q] D.Thom.q.64.&.68.a.4.q.80.a.6.Soto.d.12.q.1.a.6. [r] D.Thom.q.81.a.2.inf.

[s] inf. lib. de euchar. c. 54. [s] nam Ioan. 20. dantur claues etiam ad ligandum priuatiue ne abſoluat indignum. [t] Quem ſtatum peccati curat eccleſia vitare. vt expreſsit Tri. ſeſsi. 24. ref. c. 1. de clandeſt. matrim. leg. 2. fin. vbi Greg Lop. tit. 3. p. 4. Soto. d. 28. q 1. 2. ad. 2. & a. 3. Michael. Med. lib. 5. de ſacrorum homi. contin. lib. 4. cõtrouer. 7. c. 26. controuer. 10. c. 7. Couar. 2. p. ſponſal. c. 6. prin. n. 7. [u] Nau. c. 22. n. 81. [x] con. Tri. ſeſſ. 23. per multa cap. [y] Vt ſi quis virginẽ coactam vitiauit, vel contraxit in facie eccleſiæ ficto conſenſu, tenetur ducere aut ratificare: vi de Naua. c. 22. nu. 47.

negatiuum de vitando ſcandalo, & de non infamando occulto peccatore, quàm de vitanda externa ſed occulta irreuerentia ſacramẽti. Sed dũ indignus accedit ad occultum forũ confeſsionis, tenetur confeſſarius tã quam Iudex examinare peccata, & diſpoſitionem pœnitentis: nec vnquã licet eum quem nouit indignũ abſoluere: [s] Hinc enim nullum ſequitur ſcandalum. quanuis pœnitẽs conturbetur, & conqueratur.

6 Dũ aliqui matrimonio petunt coniungi, ſi parochus extra confeſſionẽ nouit impedimentum, præſertim irritans licet occultum, tenetur impedire ne maneant in perpetuo damnationis ſtatu. [t] Quod ſi impedimentum probare non poſsit, [u] & tamen per epiſcopum compellatur eos coniungere, non peccat obediens. Diligentius debet epiſcopus examinare quos admittit ad ordines ſacros, vt ſciat eſſe dignos tã inſigni ſacramento & ſtatu: [x] & ne quis tam quam fur intret in ouile, & ne cum perpetuo impedimento vt irregularitate, ordines furtiue recipiat. Interdum tamẽ, vt ex graui cauſa vtili, licet inducere ad ſtatũ matrimonij [y] aut ordinis ſacri: [z] ita licet miniſtrare hæc ſacramenta homini, quẽ credit indigne in peccato occulto recepturũ, vt de cõmunione dictũ eſt.

7 Inducere aliquem, de cuius peccato dubitat, ad ſacramẽtum cõfeſsionis aut communionis, non debet iudex eccleſiaſticus, aut vir priuatus, ea intentione vt exploret peccatum illius: [a] nec enim confeſsionis occultum ſigillum ordinari debet ad prodendum peccatum & inquirendum vt lib. 1. de pœnitentia dicetur: alioquin pœnitens haberet ius non explicandi in confeſsione id, ex quo ſibi timet graue damnũ. [b] communio ad experimentum probationis, olim erat permiſſa. [c] At vt ſuo loco dicetur: non licet. [d] ſicut neq; aqua feruẽs aut ferrũ cãdẽs. [e]

[z] Vt in graui neceſsitate, ſi multi parochi ſublati ſint peſte, poſſet Põtifex cõpellere quoſdam ad ordinem ſacerdotalem & officium paſtoris. inf. lib. de ord. [a] Et id taxat Soto lib. 5. iuſt. q. 6. a. 2. rel. ſecret. mem. 3. q. 4. con. 5. vid. Ledeſ. 2. p. q. 10. a. 3. dub. 2. & vlt. [b] Naua. c. 7. n. 3. & dicetur lib. 2. de pœnitentia. c. 9. & ſeq. cõmunis Recent. [c] c. ſæpe contingit. 2. q. 5. ex cõc. Vvormat. quod tñ eſt abrogatũ. Tabie. verb. cõmunicare. §. 14. ſi. cũ D. Th. d. 9. a. 5. 1. & q. 80. 6. ad. 3. Sot. d. 12. q. 1. a. 6. ad. 3. Led. q. 21. quanuis ea pbatione facta ſit purgatio de crimine. cap. ſi epiſcopo. 2. q. 4. & Greg. Pap. 7. orat. ad Henri. 4. Regem German. vt refert Lãber. lib. de rebus Germanor. Alex. 4. p. q. 49. m. 2. ar. 2. Adrian. quodli. 3. a. 3. putant eſſe licitum. [d] Soto. cum Stepha. PP. can. cõſului ſti. 2. q. 4. & Aug. de verbis Domini. ſer. 16. potuit vero cõcil. Vvormat. cum ſit prouinciale errare in lege, quæ non multum pertinet ad regimen populi. [e] Caie. cũ D. Tho. 2. 2. q. 95. a. 8. ad. 3. Nau. c. 11. n. 40. c. ſi. de purgat. vulga. Ang. verb. purgatio. & ſors. Syl. duelum. §. 7. & 8. homi. 3. §. 5. verſ. 9. Couar. 4. var. c. 23.

*Hactenus de ſacram. in genere.*



# LIBER SECVNDVS DE BAPTISMI SACRAMENTO.

*Autores de hac materia tractantes.*

DOct. cit. lib. præced. in princip. & Theol. cum Mag. 4. d. 3. vbi Soto. B. Thom. 3. p. quæſt. 66. Adria. 4. de bap. Alex. 4. p. q. 11. Guillel. Pariſ. Tilman. Bart. de Ledeſ. lib. de ſacra. tit. de bapt. Ledeſ. 1. p. q. 7. ſummiſt. verb. bap. Aſten. lib. 4. tit 3. Ant. 3. p. tit. 14. c. 13. Nau. c. 22. nu. 5. Victo. §. 8. Ekius. to. 4. ho. 55. Caſtr. & Medices de hær. verb. bap. Hiero. Torren. lib 3. conf. Auguſt. c. 2. Petr. Sot. de inſt. ſacerd. tit. de bapt. f. 29. Direct. inquiſ. 2. p. q. 7. hær. 4. Leontius, & Hermopulus de ſectis. Euthym. in panopl. Linda. lib. 4. panop. c. 6. 8. Gerſ. cõpen. Theol. tract. 3. in euchologio Græcorum. c. 15. 17. 79. Horantes in loc. communi. lib. 7. c. 3. Bellar. lib. de bap. Pius Pap. V. Caniſi. etiam lib. 1. Marial. c. 7. Hoſius & alij catechiſ. Doct. Canoniſtę. de conſ. d. 4. per multa cap. vbi Turrec. & in cap. maiores. de bap. & eius effectu. Bald. in prooem. Rex pacificus. pag. vltim. Patres in Matt. vlt. & Ioan. 3. vbi Smaragdus. Tertul. de bapt. Ambr. de ſacra. Cyril. Hieroſol. catech. illuminatorum. Gregor. Nazian. & Nyſſen. Baſil. & alij hom. de bapt. Diony. cap. 2. eccle. hier. vbi Pachymeres & lib. 4. hiſt. Gilbert. altercat. c. 1. & ſeq. Rodulph. in Leuit. lib. 10. c. 1. Regino de eccleſiaſti. diſcipl. Anſel. in Matt. 3. & 15. & ſæpe. Alger. lib. 3. de euchar. cap. 4. 6. 7. Iuo de ſacr. Neophyt. Bandinus lib. 4. de ſacra. c. 3. Bern. ſer. in cœna. & de bapt. & de ablut. ped. Ruper. lib. 10. diui. offic. à c. 5. Petr. clunia. lib. 2. contra Petrobuſianos. Balſamon in Canones Apoſt. & ſynod. Zonar. & Nicetas ſæpe. Honorius in ſpeculo eccleſiæ. Durand. in rationali. Cantacuze. apolo. 4. contra Mahomet. Nicephorus. 7. hiſtor. cap. 33. libro. 14. capit. 12. 17. libro. 16. capit. 35. Clictouæ. in Dam. lib. 4. c. 10.

*Gloſſa quæ literis indicibus reſpondet textui.*

## PROOEMIVM.

### Ponitur partitio libri & numerantur quidam errores.

DE baptiſmo, qui eſt ſacramentorum primus, [a] merito agũt Patres [b] primo loco. Nos huius lib. argumentum partimur in. 8. præcipua capita. 1. agimus de voce & definitione bapt. [c] 2. de tempore inſtitutionis & neceſsitate. [d] 3. de materia [e] forma [f] & ritu. [g] 4. de inſtrumentali virtute & varijs effectibus. [h] 5. de baptiſmo flaminis. [i] 6. de ſubiecto [k] & diſpoſitione neceſſaria ipſius. [l] 7. de miniſtro [m] & neceſſaria illius intentione [n] & ne rebaptizet. [o] 8. de baptiſmo Ioannis in aqua tantum: [p] & tandem de baptiſmo ſanguinis, ſeu martyrio. [q]

2. Errores cõtraverã & ſanã doctrinã de ſacra. baptiſmi ad hæc fere capita reuocantur. 1. nemo fere hæreticorum baptiſmũ abijcit, niſi qui negat omnia Chriſti ſacramenta: [r] vt Manich. [s] qui omnia corporalia

SVp. a libro de ſacrament. cap. 7. & ca. 4. [b] autores qui iam commemorati ſunt. [c] Capit. 1. [d] à cap. 2. [e] Cap. 6. de mate. remota. & 7. de propinqua. [f] à. c. 8. [g] à. c. 13. [h] à. c. 16. [i] cap. 20. [k] cap. 21. & ſeq. [l] cap. 24. & ſequent. [m] cap. 28. [n] cap. 29. [o] cap. 31. [p] à. c. 32. [q] à. cap. 34. [r s] qui hereſim Gaianã tenuerunt. refert Tertul. de baptiſm. Manichæi. apud Auguſt. her. 46. Seleuc. apud Augu. hær. 59. de qua nihil Caſtr. ſed Sebaſtian. Medices de hæreſ. verb. baptiſm. hær. 1. Prateol.

Prateol.in elench.hæreſ.Bell.lib.1.ſacr.c.1.§.3.lib. 2.c.23.lib.bapt.c 2.§.1.Theodoret.inf. [t] Epiph. hær.40.Theodo.lib.1. hæret. fabul. & de Paulicianis.Euthy.2.p.panopl.tit.21.Bellar.1.ſacr.c.1. [u] Caſt.bapt.hær.12.Medices hær.12.Bell.de bap. c.2.§.2. Prateo.verſ.Iacobitæ. ver. Seleucus. Philaſter & Aug.hęr.59 Eki.to.4.homi.8.9. Sander.lib.7. viſib. monarchi.hęr.113. [x] inf.c.5.& 21.Caſt.hęr. 59. Medic. hær.9. Bell. de bapt.c.8.& ſeq. [y] vt Seleuc⁹,qui ex cōſequēti omnino negat ſacr.baptiſ. Medic.& Caſt.hær. 1.Bellar. de bap.c.2.§.2. Philaſt. Augu.hær.59. Prateo. ver. Ignoitæ. [z] refert Vval.to.2.ſacra.c.101. Bell.de bap. cap.2.&.4. [a] Pauliciani apud Euthy.& Bell. de bap.c.2.§.4. [b] Iacobitæ apud Ber. de luzēburg. Caſtr. hær.1. Bell. c.2.§.3.& §.5. de Luthero vid. ſup. V.& in AEtiop.del Preſte Ioā.præter bap. addunt cauteriū,vt etiam exterius diſcernantur. [c] inf.à.c.8. Caſt.& Medic.hær.2.Bell.de bap.c.3. [d] Bell.c.6. & quidam Luth.& Ariani dicunt in nominibus.Bella. [e] inf. c.10.& ſeq.Bell.c.3. [f g] inf.c.13.Caſtr.& Medic. hær.8.Bell.de bap.c.24. [h] Caſt.& Medic.hęr.4.

aiunt à malo Deo profecta, & Archontici. [t] Alij aiunt baptiſmum aquæ iam ceſſaſſe: vt pote mutatum in baptiſmum ignis ſeu Spiritus ſancti aut ſanguinis. [u]

2 Qui ex hæreticis admittunt bapt.cum eccleſia: errant tamen dū aiunt,non eſſe neceſſarium, ſed inutilem paruulis: [x] quos proinde in adulta ætate rebaptizant. Huc pertinet quod de baptiſmo flaminis paulo poſt referemus.

3 Quidam negāt corporalē aquā eſſe materiam: [y] & locū Ioā.3. de ſpirituali ablutione interpretanſ,vt ſumitur ſpiritualiter. Matt.3.baptizabit igne.i.gratia. At Vvicleſ.exponit de fide in aquam quæ fluxit de latere Chriſti. [z] & vtuntur illis tantū verbis Ioa.4.& ego ſum aqua viua. [a] aut pro aqua vtuntur cauterio ignis. [b] Luth.ſatis eſſe dicit balneum lactis, aut ceruiſiæ.

4 Quidam hæretici inutili forma vtuntur, [c] contra Chriſti inſtitutionē,alij Græci vere approbant eccleſiæ Orientalis formā:ſed errant [d] putātes nō ſatis eſſe formā in eccleſia Rom.vſitatā; & à Latinis ſic baptizatos rebaptizāt. Alij ex catholicis periculoſè approbant dubias quaſdam verborū formas. [e] Alij abijciunt rit⁹ baptiſmi ab eccleſia approbatos: [f] vt Vvald.negant ſacri olei vnctiones [g] ante aut poſt bapt. faciēdas.

5 Vim & efficaciā baptiſmi quidā eneruāt,vt Meſſaliani. [h] Alij putāt vim baptiſmi eſſe inſufficientē: niſi adiungatur cōfirmatio cū vnctione chriſmatis. [i] Alij negāt cōferri poſſe baptiſmū vtiliter, niſi homini ſimul cōferatur euchariſtia. [k] Alij negant effectus quoſdā baptiſmi: quia putant peccatum originale non deleri penitus:ſed radi,aut contegi: [l] cū putent fomitē manentē eſſe verè peccatū. Alij negāt characterē. [m] Alij addunt falſo plures effectus: vt quod baptiſmus ſi verus ſit,hominē reddat impeccabilē: [n] aut quod liberet ab obediētia legis diuinæ,aut certe humanæ:& ab obligatione voti emiſsi. [o]

6 De ſubiecto,quidā paruulos negāt eſſe baptiſmi capaces. [p] Alij putant paruulis cū baptiſmo infundi miraculoſam diſpoſitionem actus. [q] Alij mortuos ſine baptiſmo decedētes,putant baptiſmo dato,ſaluari. [r]

7 Miniſtrū baptiſmi, quidā hæretici negant ſatis eſſe laicū,niſi ab ipſis ſit deſignatus miniſter ꝓ ſacramētis. [s] Alij collatum rite ab hęretico, aut pagano negant valere. [t] Quidā ex catholicis falſo putant intentionē, ſi deſit iniquo miniſtro,ſuppleri per generalem intentionem eccleſiæ. [u] Alij dicuntur Anabaptiſtæ, quod laudent miniſtros rebaptizantes [x] contra vnum baptiſma.

8 De.2.baptiſmo in voto,qui dicitur bapt. flaminis quidam negāt catechumenos adultos ſaluari, quāuis habeant contritionem cū voto baptiſmi: [y] quaſi baptiſmus in re ſit omnibus mediū omnino neceſſariū ad ſalutem gloriæ. Alij ex catholicis falſo aſſerunt paruulis,etiā intra vterū matris latentibus, ſi periclitentur, prodeſſe quēdam baptiſmum in voto,nempe oblationem parentum: [z] quaſi adhuc pro his maneat illud ſacram.quod erat in ſtatu legis naturę.

9 Baptiſmū Ioannis Baptiſtæ quidam hæretici putant habuiſſe eandē iuſtificandi vim,cum baptiſmo Chriſti: [a] Alij baptiſmum ſanguinis,ſeu martyrium,aut pœnitentiam negāt remittere peccata:ſed ſolā fidem, [b] qua tempore martyrij aiunt apprehendi Chriſtum.

10 Contra hos errores eodē fere ordine procedentes,ſtabiliemus catholicam doctrinam eccleſiæ Romanæ,& Patrum, de ſacramento baptiſmi:qua dānantur tā veteres hæreſes, quā quæ de nouo à recentioribus hęreticis ſuſcitatæ ſunt,aut inuentæ. [c]

Bell.1.ſacr.c.1.§.2.Epiph.hær.80.Auguſt.hęr.57. Theod.li.4.Dam.de hęreſ.quod Guid.tribuit Armenis. [i] Medic.hęr.7.de Arme. [k] Caſt.& Medi. hær.7.& nos lib.de euch.c.3. [l] Caſt.& Medi. hær. 11.Prateol.in Luther.Bella.de bap.c.13. [m] inf.c. 18.Bella.2.ſacr.c.18.& hinc quidā hæretici rebaptizāt cōtra vnitatē bap. Caſt.& Medic. hęr. 6. [n] Bell.de bap.c.14.cōtra Iouin.& alios.inf.c.16.§.2. [o] Bella.c.12.fi.15.& ſeq. [p] inf. c.21.cit. ſup. X. [q] inf.c.24. Luther. refert Bell. c.10. ſed cōfutat.c.11. [r] colligunt falſo ex.1.Corint.15. baptizantur pro mort. Caſt.Medic. hær.3.inf. c.3.F.&.c.21. [s] Luther. apud Bell.de bap. c.7.& lib.1. ſacr. ca.24. inf.cap.28. [t] Bellar.1. ſacra.ca.26. [u] inf.c.29. & lib.de ſacram.c.29. Bellar.1.ſacra.cap.27. [x] inf.c.31. Caſtr.& Medic.hær.6. Prateol. verbo. Anabaptiſtæ. Bellar. de bapt. c.8. [y] inf. c.20.Caſt.& Medic. hær.10. Bellar. de bapt.c.6. [z] inf.c.21. contra Caiet.Medic.hær.9. [a] inf.à.c.32.Medic. verb. bapti.hær.13.Bellarm.de baptiſm. cap.2. 19.& ſeq. [b] Luther.apud Bellarmin cap.6. [c] Vt dicit Tridentin, ſeſsio.7.in procem.





CAP. I.

[ab] Bellar.[ab] de bap.c.1.dicitur ſigillū,quæ vox licet communis ſit omni ſacramento,ſup.lib. de ſacram.c.6. baptiſmus tamen eſt. 1.& quo intrant eccleſiæ caulam, quaſi oues charactere ſigillatæ. [c] A Græcis dicitur cōmuniter photiſmos.i.illuminatio: quia eſt ſacramentum fidei, Hebr. 6.&.10.dicuntur illuminati de quo lib. de ſacra.c.13. Cyril. ſuas catech. vocat illuminatorū. Clem. Alex.1.pædag.c.6.Dionyſ.c.2. eccle.hier. vbi Pachymer. Naziā.orat. de bap.Chryſoſt.hom.ad baptizatos. Augu.1.de pecc. mer.c. 26.fi. tract. 44.Ioan.D. Tho.q.69. 5.Bellar.c. 1.&.11. propo.4. Dam.lib.4.cap.10. Pius V.& Caniſi. in catechiſ. [d] Hebræ.5.varijs bapt.i. purificationibus.&.c.9. &.10.vbi Chryſoſt.ho.28.Pius V.conc.Colon.Hoſi.c.30.Soto.d.3.a.1.col.3. [e] ſup.lib.de ſacram. c.2.§.2.fi. [f] D.Thom.q.66.11.Soto.d.3.a.11. vbi communis cum Mag.Victor.§.24.Ledeſ.q.7.a. 11.Hugo.lib.2.ſacram.p.6.c.6.Taper.a.2. Hoſi.c. 36.Palud.d.4.q.3.a.2.Vvald.de ſacram.c.96.97. Caſtro.verb.bap. hær.9. Alex.4.p. q.22. Card.de Aracæli.c.3.Coua.c.alm.mater.2.p.§.2.nu.7. Cucchus.lib.5.maior.inſtit.tit.2.num.18.gloſ. in ſum. de conſ.d.4.& in.c.Apoſtol.de presby.non baptiz. Hoſt.ſum.de bap.§.quot ſint.nu.14.Anto.3.p. tit. 14.c.13.ante.§§.Syl.bap.1.Angel.Tabien.Armil. Aſten.lib.4.tit.3.Naua.c.22.n.5.&.l.4.tit.4. p.1. Aug.4.contra Donat.c.22.Torren. lib.3. confeſſ. Auguſt.c.2.Cyril.lib.2.in Leuit.colu.2. Dam.lib. 3.c.10.lib.4.c.1.Ber.epiſt.77.ad Hugo.&.60. quę diſtinctio habet fundamentum in Scriptura, vt ſtatim dicetur.Bellar.c.6.Palac.d.4.q.6.p.137.Vval. to.2.de ſacram.c.96.97. [g] Bellar.c.6.prop.1. Hiero.in Epheſ.4.Vnum bap.Auguſt.13.ciuit.c. 7.epiſt.118.lib.4.de bap.c.21.22.Cyril. catech.3. Nazian.orat.39.in S.lumina.Dam.4.c.10. Berna. epiſ.77.Hug.c.7.Aug.ſeu potius Fulgen.de fide.ad Pet.c.3.ca.firmiſs.de conſ. d.4. [h] ſup.de ſacra.

c.3.definit con.Florent.& Trid.ſeſ.7.de ſacr.can. 1.& de bap.can.1.D.Th.3.p.q.65.1.Led.q.6.Bell. li.2.de ſacr.c.27.Sot.d.1.q.6.a.1.Aug.tract.80.in Ioan. [i] Sup.de ſacram.c.15.& ſeq.& de bapt. definit Trid.ſeſsio.6.c.7.eſſe inſtrumentalem cauſam gratiæ,& generaliter de omni ſacramento ſeſ.7.can.6.& ſeq. de bapt. aquæ Ioan.3.niſi quis renatus. Epheſ.4.mundans eam lauacro aquæ in verbo vitę.Matth.vlt. Mar.vlt. baptizantes. [k] D.Tho. quæſt.68.1.&.2. vt in Corne.Act.10.fuit bap. flaminis antequam accederet Petrus Apoſtolus.Sic Chriſtus gratiam Spiritus ſancti quæ datur baptiſmo flaminis vocat aquā: Ioan.4.&.7. Trid.ſeſſ.6.c.4.ſeſ.7.ſacra.can.4.ſeſ.14.c.1.c. firmiſsime.15.q.1.cap.baptiſmi vicem. de conſ. d.4. Bellarm.c.6.prop.2.ſic Acto.1.miſsio Spiritus ſancti dicitur bap.& certum eſt adultum per contritionem cum voto bap.iuſtificari:vt probāt Patres cit. F.quia Ezech.18.&.33.vere pœnitentibus promittitur remiſsio Innoc.c.Apoſtolicam de presb. non bap.D.Thom.q.68.2.& vterq; citat.Amb.orat. de obitu Valentinian.ad fin.Auguſt.4.de bap. cap.22. vbi probat ex Cypr.quod bonus latro iuſtificatus eſt,fide & conuerſione.Hug.Soto.d.3.a.11.d.5.q. 1.ar.2.quod vero Bern.epiſt.77.refert ex Aug. de eccleſ.dogmat.c.74.catechumenum non ſaluari ſine baptiſmo aquæ, vel ſanguinis.dicetur.cap.20. [l] Bellarm.c.6.ſed abſque autore. [m] De Cornel.Act.10.ibi Chryſoſt hom.24.Hieron.2.cont. Iouin.Aug.quæſt.33.in Num.Bellarm.2.de pœnitentia.c.14.§.16.obiecto. [n] Trid.ſeſ.14.c.2.fin. Dam.lib.4.cap.10.Hoſi.cap.48.Caniſi.lib.1.contra Magdaburgenſ. de ſæculo Baptiſtæ. cap.10. Nazianze.de ſecundis Epiphanijs. & conc.39.in ſancta lumina.& lib.4.Theologiæ. cap.9. Caſsiodor.de orig.offic.c.24. Vvald.de ſacram.cap.104. Turrian.in Clem.lib.2.conſtit.Apoſt.cap.41. Cano.relect.de pœnitentia.1.p.Bellarmi.1. de pœnitentia.cap.13. [o] D.Thom.addi. quæſt.2.art.2.

## CAP. I.

### De voce, diuiſione & definitione Baptiſ.


§.1. *Retinetur vox Græca bapt.*
2 *Diuiditur triplex into.4.bap.*
3 *De martyrio.*
4 *Differt à ſacram.pœnitentiæ.*
5 *Eſt vnum baptiſma.*
6 *Præſignatum eſt figuris.*
7 *Differt à circunciſione.*
8 *Et à bapt.Ioan.*
9 *Definitur.*


Baptiſmus propter varios effect⁹, habet varia nomina. [a] dicitur enim gratia,donum,myſterium, expurgatio,regeneratio, ſigillum vnctio [b] ſed à Græcis communiter vocatur illuminatio. [c] Vox baptiſmus & baptizo, qua vtimur in conſueta forma,eſt Græca:& ſignificat generaliter ablutionem. [d] retinet eccleſia verba quædam Græca in ſacramētis,& in alijs officijs, vel quædam Hebraica: [e] quia in primitiua eccleſia, vbi pars maior fidelium erat ex Hebræis vel Græcis, cœpit illis vti, & decet conſueta retinere. [f]

2 Triplex eſt bap. [f] fluminis flaminis & ſanguinis.Sed quidam Patres duos tantum operis numerāt, [g] aquæ & ſanguinis: qui & in infantib.habent effectum. Primus aquæ ſeu fluminis,ſolus à Chriſto inſtitutus eſt,vt eſſet verè ſacramentum [h] (per ſe contra peccatum originale) id eſt,ſignum practicum, & inſtrumentalis cauſa gratiæ: [i] de quo in præſenti agimus,2.baptiſmus flaminis,in ſolis adultis rationis vſum habentibus,nec dum baptizatis, dicitur contritio: [k] quæ includit baptiſmum in voto:præſertim feruens contritio quę delet omnē pœnam [l] vt baptiſmus.Sic Cornelius ante baptiſmū Act.10.fuerat iuſtificatus, [m] cuius eleemoſynæ Deo placuerant. Hoc modo pœnitentia dicitur laborioſus baptiſmus. [n] At ad iuſtificationem adulti qui haberet ſolum originale peccatum,ſatis eſſet cum dicto voto,dilectio Dei ſupernaturalis ſuper omnia:quia ad peccati originalis deletionē,formalis pœnitentia nō requiritur: [o] & hic rōne caritatis

[p] Matt. 3. promittitur Apoſtolis. & Act. 1. quod eſſent baptizandi in Spiritu ſancto & igne: nẽpe die Pentecoſtes. [q] D. Thom. q. 67. 3. ad. 3. Nau. c. 1. n. 14. 27. 35. 43. c. dixi. c. magna. de pœnitentia. d. 1. Soto. d. 19. q. 1. a. 3. Michael med. de indulgen. diſput. 1. & 2. Roſen. a. 17 Triden. ſeſ. 6. can. 30. ſeſsio. 14. can. 12. interdum tamen magna contritio delet totam pœnam: Naua. c. 1. nu. 43. cum glo. c. menſuram verſ. doloris. de pœnitentia. d. 1. Soto. ſupra & q. 3. ar. 1. d 20. q 2. 1. fin. Lede. 2. p. q. 20. 2. fin. Vega. li. 9. in Trid. c. 41. lib. 13. cap. 39. Taper. a. 3. Hoſi. c. 47. D. Th 4. d. 15. q. 2. 2. 3. d. 17. q. 2. 1. 1.

[p] dicit baptizari in Spiritu ſancto. [p] Hic baptiſmus nõ dat characterem, quia iterabilis eſt: & communiter non delet omnem pœnam. [q]

h [h] contra quem ſcribit Auguſt. libr. de peccat. mer. qui dicitur de baptiſmo paruulor. & epiſt. 23. lib. de hæreſ. ca. 69. conc. Mileui c. 2. ca. placuit. de conſ. d. 4. Triden. ſeſſ. 5.

i [i] Caluin. & tempore Augu. tenuit Vincent. cont. quem Auguſt. libr. de orig. animæ. 2. cap. 9. lib. 3. ca. 9. & ſequent. & 2. retract. cap. 56. refert quod poſtquam ſcripſit contra Vincent. accepit epiſt. eius, vbi fatetur ſe emendatum. Bellarm. de baptiſmo. ca. 4. contr. quos Trident. ſeſſ. 7. can. 2.

k [k] ſup. de ſacramentum. c. 4. contra Scot. & Palud. diſt. 4. q. 2. dicentes quod quia homo creatus & prædeſtinatus eſt vt impleret ruinas Angelorum ex Anſel. 1. cur Deus homo cap. 18. ideo pueri ex ſolo baptiſmo, & meliori miniſtro, habebunt maiorem gradum gratiæ & gloriæ.

l [l] Auguſt. epiſt. 28. ad Hierony. & ſerm. 14 de verb. Domini. Fulgent. de incarnatio. cap. 30. Soto. 1. de natura & gratia. cap. 5. 14. Petr. Sot. de inſtit. ſacerdot. f. 62. frat. Medi. 1. 2. quæſt. 83. 4. D. Thom. opuſ. de peccato origin. quæſt. 2. & addit. q. 89. a. 6. Viguer. ca. 18. §. 6. Bart. ſibylla in peregri. quæſtion. Decad. 1. cap. 3. quæſt. 5. art. 2. Abulenſ. Matt. 25. quæſt. 263. Abb. & Card. in. cap. maiores. de baptiſ. glo. in cap. regenerante. de conſecra. diſt. 4. quod vero Aug. de eccleſ. dog. ca. 26. c. firmiſſime. de conſ. diſt. 4. dicit paruulos torqueri pœna ignis. vbi Hug. & Archid. Drie͂d libr. 1. de natu. & grat. cap. 2. fin. Roſar. Buſti. in Marial. ſer. 9. lit. O. interpretandus eſt quia detinentur igne tanquam carcere: non tamen habent pœnam ſenſus. At Catharin. opuſcu. de his pueris falſo ait poſt diem iudicij habituros ſuper terram fœlicitatem quandam naturalem, quia Auguſt. 1. de peccator. mer. c. 16. & lib. 5. contra Iulian. cap. 8. Nazian. ora. 40. in



ſanct. bapt. ſignificant, non habituros præmium aut pœnam. At loquuntur de pœna ſenſus.

genitus, non naſcitur infans ſan- m ctus. [m] quia pater agit in vi Adami, & naturæ infectæ, ſed indiget fieri ſanctus per regenerationẽ baptiſmi. quod ſi fidelis non diſcedat à coniuge fideli fiet matrimonium ſanctius ob ſpem conuertendi in fidelem, & ſanctificandi prolem bona inſtitutione: vt dicit Apoſtolus. 1. Corint. n 7. [n]

3 Adulto baptiſmus in re, eſt medium neceſſarium, ſi modo poſsit opportune recipere: dicitur vero huic medium, quia de illo eſt tale o quoddam præceptũ Chriſti, [o] tanquam de re per ſe ordinata in remiſsionem peccati originalis, vel etiam mortalium, quæ homo fecit ante baptiſmum. In quo differt ab alijs præceptis, vt de ieiunio: quorũ impletio non eſt ſufficiens conferre primam gratiam, nec per ſe ordinãtur vt habeat vim remittendi peccata præterita.

4 Voluit tamen Chriſtus vt quãdo à baptiſmo in re (propter impo- p tentiam in neceſsitate, [p] aut alias ob aliam cauſam) excuſatur adultus, ſalutem haberet per baptiſmum in q voto [q] i. per poſitiuum actum contritionis, aut dilectionis Dei, vel martyrij. dum vero B. Aug. de eccl. dogm. cap. 74. habetur. cap. catechumenum. de conſecrat. d. 4. negat catechumeno, quantumuis proficiat, dimitti peccata: niſi veniat ad bap- r tiſmum. [r] variè explicatur. [s] At s ſane loquitur de ijs qui nondum

m [m] hæret. Recent) ex. 1. Corin. 7. alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autẽ ſancti ſunt, & Gen. 17. ero Deus tuus & ſeminis tui) aiunt filios fidelium naſci ſanctos ſine bapt. & ſaluari. contra quos Tertul. apol. ca. 17. Hieron. epiſt. 7. ad Lętam. & alij ſtatim citãdi Trid. ſeſſ. 7. can. 2. & Patres dicunt homines non naſci chriſtianos, ſed fieri. Abrahę vero Geneſ. 7. promiſit iuſtificaturum ſemen eius & filios, nõ qui ſecundũ carnem, ſed qui imitantur fidem Abrahę. Ioan. 1. qui non ex ſanguinibus, ſed ex Deo nati ſunt denuo. Aug. epiſt. 200. ad Aſelicum. Bellar. de bapt. c. 4.

n [n] Bellar. c. 4. exponit in. 1. Corint. 7. 1. de ſanctitate legali, ideſt, filij fidelium ſunt legitimi. & matrimonium parentis fit melius, ob ſpem conuertendi coniugem, & prolem. ita ibi Ambroſ. Anſel. D. Tho. vid. Aug. 3. de pecc. mer. c. 12. & lib. 1. c. 26. lib. 2. c. 12. 26. libr. 1. de ſer. Domini. c. 14. de verb. Apoſt. ad fi. ſic Theoph in. 1. Corint. 15. citans hunc loc. & Paul. vti redũdantia ſermonis, vt hinc probat Marti. lib. 8. Hyp. ca. 1. prob. quia ſubdit, ſanctificatus eſt vir infidelis per fidelẽ: & ideo non dimittat virum infidelem: alias eo dimiſſo ſi cum alio contrahat naſcentur filij ſpurij. & addit Aug. & Anſel. monere Apoſtolum ne abutatur matrimonio. 2. exponitur de ſanctitate in potentia, non tantum vt conuertat coniugem in ſpe, ſed vt baptizet prolem, & ſanctificet. manebat enim fidelis cum viro infideli ſub ea conditione, vt ſineret vxorem viuere in lege Chriſti, & filios baptizare, & inſtruere in ea lege. Aug. lib. 2. ca. 12. 26. lib. 1. de ſerm. Domini in monte c. 27. Hieron. 1. contra Iouin. & epiſt. 153. ad Paulin. vbi citat Tertul. de monogam. & lib. 2. ad vxorem. 3. explicat Aug. filij veſtri ſancti ſunt: quia baptiſmo ſanctificabantur.

o [o] nullum medium creatum de actu eſt neceſſariũ adulto, niſi in eo reperiatur aliqua ratio præcepti. alias iuſtificatus contritione vel lethali vulnere martyrij, non teneretur recipere ſacramentum bapt. vel pœnitentiæ, vt medium neceſſarium: quia ſecluſo præcepto nõ peccaret, ac ſubinde iuſtus ſaluaretur abſque ordine & voto ſacramenti. ſed ad medium præter cõmunem rationem præcepti requiritur inſtitutio, ex qua ſacramentum baptiſmi, vel pœnitentiæ per ſe ordinatur vt medium in re aut in voto neceſſarium, ad remiſsionem peccati. infr. lib. de fine. c. 11.

p [p] Patres ita limitant ſine ſacramento baptiſmi vel pœnitentiæ ſufficere contritionem, quando vrget neceſsitas: vt ait Aug. li. de natu. boni. contra Manich. ca. vlt. lib. 1. de adult. coniug. cap. vlt. lib. 4. de bapt. contra Don. ca. 21. 22. quem citãt Inno. c. apoſtolo. de presbyt. nõ bapt. Bern. epiſt. 77. D. Tho. quęſt. 62. 2. ad. 3. Mag. diſt. 4. Vvalde. de ſacram. cap. 104. 105. Sot. d. 5. a. 2. col. 5. Pamel. in Cyprian. epiſt. 54. ad fi. At reuera extra tempus præcepti cõtritio cum voto ſacramenti iuſtificat. præceptum vero bapt. obligat ſemper, & omnino ante mortem, ſed non pro ſemper. & minus ſtricte obligat præceptum confeſsionis, quia non obligat ad ſtatim.

q [q] vt dicunt Patres cit. cap. 1. §. 2. F. K. quia Ezechiel. 33. promittit in quacunque hora ingem. Ioan. 14. qui diligit me diligetur à Patre. ſic Acto. 9. Saulus & cap. 10. Centurio iuſtificatus eſt contritione ante baptiſmum. Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. ſeſſio. 14. cap. 4. & de baptiſmo flaminis Auguſt. epiſtol. 108. libr. 4. de baptiſmo. cap. 22. citat Cypria. Ambroſ. orat. de obitu Valentinia. Bernar. epiſt. 77. ca. debitum. de baptiſmo. cap. 2. de presbyt. non bapti. Hug. lib. 2. par. 6. cap. 7. D. Thom. 4. contra gent. c. 72. & quodl. 4. ar. 10. Alexan. 4. par. quęſt. 22. m. 1. art. 4. Durand. diſt. 4. quæſt. 8. Palud. quæſt. 3. Soto diſt. 3. art. 11. diſt. 5. quæſt. 1. art. 2. Caieta. quæſt. 4. de contritione. Taper art. 6. Vega. lib. 9. Trident. cap. 41.

r [r] Bellar. de bapt. cap. 6. propoſ. 2. putat Auguſt. id interdum ita ſenſiſſe. quia tract. 13. in Ioan. & lib. 3. de peccatorum mer. cap. 4. epiſt. 57. ad Dardan. lib. 5. cont. Iulia. cap. 3. li. 9. conf. c. 4. fi. eccleſ. dogmat. cap. 74. ad Simplicia. quæſt. 2. Fulgent. de fide ad Petrum. cap. 3. fin. negat catechumeno, quamtumuis proficiat dimitti peccata niſi veniat ad baptiſmum. id de eccleſ. dogm. habetur. cap. catechumenum. de conſ. diſt. 4. & tanquam Auguſt. citat Mag. & D. Tho. inf. Ambro. de ijs qui myſt. init. cap. 4. Nazianzen. orat. 40. in ſanct. baptiſm. ad med. Vvaldenſ. de ſacramen. cap. 97. 98.

s [s] Quæ loca Magiſt. diſt. 4. explicat: niſi catechumenus contritus impediatur neceſsitate recipere baptiſmum, & quod ex alijs locis eiuſdem Auguſt. ſupplenda ſunt hæc loca, & probatur, quia ſimiliter Aug. 1. de peccat. mer. cap. 23. & 1. de origine animæ. cap. 9. lib. 3. cap. 9. epiſt. 28. prope fin. de fide ad

ad Petrum.cap.27. paruulis ita neceſſarium putat baptiſmum in re, vt videatur excludere baptiſmum ſanguinis : & tamen de fide ad Petrum. cap. 30.de eccleſ.dogm.cap. 74. excipit martyrium. 2. expoſitio D.Thom.quæſt.68.art.2.ad. 2. ibi Sebaſtian.perez, Soto.diſt.5. art.2.col.5. catechumenus iuſtus qui habet bona opera ex fide non habebit vitam æternã. nempe ſtatim,quia nõ recepit baptiſmũ, quo remittit tota pœna. At non loquũtur ad mentem libr.de eccleſ. dogm. & in alijs loc. Auguſt. dicit damnari, & eſſe membrum diaboli, nec eis catechumenis dimitti peccatum: nec pertinere ad eccleſiam.quod ex alijs etiam Patrib.probat Bellarm.libr.3.de eccleſia militan.cap.3.

t erant competentes, t de quibus dicetur.ca.20.contritio vera non eſt u niſi cum propoſito explicito u recipiendi baptiſmum: ſi modo id remedium noſſent.quale propoſitum ſeu votum commune emittebant x competentes, x i.catechumeni iam digne præparati ad baptiſmum. nec tamẽ eſt fractor voti chriſtianus qui y præcepta eccleſiæ violat. y ei vero qui baptiſmum ignorat, ſatis eſt implicitum votum baptiſmi, z quod in prædictis actibus includitur : ſic enim cũDei auxilio dignè pœnitet, a & præſtat totum quod poteſt. a

5 Baptiſmus dicitur ſimiliter medium & ſufficiens & neceſſarium b ad vltimam ſalutem b gloriæ:quia in iuſtificato per contritionem, vel ſanctificato etiã in matris vtero ex c priuilegio, c manet ſemper diuina obligatio per ſe recipiendi baptiſ- d mum, d ſi poteſt, vt fiat actu & numero chriſtianus & membrum eccleſiæ viſibilis ,extra quam non eſt ſalus:Nam poſt promulgatum euan-

t expreſſe dicit Auguſt.epiſt.155.ſi.lib.1.retract. cap.17.lib.9.confeſſ.cap.6.de fid.& operib. cap. 6. ſer.116.de tempore ad competentes habetur. cap. audite.34.d.& gloſſ.magna in.cap.1. 30. quæſt. 1. Iuo.p.8.ca.153.de quibus competentib. Hierony. epiſt.ad Pamach.de err.Ioan.Leo epiſt.4.c. 5.&.6. vocat electos. de qua iſtorum diſtinctione Iſid. 2. offic. eccle.c.21.Raban.maurus li.1. de offic. cler. Alcuin.de offic.eccl.§.heſterna die.Taper.art. 2.& bene Turrian.in Clement.lib.2.de apoſt. conſt. ca. 20.libr.8.cap.9. quod tandem agnoſcit Bellar. de bapt.cap.25.quanuis.cap.6.propoſ.2. reijcit autorit.lib.de eccleſ.dogm.c. 74. quaſi non eſſet Augu. vid.Sixt.lib.6.bibl.ca.311.At tempore Bern.epiſt. 77. quidam negabant ſufficere baptiſmum flaminis. porro Nazian. ſup. ait non habere præmium, nec pœnam,ſcilicet,ſenſus,pueros ſine baptſmo decedentes.

u D. Thom.quæſt.68.art.2. Sot. d.5.a. 2.poſt med.diſt.14.q.1.art.5.col.4.lib.2. de gratia ca.12.Scot. diſt.14.q.1.Ledeſ.2.p.quæſt. 5. art.2. dub.3.&.1.p.q.11.art.3.dub. 6. propendet Cano. rel.de pœnitentia. p. 5. Victor. recent.& id plane ſignificant Hug.& Richard.de ſanct.vict. qui ſtrictius loquuntur.ſimiliter quidam in chriſtiano, dũ conteritur, requiri votum explicitum ſubijciendi ſe clauibus & abſolutioni,affirmant.Mag.diſt. 17. cap.2.vbi D.Tho.q.3.5.1.& ar.1.1.d.18.q.1.3.1. &.4.lib.4.contra gent.cap.72.&.3.p. quæſt. 84.5. ſignificat Durand.d.17.q.2.quia Trid.ſeſſ. 14. ca. 2.æquat neceſsitatem vtriuſque ſacramenti: At ſane contritio in chriſtiano quia eſt pars ſacramenti pœnitentiæ, ſatis includit votum ſacrament. Trident.ſeſſ.14.cap.4.Soto.diſt.14.quæſt. 1.art.5.

x ſic morem fuiſſe in primitiua eccleſia emittendi votum commune ſeruandi legem Chriſti, probant Hiero.& Ambro.in.1.Tim.1. confeſſus es bonam confeſſ.Hiero.in Amos.6.Ambro.1. de ſacra. cap.2.lib.9.in Luc.cap.82.lib.10.cap.20.Aug. ſer. ad neoph.Bonif.c.igitur.de conſ.d.4. quod votum commune vocant Doct.cum.Magiſt.4.diſt.38. vbi Bon.art.2.q.2.ad.1.Durand.D.Tho.Maior. & fatetur D.Tho.2.2.q.88.2.ad.1.& Recent. Caieta. Mant.Peña ſolitum fieri olim à catechumenis,vſq; ad tempora Auguſt.

y quia per baptiſmum vbi fit ꝓceſſio totius legis poſitiuæ Chriſti & eccleſiæ ( vt olim Galat. 5. circuncifione fiebat profeſsio legis veteris) extingui videtur ea prior obligatio voti: & ideo Theolog. vocant votum cõmune.vt bene Caieta.dict. ar.2.ad.1.dub.1.Palud. diſt.38.quæſt.2.Soto lib.7.iuſt.q.1.3.ad.1. diſt. 6. quæſt.2.1.ad.3. Victo.§.37.Nauar.cap. 12.nume. 32.§.12.dicetur inf.cap.20.

z D.Thom. quod obſcurius dixit.q.68.2.explicat.quæſt.69.4. ad. 2. Auguſt.lib. 1.ad Simplician.quæſt.2.Soto.d.5. art. 2.poſt med.d.6.q.1.art.7.concl.4.Vvaldenſ.de ſacramen. cap.97.103.Caieta.verb.confeſsion.condi.12.Vega.lib.5.in Trid.cap.14. Cordu. lib.1.q. 16.Ledeſ.ſup.& fatetur Cano relect.de de pœnitẽtia.p.5.ad gratiæ impetrationem ſatis eſſe votum implicitum bapt.ſicut & fidem implicitã. de Chriſto.

a D.Tho.1.2.quæſt.109.6.ad.2.qui ex auxilio facit totum quod in ſe eſt & habet contritionem propter Deum ſumme dilectum, quamuis ex ignorantia aut inaduertentia non habeat actum fidei explicitæ de Chriſto, nec votum explicitum baptiſmi iuſtificatur: huic enim diſpoſitioni de lege repugnat manere in pecc.vide eund. D.Thom. q.112.3.Bon.2.diſt.28.a.2.q.1.conc.Arauſi.2. ca. 7.&.25.Mileuit.ca.5.Aug.2.contra duas epiſtolas Pelag.Taper.ar.7. hominem non facere totũ quod in ſe eſt, niſi præueniatur ſpeciali Dei auxilio.

b Soto.diſt.5.ar.1.Cano.relect.de pœnitentia.p. 5.&.dicetur libr.de fine,cap. 12. generaliter enim id quod eſt medium neceſſarium ad primam gratię ſalutem, ſi excuſatus iuſtificetur, manet adhuc neceſſarium ad vltimam ſalutem. vt contritus tenetur re ipſa recipere ſacramentum baptiſmi,pœnitentiæ vel euchariſtiæ : & habere fidem explicitam de Chriſto : confiteri integre omnia pecata, quæ ex morbo & alia cauſa non potuit: idque omnino,& per ſe ante mortem ex Chriſti inſtitutionem ſeclufis alijs circunſtantijs.

c d etiam Beata Virgo & Apoſtoli qui ſine ordine ad baptiſmum, ante illius inſtitutionem receperant gratiam, tenebantur baptizari præcepto diuino, poſt promulgationem euangelij. & baptiſmus fuit efficax in Beata Virgine : quæ tamen nullum peccatum habuit, & contraxit, vt ſic fiat membrum eccleſiæ viſibilis, & capax ſacramentorum : Diuus Thomas. quæſtione. 68. 1.ad



1. ad. 2. e hæc eſt. 2. ratio obligationis, quia contritio poſt promulgatum euangelium, non habet vim iuſtificandi, ſine voto ſacramenti. Triden. ſeſsio.14.cap.4.ſeſſ.6 cap.4. f licet actu contritionis applicentur homini merita Chriſti ad remiſsionem peccati, ſine dependẽtia ab vlla conditione de futuro: Deꝰ tamẽ offenſus qui ab homine exigere potuit quam vellet compenſationem offenſæ, inſtituit vt applicatio meritorũ Chriſti non fieret pro remiſsiõe peccati mor.ſine ſacramẽto in re vel in voto.

gelium contritione iuſtificatus eſt ſub onere & obligatione recipiendi e ſacrament. ante mortem, e vt ſic reali ſolutione Chriſti per ſacram. f applicata ſatisfaciat f Deo:niſi neceſsitas excludat potentiam, ne vnquam recipere poſsit ante mortem.

6 In quo differt ab alijs virtutũ præceptis,quæ non obligãt niſi ſub certis temporis & loci circunſtantijs:quibus non extantibus non tenetur homo ad illarum actus, nec ſupplere ante mortem alio æquiualenti,licet poſsit.At qui ſpõte omittit baptiſmum, peccat contra ius diuinum de accipiendis medijs neceſſarijs, & ſi decedat abſque illo, aut alio remedio ſupplente vicem baptiſmi,non intrabit in regnũ cœlorum:vt de catechumenis,qui nondum competentes dicuntur, dicit g D.Auguſt. g qui tamen ſemel atq; iterum habita opportunitate,neglexit baptiſmum,& tamen eius culpę contritus decedit, ſaluabitur: quia baptiſmus flaminis iteratus ſupplet, & purgat culpam etiam negligentiæ.

7 Vt qui creditori ſoluit ante præfixum terminum, implet debitũ iuſtitiæ ſecundum ſubſtantiam:ita qui ſacramentum baptiſmi vel pœnitẽtiæ ſuſcipit eo tempore,quo nõdum obligabatur ſub noua culpa, implet debitũ:quod cum ex delicto prouenerit, de ſe obligat ſtatim h ſolui & ſatisfieri læſo & creditori:niſi ille inducias temporis concedat.

8 Deinde baptiſmus eſt medium neceſſarium tanquam ianua aliorũ ſacramentorum,ſup. ca. 2. §. 1.quia homo ante baptiſmum eſt iure diuino incapax fructus aliorum.A quibuſdam tamẽ Chriſtus dicitur cum Apoſtolis diſpenſaſſe, vt in vltima cœna ante baptiſmũ reciperent euchariſtiã,& ordinem ſacerdotalẽ. i At ſecluſa tali diſpenſatione,eſt ordinis incapax : quod ſi catechumenus etiam iuſtus recipiat veram euchariſtiam, nullum fructum ex operato participabit,ſup. ca.2.§.1.ſic ergo baptiſmus eſt medium neceſſarium ad gratiam,& ad gloriæ conſecutionem,ei qui poteſt recipere: & ad alia ſacramenta recipienda.

g ſup. R. & inf. c.20.

h ſic D. Thom. 2.2. 9.62.art.8. cõparat pręceptum reſtitutiõis affirmatiuum quod includit quandã negationẽ non retinẽdi aliena inuito Dño cum præcepto pœnitentiæ,ad quod Deus offenſus poſſet ſtatim poſt peccatum obligare: niſi inducias concederet: ſicut homo tenetur ſtatim ſatisfacere homini quẽ lęſit iniuria aut furto.

i refert D. Tho. quæſtio.73. art. 5. ad. 4. & dicetur infra.de extrema vnctione ex Marc.6.cuius oppoſit.eſt certius.

CAP. IIII.

a D.Tho. a q.68.3.Soto.d.5.ar.3.Ledeſ.q.9. Syl.baptiſmus. 4. communis Doct.diſtinct.4. b c Soto.d.5.a.10.ad.1.&.a.1.&.3.Cypr. li.3. epiſto. 8. ex ſent.60.epiſcoporum refert,baptizare ante. 8. diẽ infantes eſſe contra fidei doctrinam: niſi neceſsitas vrgeat, aut periculum. ſic olim circũciſio nõ dabatur ante 8.diem. Geneſ. 17. At conſuetudo regionis excuſare poteſt.

## CAP. IIII.

### Quo tempore præceptum baptiſmi obliget adultos, aut paruulorum parentes.

§. 1. *Qui petit non differat baptiſmum.*

2 *Eccleſia cur differt adultis?*

3 *Pater familias tenetur curare vt baptizentur filij & domeſtici.*

4 *Cur quidam ſancti diſtulerint baptiſmum?*

5 *Quomodo olim obligabat circunciſio?*

6 *In primitiua eccleſia tẽpore Paſchæ Reſurrectionis & Pentecoſtes fiebat baptiſmus ſolennis.*

7 *Interdictum non impedit conferre quædam ſacramenta.*

8 *Quomodo infideles obligentur ad baptiſmum & fidem.*

TEmpus in quo baptiſmus eſt conferendus non eſt per eccleſiam determinatum. a expedit ne communiter tenelli infantes ante diem octauum b baptizentur ob myſterium reſurrectionis, ſecluſo periculo. c Patres docent etiã adultis non eſſe differendum, d quia proprius huius ſacramenti finis, & effectus eſt inchoatio vitæ Chriſtianæ. e

2 Eccleſia adultis baptiſmũ differt, f vt probet. an facti ſint idonei ad militiam Chriſti : & in illis præmittatur diſpoſitio, inſtructio g in Symbolo fidei, & præceptis Dei ac eccleſiæ, & orationibus, nec

d D. Th.a.3.Soto.a. 3. Ledeſ.Syl.baptiſm. 4.§.5. colligit ex conc. Trid. ſeſ.7. cano. 12.Cypria. ſup. Aug.3. de pec.mer, c.5. Chryſ. homil.1. in Acta.ho.13. ad Epheſ.& hom. 19.in moral. ad Heb.7.habetur.c.quãdo quis.de cõſ. d.4 Baſi.ſer. 40.de bapt. & ho.13.Docto.d.4.Palac.d.5. e dicet ſtatim & Pres cit. c.2. B. Bellar.de bap.c.8.col. 4. f D.Th. Sot. Ledeſ. a.3.Sylu.§. 11.Aug. de fide &oper. c.ante.20.c. nõ liceat,de cõſ.d.4. Nauar.Hiſpan. c.24.n.15. g ſic per multos dies inſtituũtur catechumeni de Symbolo.vt eunuchus, & Cornelius, Acto.8.&.10. Matth.vlti. docete baptizantes.

Conc.

enim expedit cito credere petenti; ſed probat ſpiritus an ex Deo ſit, nequis forte ficte recipiat. Infideles egent tempore vt inſtruantur & probentur: nequando dicant ſe metu aut fraude fuiſſe attractos, & fiant apoſtatæ, quæ dilatio auget deſiderium deuotionem & reuerentiam ſacramenti concupiti. ſed non multum differt aut vltra. 40. dies communiter, [h] ne tepeſcat catechumenus, & propoſitum reuocet. Iudæis per. 8. menſes differebatur, [i] vt magis probarētur. At ex parte adultorum vrget præceptum, vt homo curet ex ſe ſtatim petere, & idoneus fieri ad baptiſmum: & poſito Chriſti præcepto, vrget ratio naturalis fidei coniuncta, [k] vt ſtatim inchoet vitam Chriſtianam ſuſcepto baptiſmo: alias enim tolleretur militia Chriſtiana, ſi liberum eſſet omnibus differre ad tempus mortis.

3 Similiter pater tenetur curare, vt ſtatim baptizentur filij & domeſtici eius: [l] non tamen peccat ſi infanti baptiſmũ differat circiter duodecimum diem. [m] diu vero procraſtinans ſine cauſa Paterfamilias aut tutor, qui curam ſuorum habere tenetur, peccat mor. contra legem caritatis. [n] Paruuli præcepto non ligantur, ſed quia ſine baptiſmo ſaluari non poſſunt, decenter feſtinat eccleſia illos baptizare: [o] præſertim vbi periculum eſt mortis: [p] ne alias irreparabiliter pereant. idem præceptum diuinum vrget adultos. [q]

4 Eximij quidam, vt Diuus Martinus, Ambroſ. [r] & Conſtantinus Magnus, [s] qui tandem per baptiſ-

Conc.Laodic.& Agathen.c.Symbolũ.c.baptizandus.de conſ.d.4.Nau.ſup.Soto.d.6.q.2.ar. 1.ad.2. D.Tho.q.67.8.q.71.1. [h] Greg.c.nec abſit Soto.d.5.a.3.ad.2.D.Tho q.68.3.ad.2. [i] D. Th. a.3.ad.2.Soto.Ledeſ.c.Iudæi.de conſ.d. 4. Tabie. bap.7.§.10. fi. refert ſe ad verb. Iudæ.§.vltim. Syl.bapt.4. §.11. [k] ratio iuuat, ſed non conuincit: & ex caritate ſui vrgetur homo ſtatim baptizari, ne ſe priuet magnis bonis quę habet ex baptiſmo, & participatione ſacramétorũ & ſuffragiorũ, & vt vitet pericula. [l] [m] Sot. d.5.a.3.Ledeſ.& Recent.quod præceptum probat vſus eccleſiæ, & ſcandalum, ſi paterfamilias aut tutor nõ curet ſuos opportune baptizari. Quamuis Tertul.de bapt.c.18.non obligat parentes, niſi in articulo neceſsitatis. Viues & ſentit Aug.1.ciuit.c.27.Chryſ. ho.49.Imperfe.Dam.4.c.10. ſolum ait non oportet baptiſmum differre. Nazian.orat.40.de baptiſmo ait vt in neceſsitate ſtatim baptizetur: ſed extra illam expectandum eſſe ſaltem.3.ętatis annum. & tamen affert bonas rationes ob quas expedit ſtatim conferri, contra dæmonis potentiam ne arripiatur, aut ne præuentus repentino periculo obruatur. & D.Thom.a.9.ex Diony.ait, quod dilatio quædam in adulto facit vt ſtabilius adhæreat religioni Chriſtianæ. [n] conſuetudo eccleſiæ ſatis arguit peccatum.m.vt aiunt.Recent.Sot.d.3.a.10. Tabien.bapt.5.§.12.Bellar.de bapt.c.8.§. his accedant.carpit Viues ſup. [o] D.Tho.a.9.Clemẽ.6. lib.conſtitu.Apoſt.c.15.Dionyſ.c.6.eccle. hierarc. p.3.ad fi.Iuſtin.ad gent.q.59.Irenæ.lib.2. cap. 39. Orig.lib.5.ad Rom.verſ.9.fin.Baſil.ho.13.ex varijs, quæ eſt exhorta.ad bapt.Chryſoſt.to. 5. ho.ad Neoph.Hieron.dialog.3.contra Pelag.fin. & citat Cypr.& Aug.Proſper. de vocat.gent.c.8. Greg.li. 7.epiſt 57.& reſponſo.10.ad Aug.Anglor. epiſcopum.Bern.ſer.66.cant.epiſt.77.240. ſic circunciſio olim dabatur.8.die, nec differebatur ſine graui cauſa. Trid.ſeſſ.6.de bapt.can.12. Damnat dicētes neminem baptizandũ niſi ætate, qua Chriſtus, vel in mortis artic.quod tamen aiunt Eraſm.præfat.in Matth.Viues in Aug.1.ciuit.ca.27. & refert. Prateol.verb.Anabaptiſtæ & Trid.can.13.&.14. paruulos baptizandos, quanuis non habeant actũ credendi; nec cum adoleuerint interrogandos an ratum habeant baptiſmum.Bellar.de bapt.c.8.reijcit Viues, &.c.9.ſoluit argum.vbi.arg.17.non eſſe facta Chriſti ſemper imitanda ait Nazianz.orat.40. in ſanct.baptiſmum, vt quod ieiunauit. 40. diebus abſque omni cibo.quod euchar.dedit in cœnaculo clauſo & poſt cœnam; item quod circũciſus eſt, & legalia ſeruauit, D. Tho. 3.p.q. 37.1.ad. 2. Soto. lib.2. iuſt. q 5.ar. vlt.col. 15. Couarru. 1. Var.c.17.n. 1.Orig.ho. 14. in Luc. & quodam can. Apoſt. ex Pamphy. quẽ refert Turria. li.1. pro can. Apoſt.ca. 25. Nau.ca.11. n.23. cont. Caie.3.p.q. 37.1. [p] qđ fatetur etiã Tertul. & Nazian. in art.mortis quilibet tenetur ex caritate baptizare: ſed arctius tenetur pater, & parochus etiam cũ periculo proprij dãni, Nau.c.24. n.17.&. c.14. n.9. 23.Petr.Naua.li.2.de reſtit.c.3.n.132. videt cõt. Sot.d.3.a.8.vbi addit ad fi.ſi infanti immineat periculũ ex lotione frigidę, calefiat aqua: aut baptizetur cũ aſperſione.quod ſi imprudens baptizãdo acceleraret mortem infantis per accidēs, hic quia habet ius baptizandi in periculo, non fiet irregul.bene Soto cum Scot.d.3.q.3.cont.Palud.d.3.q.3. ad fin.& non incõuenit baptizare ante.8. in periculo quod tamen non licebat in circunciſione, Gen.17. vt figura apte reſponderet myſterio de.8.die reſurrectionis, D.Tho.3.p.q.70.3.ad.3.& addit.a.4 ad 3.quod tunc vice circũciſionis, paruulis applicabatur oblatio & remediũ legis naturæ: quale applicabatur fœmellis. [q] Adultos cõtritione iuſtificatos non tã vrget præceptũ, vbi baptizanti aut baptizato imminet periculũ grauis dãni: & tamẽ tenẽtur præcepto diuino.Ioã.3.niſi quis renatus.ſup.c. 2.§.4. lit.Z.Act 2. baptizetur vnuſquiſque.Trid. ſeſſ.7.can.5.D.Th.q.68.1.Soto d.5.a.1.Richar.d. 4.a.1.q.3.Gabrie. q.2.a.3.dub.1.Bon.d.6.a.2.q.1. Palud.q.1.Adria q 5.de bapt.& quãuis Matt. vlti. docete omnes gẽtes baptizantes (ſicut & Ioan.20. quorũ remiſeritis) imponatur præceptũ Paſtori miniſtrãdi bapt.pœnitentiã & doctrinã: ex conſequẽti tamẽ obligantur alij recipere: quia de omni medio neceſſario, quod eſt actus liber, eſt pręceptũ diuinũ. [r] Ambr.diſtulit qui antequã eſſet baptizatus electus eſt eps̃.Niceph.11.hiſt.c.32.li.12.c.41. Couar.4.Varia.c.16.nu.5.ex Paulin.Socr. Theodoret.Sozom.& Tripert.Martinus per.8.annos diſtulit. [s] de Conſtanti. Imperato. refert Euſeb. Pamphil.lib.2.de vita Conſtantini diſtuliſſe baptiſmum



mum dicitur à lepra ſanatus [t] diſtuliſſe leguntur per annos receptionem baptiſmi ob reuerentiam, aut ob aliud ignotum nobis impedimentum: in quo tamen imitandi nõ ſunt. [u] Catechumeno ſi digne pœnitet & diſpoſitus eſt, ob nulla peccata differendus eſt baptiſmus in finem vitæ: [x] quãmuis quibuſdam Chriſtianis ob graue crimen communio olim differretur ad mortis articulum, [y] Valentinus Imperat. ita diſtulit, vt ſine baptiſmo mortuus ſit: quem tamen de pietate & religione commendat B.Ambroſ.

5 Diuinum præceptum de baptiſmo omnibus adultis proponitur, [z] & ſicut præceptum fidei, [a] omnes obligat, mox vt rite proponitur. At olim circunciſio maſculis vnius tantum populi ex Abraham deſcendentis per Iſaac & Iacob, indicta fuit, ſup.libr. de ſacram.cap.6. iniurius verò eſſet qui adultum & filium vel ſeruum baptizari cupientem impediret: & hic iure poſſet vim vi repellere. Vt iniuſtus eſt Princeps, qui non ſinit ſuis ſubditis pacificè promulgari euangelium, & illum impedientem poſſet illato bello Pontifex compellere, vt prædicari fidẽ ſinat, & libere acceptari. [b]

6 In primitiua eccleſia deſignatum erat tempus vigiliæ paſchæ reſurrectionis, [c] vt in eo fieret ſolennis baptiſmus adultorum catechumenorũ, qui Symbolum & orationem dominicam ſcirent. deinde additum eſt tẽpus Pentecoſtes, [d] & per octauã: cuius rei eo tẽpore ſpecialis mentio fit in canone miſſę. ſed baptiſmũ abſq; ſolẽnitate cõferebat eccleſia alijs etiam tẽporibus. [e] iam vero diu obtinnit conſuetudo, vt alijs temporibus baptizentur qui ſunt per quadraginta dies aut minus

tiſmum ad finem vitæ quẽ vnum ſequuntur hiſtorici Socrat.1. hiſtoriæ. cap.39.Sozom. libr.1.cap. 24.Caſsiod.& Aymo.9.tripart.cap.7.Pompo.Lætus: & in epiſto.conciliabuli Ariminen.ad Conſtantin.idem in ſuis Chron.anno.336.dicunt Hieron. Sulpit. Iſidor. Herman. & Ioã. Camera. in catalo.Imperat. cap. 1. cui⁹ cauſam addit Hierony.in Chro. & Theodoret.1.hiſtor. cap. 31.diſtuliſſe quia voluit baptizari in Iordane, vt Chriſtus baptizatus eſt. ſed morte præuentus baptizatus eſt Nicomediæ ab Euſeb. epiſcopo Nicomed.Ariano: cui ſucceſsit in Epiſcopatum Euſeb. Pamphili Arianis valde fauns. ſic Ambro. orat.de obitu Theodoſ.ad fin.ait, baptizatum Conſtant.dum in vltimis eſſet conſtitutus. At reuera Conſtant.magnus multis ante mortem annis recepit Romæ baptiſmum à Sylu.PP. ( Romæ enim adeſt baptiſterium in eccleſ.Later. ) quod teſtatur Conſtantin.in ſua confeſsione, quæ habetur, to.1. Concil.& apud Damaſum in vita Syl. Papæ. idem Marian. Scot. Platin. in vita Marci. Sabell. Nicephor.7.hiſt.ca.35.lib.8.c. 54.& ait oppoſitum cõfictum fuiſſe ab Arianis, quod ſeductus per Conſtantiam illius ſororem, & presbyterum Arianum receperit prope mortem baptiſmum. 2. Nicomediæ ab Euſeb.Ariano. idem de baptiſmo per Sylue.dicunt Nicolaus.1.epiſt.ad Michael.Imper.Leo epiſto.6.ad Nicol.Imperat.Hierony.tom.9. epiſto.ad Euſtoch.de vincul.Petri Clemen.6.& concil.Rom. ſub Sylueſt.cap. 1.& in Actis Liberij PP. cap.1.& 46.Adria.PP.in epiſto.quæ in.7.Synod.Act.2.approbata eſt.& in.6. Syn.Act.4.D.Thom. opuſcul. 20.lib.3.de regim.Princip.cap.16.17.Cano.li.11. de locis.c.5.ad.14. [t] ſanatum à lepra per baptiſmum ait Nicepho.libr.7.cap.33.Lipom. & Surius in vita.S.Sylueſt.Cou.practi.cap.31.n.2. D. Tho. quæſt. 69. 8. ad. 4.& patet ex Syn. 7.Acto.2.Syn. Rom.ſub Syl.can.1.Clemens.6. extrauag. vnigenitus.de pœniten.& remiſsio.Nicol.c. fundamenta de elect.in.6.quamuis ſine cauſa hanc hiſtoriam de ſanatione lepræ reprobent, Cano ſup. Caietan. dic. art.8.ad.4.Platin.ſup.Viues de corruptel.diſciplinæ. Alciat. 7.parerg.cap.19.cum tamen legatur in Breui.Rom. in vita Sylueſt. [u] Soto. diſt. 5. art.3.Diuus Thomas.art.8.ad.4.vid.ſup.lit.O.fin. nam illi viri in bellis & negocijs publ.occupati, putarunt ſe in Paſcha non ſatis diſpoſitos, excuſari à baptiſmo. [x] eſſet enim de ſe peccatum morta. Quidam Recent.cum Caietan.artic.3.Soto. artic. 10. Nauar. cap. 14. nu. 17.21. [y] vt iubet Conc. Eliber.ſeu Granat. cano. 68. ſic quidam ob graue crimen priuabãtur communione vſque ad mortis articulum. d. concil. can. 3. 47. 78. Innocen. 1. epiſto. 3.ca. 2. Vtrumque ſublatum eſt vt ait idẽ concil. Elibert. cap. 5. Ancyr. cap. 6. Nicen. 1.capit. 12. & Innocen.1.epiſto.1.cap.7.Sotteal. verbo.communio.§.3. [z] Diuus Thomas, quæſtio. 63. articu. 1.& cit. Q. quia Chriſtus qui eſt legiſlator Trident.ſeſsio.6.cano.21.ſua lege totum orbem obligauit generaliter.

[a] quare Matth.vltim.ſimul proponitur præceptum de fide & de baptiſmo.Marc.vltim.qui crediderit, & baptizatus fuerit.Soto.diſtinct. 5. artic.2. Diuus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 2. artic.5.& quæſtio.16.

[b] D.Thomas.2.2.quęſt.10.artic.8.&.10.vbi *Bañes.* [c] de hoc vno tempore Baſil. homil.13. exhortat. ad baptiſ. Victor.PP.epiſto.ad Theophi.c. celebritatem.de conſecrat.diſt.3.conc. Altiſiodor. cap. 18. & refert miraculum Paſchaſ. epiſtola ad Leon. PP. quæ habetur ante epiſtol. 64. in Leon. Bellarm.de baptiſ.cap.26.fin.D.Thõ. quęſtio. 66. art.10.ad.1.Soto.diſtinct.3.art.10.ad.1.diſt.5.art. 3.Victor.§.34.Ledeſ.quæſt.7.art.10.nunc Romæ ſeruatur dum ſit adultorum infidelium, aut Iudæorum ſolennis baptiſmus.Cyrill.ſuas catech.habuit in quadrageſima, vt præpararet adultos ad baptiſmum ſolennem in Paſcha.Hieronym.epiſt.ad Pammac.Auguſt.de cura pro mort.cap. 12. Ambroſ.in Epheſ.4. [d] Sirit.epiſto.1.cap.2. Leo. epiſto. 4. cap.6.epiſto.80.Gelaſ.epiſto.1.cap.12.15.cap.duo tempora.de conſecr.diſt.4.Gregor.2.epiſt.3, ad clerum.conc.Roman.ante annos. 1300. Gerunden. cap.4.Matiſcon.2.ca.3.Vuormat.cap. 1. Bellarm. D.Thomas.Soto.ſup. [e] D.Thomas.add.quæſt. 6.art.5.Vict.Eedeſ.Soto.diſt.5.art.5.Caieta.quæſtio.68.artic. 3.Peña. & Recent. vt de primitiua

eccleſiæ.dicit Ambroſ.ſup. [f] ſic per tēpus quadrageſimæ ante paſcha ſolebant catechizari. Hieron.ſup.Syric.cap.ante.20.de conſ.diſt.4. Caieta. cum D.Thom.quæſt.68.3.Soto.diſt.5. Ledeſ.q.9. Syl.baptiſ.5.princip.Tabien.baptiſmus.5.§.12.

tempus ſufficienter inſtructi: [f] maxime vbi vrget periculum mortis.[g] hos catechumenos obligat eccleſia dicto tempore,tum ex communi lege quæ ſecundum rationem colligitur ex proprio fine baptiſmi,qui eſt regeneratio & inchoatio nouæ vitę: eccleſia enim habet à Chriſto poteſtatem baptizandi & determinandi tempus in quo obliget diuinum ius baptiſmi, tum ex pacto quodam,[h] quo catechumeni dabant nomen,[i] & paciſcebātur ſe ſuſcepturos baptiſmum,cum eccleſia voluiſſet. peccarentque detrectantes non minus, quàm miles qui poſtquam nomen dedit, reſiſtit præcepto ducis: aut nouitius ſi elapſo tempore nolit profiteri,qui prius emiſerat votum profitendi.

7 Nulla cenſura loci vt interdictum aut ceſſatio,impedit quin omni tempore liceat etiam extra vllam neceſsitatem conferre & ſuſcipere ſacramentum baptiſmi; confirmationis,pœnitentiæ & matrimonij [k] abſque nuptiarum benedictione. non tamen licet abſque priuilegio prædicto tēpore recipere reliqua ſacramenta niſi ſolam euchariſtiam in articulo aut periculo mortis, [l] in quo obligat diuinum præceptum. Qui baptizatur adultus tenetur diuino præcepto non recipere indigne: nec inducere ſine cauſa illum quem nouit ſolenniter miniſtraturum in peccato,nec ſine cauſa recipere à laico vel ab eo qui non eſt ſuus paſtor,infr.cap.29.fin.

8 Cum iam per orbem ſit euangelica lex promulgata; ſi adultis infidelibus debita prędicatione proponatur inſtigante conſcientia à Deo per oblata auxilia cooperante; obligantur omnes recipere fidem explicitam Chriſti; & baptiſmum. m Sed ſi audita pacifice prędicatione, nolint euangelium ſuſcipere, non reliquit Chriſtus Pontifici aut regi vim compulſiuam,vt per bellum aut pœnas cogat recipere.

g Beda.2. hiſto.ca.14. Victor Pap. ſup. concil. Laodic.cap. 44. Eliberitin. cap.38. D.Thomas. quæſt. 66.a. 10. ad. 1.q. 68. 3. vbi Caiet.Soto. diſt.5. ar.5.

h ex hac & ſequenti ratione habet eccleſia ius, Caieta. Soto.Ledeſ. Recent. & competētes emittebant votum aut promiſsionē ante baptiſmum vt d.eſt.

i Dionyſ. cap.2.eccle. hierar.Clemens epiſt. 3.&dicetur inf.

k Naua. c. 27.nu.178. 189. Coua. cap.alma.1. par.§.3.nu. 1. idemque licet tempore ceſſationis Nau.n. 189. Coua. §.4.num.7.

l Nauar.ca. 27.nu.188. Couar.§.2. & §.3.num. 2.&.3.

m D.Tho. 2.2.q.10.artic. 8. infr. cap.25.

CAP. V.

D. Tho. [a] [b] 3. part. quæſt.

68. artic. 10. & eundem articulum repetit. 2.2. quæſtio. 10. artic. 12. vbi Bañes. Soto.diſtinct.5. artic. 10. Ledeſ. quæſtio. 9. Richard. Durand. & communis diſt.4.Bellarm.de bapt. cap.8.late probat Caſtro & Sebaſt.Medices de hæreſ. verb. bapt. hær. 5. Syl. baptiſ. 4. §. 1. 13. 14. Tabie. baptiſm.7.

## CAP. V.

### Ante Chriſti mortē quoſdā fuiſſe baptizatos abſq; præcepto.

*§.1. Paruuli ſine præcepto ſibi impoſito baptizantur: ſed non ſine parentum voluntate, niſi polleant rationis vſu.*

*2 B.Virgo baptiſmum & quædam alia ſacramenta recepit.*

*3 Chriſtus quoſdam diſcipulos immediate baptizauit.*

*4 Et Ioannem Baptiſtam: non tamen bonum latronem.*

*5 An quidam ex Apoſtolis fuerint liberi ab obligatione confitendi peccata.*

BAptiſmus adultorum fuit in vſu antequam eſſet ſub præcepto neceſſarius: & baptiſmus paruulorum cum parentum conſenſu. ſed nunquam licuit pueros inuitis ambobus parentibus infidelibus ſub quorum poteſtate & cura manent, baptizare.ſi tamen infideles parentes ſubijciantur ſeruituti hominis Chriſtiani,licebit hero prolem ſeruam à cura parentum ſeparare, animo illam baptizandi: de quo dicetur, cap. 25. in paruulis baptiſmus etiam iniuſte collatus parētibus inuitis, validus & efficax eſt: a & hi cum ad vſum rationis peruenerint cōpellendi ſunt ab eccleſia ſeruare fidem. poſſuntque per Papam liberari ab obedientia & iure Patris & Principis infidelis,præſertim quādo ſubeſt periculū ſubuertendi illorū fidem. adultus ſponte conſentiens nulla alterius expectata voluntate licite baptizatur,ſi iniuſto metu cōpulſus cum vera intentione recepit baptiſmum; & compellendus eſt ſeruare legem Chriſti. b

2 Tēpore quo Chriſtus vitā mortalem agebat in terris baptizata eſt beatiſsima Virgo mater eius: [c] quia quāuis tūc eſſet grā plena & ſemper immunis ab omni peccato originali & actuali,recepit characterē Chri &

c Albert. Magnus de laudib.Beatę Virgi. c. 81. quem ſequitur Caniſi. libr. 1. Marial.cap. 9.Nicepho. 2.hiſtor.capit. 3. ex Euod.Apoſtolorum diſcipulo.Euthym. in Ioan.3.Turrecrema.ca. quando de conſecra. diſtinct.4.Lindan. 4. Panoplię. cap. 81. at Scotus.diſtinct. 4. quæſt. 6. Gabri.quæſtio.2.artic. 3. dubio. 1. aiunt forte ex diſpenſatione Dei non fuiſſe baptizatam. quia in incarnatione recepit totam gratiā. ad quam potuit peruenire. ſed & dubitatio eſt inanis & ratio nimis falſa,& eos reijciunt omnes Recent. Bellarm.lib. 1. de Rom. Pontifi.cap. 23. Bañes. 2.2. quæſt. 1. artic. 10. Soto.diſtinctione.5. artic. 2. & ea diſpen-



d diſpenſatio potius noceret. [d] vt ex bonis autoribus Alber.& Caniſi. ſup.& Sylu. dicetur libr.de extrem.vnctio. [e] inf.lib.de ord. Caniſ. Albert. [f] Quare error eſt vulgi, quod B.Virgo confiteretur Ioanni, ſaltem in generali. [g] ex Euodio tenet Nicepho.Euthy. Lindan. Caniſi. Bañes ſup. Bellar. ſup.& li. de baptiſmo.c. 23. ad. fin. ex Ioan.13 qui lotus eſt & vos mūdi eſtis propter ſermonem, colligit ante cœnam fuiſſe baptizatos, ne alias eſſent incapaces ſacramenti euchariſtiæ & ordinis tūc collati. ſed cum Chryſoſtom. D. Thomas non putat improbabile.quæſt.73.5.ad.4. diſpenſatum eſſe cum illis: ſed reuera erant baptizati: nec eſt admittenda diſpenſatio.

cum eo poteſtatem recipiendi fructum euchariſtiæ quam quotidie ab Apoſtolo Ioanne ſuſcipiebat deuotiſsime: confirmationem & extremam vnctionem d recepit non tamen ordinem.cuius fœmina eſt iure diuino incapax: [e] nec ſacramentum pœnitentiæ, [f] cuius capax non fuit,quæ peccatum non habuit.matrimonium vero quod cum Ioſeph contraxit non erat tunc ſacramentum.

3 Chriſtus per ſe ipſum dignatus eſt matrē ſuam & Petrū baptizare, [g] Petrus Andream & filios Zebedæi, hi deinde reliquos Apoſtolos, [h] diſcipulos vero. 70. baptizauit Petrus & Ioannes Theologus ſeu Apoſtolus. [i] certe ſeruato ordine, Chriſtus antequam in vltima cœna initiaret Apoſtolos ordine ſacerdotali & epiſcopali dixit,iā omnes eſſe per lauacrum baptiſmi mundos. nec enim ſatis eſſet fuiſſe tinctos baptiſmo Ioannis baptiſtæ, vt quidam putant [k] quia per illum abluti non recipiebant characterem, ſed erant rebaptizandi baptiſmo Chriſti. [l]

4 Ioannes Baptiſta à Chriſto fortaſſe baptizatus eſt cum Matth. 3. petijt, ego à te debeo baptizari: & dictum eſt ei ſine modo. m quia Ioannes pertinebat ad nouum teſtamentum [n] tanquam amicus ſponſi & præcurſor, qui præparauit homines ad legem & baptiſmū Chriſti. Bonus latro qui cum Chriſto crucifixus eſt, non fuit baptiſmo aquæ tinctus, [o] vt quidam Patres obiter dicunt: [p] nec dum enim lex Chriſti obligabat,

baptiſmo.cap.22.Caniſi.lib.1. de ſæculo Baptiſtæ. cap.7.ex orig.ho.14.in Luc.to.8.in Ioan. lib.5.in Rom.Cypr.ſerm.de bapt.Chriſti.Cyrill. libr.1.in Ioan.cap.26.Auguſt.lib.2. de baptiſ. contra Don. cap.57.& ſæpe.Hierony.in Marc.1.Iuſtin. ad Orthodox. q. 57. Raban. de inſtit.clerìc.lib.1.ca. 26.Sixt.lib. 6.biblio.ca. 11. & id etiā fatetur Tertull. de baptiſmo.in quo errat Magiſt.diſt. 2. negans rebaptizandos, ſi vere receperant baptiſmum Baptiſt. qđ ſequuntur quidam hæretici, de quibus Bellar. cap.19.

h ita Euod. & autores citati, certum vero eſt Apoſtolos recepiſſe baptiſmum Tertull. de baptiſmo. Auguſt. epiſto. 108. dicit ſine dubio. cap. quando. de conſecra.diſt.4.cap.eos.Beda. Acto. 1. Euthym. in Ioann. 3. gloſſ. ordin. in Ioann. 13. vos mundi eſtis. & qui lotus eſt, vt etiam exponit Auguſt. epiſto. 163. & libr.3. de orig.animæ.cap. 9.Scot.diſt.4.quæſt.6.Soto.diſt.2.q.2.artic.4. diſt. 5. art. 2. D. Thomas. 3. part. quæſt. 38. 6. ad. 2. quæſt.73.5.ad.4.fin.V valdenſ. to.3.doctrinal.art. 2.cap.22.Paludan.diſt.6.quæſt.1. art.2.diſt.17. q. 2.fin. Caſtr.verb.baptiſm. [i] Euod.Nicepho.& alij ſup.citati. Caietan.quæſt.68.art.2. [k] quod falſo affirmat Tertul.lib.de baptiſmo.ca.11. Chryſoſtom.homil.1.in Acta.Theophyl. in Ioan.3.quia putant baptiſmum Chriſti non fuiſſe inſtitutum niſi poſt reſurrectionem. Matth. vltim. vbi forma expreſſa eſt. idem Chryſoſto. homil. 16. ad Rom. & ho.28.in Ioan. 7. Euthym.& Ferus. in Ioan.3. Rupertus.in Ioan.lect.3.ad fin. ſignificat Cypria. epiſt.73.ad Iubaianum.Fulgent.de incarn.cap.11. Hiero.dialog.contra Lucifer.& cum Chryſ. tranſit D. Tho. in Ioan.3.&.q.73.5.ad.4.Alex. 4.p.q. 12.m.3.ar.1.Bern.epiſt.77.ad Hugon. quam ſententiam Cano lib.8.de loc.c.5.ad.3. ait nulla nota dignam eſſe. ſed ex Ioan. 3. &. 4. ſatis colligitur Chriſtum & Apoſtolos baptizaſſe baptiſmo Chriſti,qui tanquam inſtrumentum conferebat gratiam ex operato,vt.d.eſt.c.1.§.8. [l] D.Thom.3.part. q.38.6.ad.3.reprobat Chryſo.colligitur ex Trid. ſeſſ.7.de bapt.can.1.& ex Act.cap.19. Bellarm.de

m Nazian. orat. 40. in ſanct. baptiſ. D. Thom.3.p. quæſt.38.6.ad.3.& cit. Chryſoſtom. homil. 22. imperfect. innuit Hieronym. Matth.3. tenent Recent. Beauxam.to. 1.fol. 145. [n] Caniſi.lib.1.de corruptelis,ſeu de ſæculo Baptiſtæ. cap.6.ex Tertul.li.4.contra Marcion. Theodoret. in cantic. D. Thomas. 3. part. quæſtio.38. 1.ad.2.&.2.2.quæſt.174.4.ad.3. quamuis quidam ex illo Matth.11. lex & Prophetæ vſque ad Ioan. dicant pertinuiſſe ad legem vet. vt Chryſoſtom. hom.3.imperfect.Hilar.Can.13.Matth.Auguſt.q. 69.noui & vete.teſtamēti. At id intelligitur, quod prophetarunt de futuro vſque ad Ioannem: qui digito oſtendit agnum Dei, in quo fuit pluſquam Propheta.

o Auguſt. 4.de baptiſ. contra Don. cap. 22. vbi negat fuiſſe martyrem. Bellarm.de baptiſm.cap.6. colum. 1. fin. quia Stephanus celebratur Protomartyr. ( & tamen Auguſt.refert Cyprian. dicentem fuiſſe martyrem ) idem communis Doctorum cum Magiſt. diſtinctione. 4. & conſtat iuſtificatum ante mortem Chriſti, cum ei Chriſtus dixerit, hodie meum eris in paradiſo.idem Auguſt. libr.83.quæſtionum.quæſt.62.

p Auguſt.2.de retractat.cap.18.26.35.dicit credibilius.& tenet.1.de origin. animæ ad Renatum cap.9.& libr.2.cap.10.12.quamuis lib.3.cap.9. dubitat.habetur cap.eos.de conſecrat.diſtinct.4.idem Chryſoſtom. orat. de reditu ſuo ex Aſia. hoc autem Auguſt. dixit, quia putauit ibi à tempore quo dictum eſt Ioann. 3. niſi quis renatus: obligaſſe baptiſmum, & ſine eo non ſaluari quod ſupr. reiectum eſt, & conſtat latronem iuſtificatum ante mortem Chriſti, & forte obijt, antequam Chriſti latus aperiretur: ac ſubinde non

fuit baptizatus aqua quæ fluxit de latere Chriſti. q Auguſt.4.de baptiſmo.cap.22. Bellar. de bapt. cap.6.de quo inf.lib.1. de pœnitentia. cap. 14. m. r ſic Magiſt.diſt.4.vbi in expoſitione lit.D.Tho. & Bon.citat.Auguſt.4.de bapt.c.23.citantem Cyprian. & in ſerm. 120. de tempore. & in Pſalm. 68.

ſed baptiſmo flaminis: nec ſanguine ſuo fuit baptizatus, q niſi forte ob publicam de Chriſto confeſſionem acrius fuit tortus in confractione crurium. r Paulus Acto.9. baptizatus eſt per Ananiam qui laicus erat. s & Apollo, cuius mentio fit.1. Corinth. 1. & Act.18. t idem de Timotheo & Tito Pauli diſcipulis, licet ſcriptum non ſit.

5 Porro ad recipiendum pœnitētię ſacramentū, Apoſtoli non fuerūt obligati, ſi poſt reſurrectionē (à qua cœpit obligatio legis nouæ & poſt illam inſtitutum ſacramentum pœnitentiæ u) non peccarunt. m. x peccata verò quæ poſt baptiſmum fecerant, & intriduò ante reſurrectionem, non erant materia neceſſaria ſacramenti pœnitentiæ, quod fuit poſtea ſub præcepto inſtitutum: & tamen venialia de facto confitebantur. y

s Bellarm 1. de ſacramen.ca.24. de bapt.c.7. t in Acto. 18. Chryſ. & œcume. Bellarm. de bapt. ca.23. u vt ex Ioā. 20. colligit Triden ſeſſ. 14.ca.1. x vt de Ioāne & Petro Apoſtolis creditur nō peccaſſe. m. poſt Chriſti reſurrectionem. y quia venialia ſunt materia ſufficiens, vtile eſt ea confiteri. Tridē. ſeſſ.14. cap. 5.can.7.fin. Nau. cap.2. n.6.& commu. Theol.

## C A P. VI.

### De materia remota baptiſmi.

§.1. *Aqua naturalis cur ſit conueniēs materia.*
2 *De artificiali aqua, aut dubia.*
3 *Quid ſit Matth.3. baptizari igne.*

CAP. VI. A Cto.2. a 3.8. ecce aquam Ioan. 3. renatus ex aqua vt ibi probāt Patres cit.ca.2.§.4.& Cypria. lib.2.epiſt.3.vid.li. 4.epiſt.7.&.1.Ioan. 5.hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem: inf. ſpiritus, aqua & ſanguis. Epheſ. 5.mundans lauacro aquæ.1. Corint. 10. baptizati ſunt in mari.1.Petri.3.de aquis diluuij, quas dicit figuram baptiſmi.cap.firmiter.de ſum.Trinit. cap. detrahe.1.q.1.conc.Floren.Triden.ſeſſ.7.can.2.D. Tho.q.66.3.Ledeſ.q.7.Doct.d.3.Soto.a.3.Palud. q.3.Bon.Rich.Carthuſ.item Maior.d.2.q.1.Guillel.de ſacramentis.c.de bapt. Innoc.ca.in quadam. de celeb.miſſ.Patres vt Cyril.Catech.3.Tertul.de baptiſmo.& lib.de reſurrect.carn.Hiero.in Ezech. 16.36.to.3.epiſt.83.ad Ocean.Cypr.ſup. & lib.2. ad Quirin.c.25.Ambr.3.de Spiritu ſancto.ca. 11. Auguſt.1.de pecca.meri.ca.20.lib.2. cap. 17. & hi probant ex Rom.6.vbi Orig.lib.5.Chryſo.ho.24. in Ioan.Nazian.& Niſſen.orat.de baptiſmo.Baſil. ho.13.quæ eſt de exhort.baptiſ.Irenæ.lib.2.ca.19. Recent.Pius.V.in Catechiſ.Caniſi.ca.2.Hoſi.c.36

Alan.lib.1.de ſacram.cap.13.18.Sonni.ca.26. Taper.art.2.Caſtro.& Medices bapt. hær. 1. Cuchus. lib.5.inſtitu.Mai.tit.2.n.25.Vega.5.in.Trid. cap. 14.16.Victor.§.9.&.12.Cano rel.de ſacram.p.1. Anto.3.p.tit.14.cap.1.§.30.cap.13.§.1.Ang. bap. 3.Syl.bapt. 2. Tabien. bapt.4. Armil. §.21. Nauar. cap. 22. num. 5. Montal.l.4. tit.4. par.1. Petr⁹ Greg. in Syntag. tit. de bapt. ſic & Gentiles in ſuis ſacrificijs adhibebant aquā, vt refert Alex.ab Alex.4.Geneal.ca. 17. Bellarm. de bapt. cap. 2. &.4.

4 *In aqua non requiritur qualitas, aut benedictio.*

VT in omni ſacramento Chriſtus propriam materiam, ſup. lib.de ſacrame.cap.7. ita in hoc primo & præcipuo decenter deſignauit materiam neceſſariam eſſe veram aquā naturalē a: puta rem quę omnibus præſto eſſet. ſic enim ſenſus ſcripturæ intelligendus ſemper eſt iuxta verborum proprietatem; niſi ſequatur abſurdum. b quod quidam hæretici negant & interpretantur typice aquam, c alij pro baptiſmo vtuntur igneo ſigno per ferrū carni impreſſum. d ex Matt. 3.baptizabit in Spiritu ſancto & igne. quod tamen intelligitur de Spiritu ſancto dato in Pentecoſte. e ſufficit aqua cuiuſcunque generis vt maris, fluuij, paludis, putei, fontis. pluuiæ etiam impurę & alij elementari admixtę: vel balnei, etiam ſulphurei: vel reſolutæ ex niue gelu rore, grandine, glacie: & ex ſale reſoluto f ſufficit, quia ſal fit ex aqua maris vel putei ſalſi congelata. at ante reſolutionem non fit baptiſmus, licet gelu non differret ſpecie ab aqua. g quia non pōt in illo fieri ablutio ſimpliciter. h in figurā huius, Ioā.19.de latere Chr̄i fluxit

b de qua regula Martin.li.7.Hypot. cap. 1. & libr. 10. reg. 36. & 47.ex Aug. 3.doctri.ca. 16. Turriā. tract. de euchar. ca. 3. Claud.de euchar. repet. 3.ca.1. c refert Bellarm.de baptiſm. cap.4. ſup. in prooemio.lit.Y.quia Matth.3.baptizabit in igne ſumitur ſpiritualiter pro gratia. d ſup.in procem. §.3.B.Bellarm. cap 2. e de Spiritu ſancto dato in linguis igneis exponunt Matth. 3. Hierony. & Bed.Cyril.Catecheſ.3.Ianſen.concord.cap.19. 2.exponitur de effectu baptiſmi qui ſignificatur per purgationem ignis Chryſoſt. hom.11. Matth. Baſil.orat.de baptiſ.3.at Beauxam.ſolus tom.1.harmon.pag.143.explicat de igne purgatorij: vt de loco. 1. Corint.3.ſaluus erit quaſi per ignem.Bellarm.libr.3.de purgat.cap.4. f D.Thom.quęſt. 66.3.Soto.Ledeſ. ſummiſt. ſup. & de ſale reſoluto (qui fit ex aqua ſalſa, vt experimento conſtat, & ait Ariſtot.2.meteor.cap.3.) ſufficere, tenet communis contra Sylueſt.& Tabien. baptiſm. 4. §. 7. ad.fin.
g Soto.diſtinct. 3. artic. 3. ait gelu differre ſpecie ab aqua: ſed nihil obſtat propoſito.
h Sot.Victo.§.12.Cano.rel.de ſacr.& Recent.ſic humor dum latet intra vuas, aut vinum congelatū

non



non eſt materia conſecrabilis, niſi exprimatur aut liquefiat: quia nō eſt ſub forma potabili. i Innoc. c.in quodam.de celeb.miſſ.Leo epiſt.4.D.Thom.q. 66.4.ad.3.q.74.7.ad.3.& in Ioā.19. aiunt Chryſ. Cyril.Theoph.Euthym.Beda. ibi Aug.& tract.9.

i vera aqua. i aquæ reſpondet digna k ſignificatio, k quia vt aqua ita baptiſmus hominem mundat à maculis peccati, refrigerat concupiſcentiæ ardorem, & velut humidum ſemen regenerat ex matre eccleſia & virtute Spiritus ſancti.

2 Nihil prodeſt artificialis aqua: l vt roſacea, l nec ceruiſia, & ptiſana aut ſimilis liquor potabilis. nam & qui vouit ieiuniū panis & aquæ non debet hæc bibere: vt nec vinū lac, aqua quæ diſtillatur ex vite: nec in auro potabili vel aqua ardenti, & alijs quæ arte alchimica exprimuntur m nec in ſudore, n lachrymis o aut flegmate vel ſaliua, p vrina. dum eſt probabile dubium an facta mixtione luti vel cineris in lixiuio, vel cum vino, brodio ex q elixatis carnibus aut piſcibus q vel farina, ſi minor videbatur pars aquę non ſufficit: niſi forte per artem depuretur aqua luti. r peccatque.m. cōtra ſacramenti reuerentiam baptizans in aqua fœda aut in aliquo brodio, ſi facile habere poteſt purā. multo grauius peccat ſi baptizet in aqua de qua ſit magnum dubium, s niſi periculū neceſsitatis vrgeret: s Tunc enim melius eſt vt puer cum dubio baptiſmo decedat: ſi tamen

li.de Symb. c.6.Dam.li. 4.c.10.Cyril. Catech. 3.Ambr. li. 10. in Luc. cap.105. At Bellar. 2.de ſacram. cap. 27. contra Patres contendit, eam aquam non fuiſſe figuram baptiſmi. k vt probant Patres cit. & Cyrill. catech. 3. variis rationibus.D.Tho. a.4. Doct.d. 3. Tabien. bap.4.princ. l m D. Th. a.4.Sot.Ledeſ. Summiſt. Tabie. §.7. At Luther. apud. Bellarm. de bapt. cap.2. verſ. 5.dixit valere baptiſmū in ceruiſia, lacte, aut alio liquore in quo fieri poſsit balneum. ſed errat. n o p Soto.a.4.Ledeſ.Tabie.§.7. de ſudore & lachrymis. de flegmate habetur.ca.in quadam de celebratione miſſ. de ſaliua. ca. non vt apponas.de baptiſmo. q D.Tho.Soto.a.4.Ledeſ.Palu.d.4. q.3.col.1.Tabie.§.6.Syl.& id nota pro his quibus imponitur ieiunium in pane & aqua. qui non poſſunt vt brodio ſi tamen facta eſſet parua decoctio, ſicut & parua admixtio vini manet aqua ſufficiens pro baptiſmo. r D.Th.a.4.ad.2.Soto.a.4.ad.2. Ledeſ.& commu. s Soto. a. 4.ad.2.fi.Ledeſ.q.7. Scot.q.3.Recent. t ca.non dubium. c. de quibus de bapt.& d.eſt ſup.de ſacram. u contra hæretic. cit.Bellar.de bapt.c.2.D.Tho.a.3.ad.1.Caie.Soto. Ledeſ.Caſtro.bapt.hære.9.Clichto.in Dam.lib.4. ca.10.Pius.V.Caniſi.lib.1.de corrup.verb.Dei.ex Cypria. Hilar.Baſil.Aug.& Barto.Ledeſ. in ſumma.4.tit.de bapt.difficul.4. x ſup.D.&. ca.1.§. 1. y quod factum refert Pratum ſpiritual. cap. 176.Niceph.lib.6.hiſto.fi.Innoc.c.debitū de bapt. z dicto ca.debitū.nec valet forma: ego me baptizo: cū ſit regeneratio, quę requirit diuerſos.Pan.d. c.debitū.n.3.D.Th.a.3.ad.4.q.67.7.Palu.d.3.q.2.

Iacob.Barinerius. in enchy. Iudicum eccleſ. not. 179. a D.Tho.a.4.Soto.Ledeſ. b D.Th.a.4. Sot.Ledeſ.&.d.eſt.de ſacram.c.7. c D. Tho.ar. 4.ad.2.Soto.Ledeſ.conc.Colon.Pius.V.Syl.bap.2. §.3.Bellarm. de bapt. cap.26.cum Dionyſ. eccleſ. hier.cap. de

tempus ſuperſit eſt ſub conditione t rebaptizandus. t

3 Præter aquam non eſt baptizandus etiam ignis aduſtione: u quia ſcriptura per ignem; Matth. ca. 3.intelligit Spiritum ſanctum in figura ignis datum Apoſtolis. & in alijs locis, intimum Spiritus ſancti effectum, aut martyrium. x nec valuit illius Iudæi baptiſmus, qui defectu aquę fecit ſe baptizari arena: y & tamen baptiſmo flaminis ſaluatus eſt propter fidem ſacramenti. z

6 Miniſter vtriuſque interdum vtitur autoritate publica vt parochus, vel tyrannus iudex: interdum alius priuata autoritate. at reſpectu baptiſmi quæ eſt bona & religioſa actio & propter ſe quærenda, requiritur intentio in rectum obiectum fidei: reſpectu vero martyrij actio eſt iniuſta contra cultum Dei, nec eſt temere quærenda, ſed oblata patienter toleranda. 2.de baptiſmo eſt neceſsitas medij pro omnibus, & inſuper adultis

[i] & tamen Mat. 7. anguſta porta & arcta via eſt quę ducit ad vitam.c.13. parua pars ſeminis incidit in terrã bonã. c. 20. pauci electi. licet Apoc. cap.7. vidit turbam magnã: at cõparatione reproborum dicũtur pauci: quia Eccle.1. ſtultorũ infinitus eſt numerus

[k] dicetur inf.c. 34. & ſeq. Tertul. apolo. fin.& in ſcorpiaco c.6.fi.Clem. Alexan. 4. Strom. poſt princ. Cyp. lib. de laud. martyr. fin. & epiſt. 52. Aug. tract. 84.Ioã. ſer. 5. de martyr. de eccle. dogmat. c. 74.D. Tho. q. 68. 2. ad 2. At quidã limitant D. Tho. ne martyriũ ęquetur bapt. in remiſsione culpæ, ſed totius pœnæ in.q.87. 1.ad. 2. ſed plus intendit vt patet d.4. q. 3. 3. 3.& ſæpe.

[l] Inno.3.c. cum Marthæ. de celebra. miſſ. Auguſt. ſerm. 17. de verbis Apoſtoli. lib.13. ciuitat. cap. 7. Bellarmin. lib. 1. de ſancto. beatitud. cap. 9. de baptiſ.cap.6. videtur Cypria. lib.4. epiſt. 2. ad Antonin.epiſt.73.ad Iubaianum. [m] D.Thom.addi. quæſt. 96. articul. 6.

eſt præceptum, quod obligat ſtatim à principio, poſtquam rite promulgata eſt ſibi fides. Martyrium vero non obligat communiter vt quis ſe offerat tyranno, ſed ſecundum præparationem animi. & martyr qui ob lethale vulnus recepit martyrij gratiam, non excuſatur à præcepto baptiſmi, ſi commode recipere poteſt, aut ſi forte per miraculum reſurgat: vt dicetur. cap. 37.cum ſeq.

7 Baptiſmus dat ſacramentalem gratiam, ideſt, aſsiſtentiam diuini auxilij præparati quo mitigatur fomes, ne regnet & noceat concupiſcentia, & ad quædam alia. [n] ſup. lib. de ſacrament.cap. 12. & tamen ad agonem relictus eſt fomes in renatis [o] (qui dicitur peccatum, non quia culpa ſit, ſed quia eſt effectus peccati, aut cauſa incitans in peccatum [p]) vt eius occaſione miles Chriſti ſtrenuè decertet, & vigilantius gratiam & virtutes quærat, & ex victoria maiorem coronam conſequatur. in quo effectu excedit gratiam olim in circunciſione datam. [q]

[n] Diuus Thom. quæſt. 96. 2. Soto. diſtinct.6.quęſtione.1. Ledeſm. Tridentin. ſeſſio. 5. Cyprian. de baptiſ. Chriſti. Bernard. ſerm. in cœna Domini. Origen. in Roman. 6. Auguſt. 1. contra Iulian. cap. 2. &. 1. retractat.cap.15. & d.eſt. ſup. de ſacram. cap. 12.§.5.

[o] Tridentin.ſeſsio.5. ſup. §. 1. F.

[p] Sic explicat Tridentin. ſeſſio. 5. §. 6. cum tamen Roman. 6. nihil damnationis ſit in vere renatis. Soto de Natura & gratia.

[q] Diuus Thomas. 3. part. quæſtione. 37. vbi Caietan. cum Auguſtin. & d. eſt de ſacrament. capit. 15.

## C A P. XVII.

### De effectu.4.qui dicitur character.

§.1. *Ob characterem non poteſt bapt. iterari: cont. hæret.*
2 *Iteratio facit irregularem in ſolo bapt.*
3 *Character qualis potentia ſit, eſt res & ſacram. ſimul.*
4 *Manet poſt mortem. homo beatus ſacerdos quid poſsit.*
5 *An baptiſm. det æqualem effectum.*

BAptiſmus eſt primũ ex tribus, quæ non iterantur: quia imprimunt characterem [a] ſpiritualẽ in-

C A P. XVII.

[a] TRidẽtin. ſeſsio. 7. de ſacra.

ſacram.can.9.& de bapt.can. 11. ſeſſ.23.cap.4. D. Thom.quæſt.63.1.facit.quæſt.69.9. quia indiſpoſitio recipientis non impedit effectum characteris, Palac.diſt.4.quæſt.1.Caſtro bap.hære.6.& alij cit. lib.de ſacramen.cap.12.Clemen.lib.6.conſti.Apoſtol.cap.15.

9.Gabr.quæſt.vnic.Ledeſm.quæſt. 13.art. 9. Caſtro.1.leg.pœn.cap.7.docum.3.Couar.Clem.ſi furioſ.1.p.princip.num.4.cum Anto.3.par.tit.14.c.14.§.4.Angel.Armil.quanuis quidam falſo dicant fieri irreg.ex iteratione confirmationis vt Richa.

delebilem, confitemur enim cum Apoſt.Epheſ.4. [b] & ſymbolo Nicen.vnum baptiſma, contra Marcionem dicentem poſſe vnum ter baptizari. [c] & vt impoſsibile eſt hominem bis naſci:ita ex Chriſti inſtitutione,impoſsibile eſt bis renaſci, [d] Hebr.6. nec baptiſmus,ſi rite collatus eſt à laico, vel hæretico iterandus eſt, vt concilia & Patres definiunt,nec Donatiſtæ iterabant, niſi putantes primum non fuiſſe verum baptiſmum. [e]

2 Ei qui ſciens & culpabiliter miniſtrat aut recipit baptiſmum ſecundum, imponitur irregularitatis pœna, [f] in odium quorundam hæreticorum rebaptizantium,non autē ſi iteret ſacramentum confirmationis, [g] aut ordinis. [h] Vbi tamen probabile dubium eſſet de baptiſmo, non incurrit culpā aut pœnam hāc, qui ſub conditione iterat. [i] Hæc exprimenda eſt ob vitandum ſcandalum,quando præfuit baptiſmus,ſed dubius:quia tunc tenetur iterare, [k] propter ſummam baptiſmi neceſsitatem. ſi vero infans expoſitus aut alius natus ex fidelibus eſt inter illos fideliter educatus, hic certo præſumitur baptizatus, [l] nec eſt rebaptizandus etiam ſub conditione.

3 Character baptiſmi eſt potentia paſsiua vt cum fructu liceat recipere reliqua ſacramenta: [m] inhæret immediatè intellectui,ſed ſecundario extenditur ad voluntatē: [n] quia intellectus vt per fidem credit, ita per ſacramentū & per characterem, qui eſt res & ſacramētū ſimul, [o] proteſtatur fidem & religionē Chriſti. dicitur quidē ſacramentum nēpe aliquomodo ſenſibile ex cōiunctione ad verba: [p] (vt corpus Chriſti ex ſacramentali cōiunctione ad ſpecies, & contritio ex coniunctione ad cōfeſsionem fit pars ſacramenti ſenſibilis)quia ſignificat gratiam ad quam diſponit,ſup.lib.de ſacr.c.12.quod ſi ficte baptizatus eſt,recedente fictione baptiſmus per characterem cum cōtritione,tanquā per virtutē ſeminalē ſortit effectū regenerationis. [q]

4 Hoc charactere baptizati, quaſi oues minio aut ferro ſignatę,diſtinguuntur à reliquis infidelibus: [r] & manet in hæretico, & in animabus ſeparatis etiā damnatorū. [s] quod ſi forte per miraculū ſuſciteturhomo, non eſt rebaptizandus, nec initiandus confirmatione & ordine qui ſacerdos obijt: [t] ſed retinet indelebiliter priſtinā dignitatē,virtutem & officiū ſacerdotis,ita vt beatus reſumpto corpore,poſſet abſoluere aut cōſecrare euchariſtiam:ſed nō facit de lege quia vſus poteſtatis ſolis viatoribus commiſſus eſt à Chriſto.

Dam.lib. 4. c.10.Cyril. præfa. in ſuas cateCheſ. Cypr. ſer.de ablutione pedū. Auguſt. ſæpe libris de bapt.contra Dona. & de 5.hereſ.cap. 7. tract. 11. & 15. in Ioan. epiſt. 203. 204. Bella.c.12. refert ſe ad lib.2. de ſacram. c. 18. & ſeq. Nauar.c.22.n. 7. quod aūt Hugo.lib.2. p.6.c.13.ait baptiſmum ex inſtitutione Patrum non eſſe iterabilem.interpretandus eſt,promulgationē huius effectus conſtare ex traditione Patrū.

[a] In Epheſ. 4.vnum baptiſma:vt eſt vna fides obiectiua reſpectu omnium, & vnus numero Deus.atque ita in vno homine iterari non poſſe baptiſmum,qui vnicus eſt exponunt ibi Anſelm.D.Thom.Leo epiſt.35.&.77.alias.37.&.79.cap.vlt.Ambro.2.de pœnitent.cap.2.

Maior. diſt. 7. Nauar. ſup. Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 15. num. 1.

[h] Couar. & Theolog. diſt.24. contra Nauar. Maiol. ſup. n.& 9. Tabien. irreg. 4. §. 7. Alberic. verb. diſpenſatio. verſic. 10. verbo ordinatus. verſi. penulti. Anton.Trotius. lib. 2. de perfect. cleric. cap. 9. ſed nullo iure probant. & de baptiſmi regeneratione fuit ſpecialis ratio in odium quorundam hæreticorum.

[i] Nauar. ſup. & communis Soto. ſup. cap. fin. de presby. non bapt.

[c] Refert Epiphan. hær. 42. quid autem ſenſerit Cyprian. iubens rebaptizari baptizatos ab hæret. infr.capit.28.§.2.Diuus Thom.quæſt.64.9.quæſt.66.9.ad tertium.

[d] Hebr.6.impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt.i.baptizati,rurſus renouari,nempe baptiſmo, vt ex Patribus probatum eſt de ſacrament. cap.13. Bellarmin.2.de ſacrament.cap.22. lib. 1. pœnit.c.13.D.Thom.quæſt.84.10.cap.1.

[e] Refert Auguſt. 2. contra liter. Petil. cap. 25.

[f] c.ex literarum. de apoſtat.cap.eos quos.de con ſec.diſt.4.& aliæ pœnæ adduntur. l. 1.&.2. C. ne ſanctum bapt.iteretur. Nauar. cap.27. num. 247.

[g] Dicetur ſuis locis:& de confirm. communis.d. 7.Scot. quæſt.3.Palud.quæſt.2.Soto. quæſt.1. art.

[k] c.de quibus.de baptiſmo.Leo.d. epiſto. 35.&. 77. alias.37.&.79. de conſecra.diſt. 4. cap. placuit.cap.paruulos.c.itaque cap.ſi nulla.

[l] Soto, & Recent. per cap. fin. de presbyte. non bapti.

[m] Sup. de ſacrament.cap.12. & de baptiſm. cap. 2.§.1.liter.C.

[n] Diuus Thom.quæſt.63.4.c.ad.3.& ar. 5. Soto diſtinct. 1.quæſtione.4. Ledeſm. quæſtione. 4.

[o] Diuus Thom.ibi.art.3.ad.2.art.6.ad.2. quæſt. 66.1.&.a.12.ad.1. Soto, Ledeſma.

[p] quæſt. 66. 1.ad. 2. art. 2.ad. 4. Soto .Ledeſm.

[q] Colligitur ex Diuo Thom. quæſt.69. art. 10. ſup.de ſacram.cap.12.&. 25.

[r] Diuus Thom.quæſt.63.1.diſt.4.quæſt.1.1.cum Auguſt.Bellarm.2.ſacram.c.22.Soto.diſt. 1.quæſt. 4.art.1.Ledeſm.quæſt.4.

[s] Diuus Thom.quæſt. 150.art.4.ad.3. quæſt. 64.9.ad tertium.quæſtione 66.9.quæſt.82.artic.8.

[t] q.63.5.ad.3.&d.2. q.1.Sot.d.1.q.4.a.5.Led. Aſtē lib.



lib.4.tit.1.ar.6. Arm.ſacram.§.1.Auguſt.cap.quod quidam.1.q.1.ca.licite.32.q.2. [u] colligunt Patres ex Rom.7.ſi autem dormierit vir.Palu.d. 27. ibi Sot.q.1.a.4.circa.2.con.Syl.diuort.§.2.& ver. reſtitutus. Ang.mors.§.3.contra.Perez.l.1.tit.1.l. 5. ord. pag. 23.cū mult.

Thom.add.quæſt.66.ar.4.Soto. diſt.27.q.3.art.2. Auguſt.de bono coniug.ca.18.ca. acutius.28.q.3. Ambro.1.offic.ca.vlt.ca.deinde.ca.vna.26.d. Syl. Bigam.§.4.irreg.§.28.baptiſmus.6. §.1.Armil. irreg.§.87.quamuis vtramq; vxorem duxerit ante baptiſmum.

ſi verò coniugatus ex mortuis reſurgat, ita ſolutum fuerat matrimonij etiam conſummati vinculum,vt poſsit inculpate & abſque periculo bigamię aliam ducere,viuente etiā prima vxore: [u] vt per mortem ciuilem profeſsionis ſoluitur matrimonium ratum; & profeſſus ſi poſt mortem reſurgat non tenetur ad monaſterium: nec epiſcopo ſuſcitato debetur eccleſia, quam in ſponſam duxerat. [x]

5 Æqualem effectum gratiæ confert baptiſmus paruulis: [y] adultis verò, quibus æqualiter de ſe remittit omnem pœnam,confert ex operato maiorem quam pueris gratiæ gradum: [z] & varium pro ratione melioris diſpoſitionis.

[x] Palud.d. 27.q.2.

[y] D.Tho. quæſt.69.a. 8. Ledeſ. q. 10.Sot.d.6. q.1.ar.8.

[z] Colligitur ex Trident. ſeſſ.6. ca.7. pro cuiuſque diſpoſitione. D. Tho. 1. 2.q.112.ar. 4.Soto.d.6. q.1.artic.6. ſup. de ſacr. ca.13.cont. Scot. & Palu.d. 4.q.2.

## CAP. XVIII.

### De effectibus ſecundarijs.

§.1. *Quas irregularitates tollit baptiſmus.*

2 *Ex illo fit interdum ſanitas: & contrahitur cognatio.*

3 *An contrahatur ſi baptizet in neceſsitate.*

BAptiſmus habet quoſdam effectus ſecundarios. vt tollit omnem irregularitatis ſpeciem ex culpa [a] etiam homicidij,& eam quæ ex defectu lenitatis ſine culpa prouenit in iudice aut milite iuſte occidente hominem. [b] At eccleſia non concedit auferri irregularitatem bigamię, [c] quanuis homo ante baptiſmum eam contraxerit ex matrimonio, etiam cum vidua, nec illegitimus ſit iure habilis ad ordines per profeſsionē baptiſmi: [d] vt profeſſus religionis fiebat aptus ad ordines,ſed non ad prælaturam,aut dignitatem. [e] baptiſmus non tollit ea corporis vitia quæ habent naturalem indecentiam ad ordines ſacros, [f] vt ſi habet morbum caducum, defectum membri. nec tollit vitium animi,putà ob defectū ſcientiæ in rudi idiota,vel ob dilationem baptiſmi affectatā ad peccādum,vel ſi ab hæretico adultus extra neceſsitatem ſponte permiſit ſe baptizari: hunc enim defectum,quia ſicut & fictio ineſt in ipſa ſacramenti receptione,non cōcedit ius tolli per baptiſmum.Delet tamen infamiā,quam ex ſuo aut parentum delicto contraxerat:vt ſuo loco dicitur.

2 Baptiſmus interdum ſanat morbos,vt fertur de lepra Conſtātini: [g] ſicut extrema vnctio confert aliquādo ſanitatem; dum expedit animę. baptizatus etiam in extremæ neceſſitatis periculo, [h] contrahit cognationem ſpiritualem filij cum eo qui baptizauit eamſi paganus ſit, [i] & cum ſuſceptore,qui, quamuis nō reſponderit ad interrogationes, pręſentat puerum; & præſentatum tenet ad baptiſmum.Contrahitur etiā compaternitas inter hos parentes ſpirituales, & parentes illius carnales,ſed per concil. Trident. ſublata eſt fraternitatis cognatio; [k] & ea quam patrinus transferebat in vxorem cum qua matrimoniū conſummauerat: in concubinam vero nec olim tranferebatur cognatio.

[a] CAp. ſi a quis viduam.50. d.ſecundum Pan. Calder.& Præpoſ.ca.gaudemus.de diuort. Card. Clem. 1. de homic. vbi Couar. 1.p. §.2.nu.5.ad fin. Nauar. ca.27.num. 209. 218. Palud. diſt. 4. quæſt. 1. Sco. Maior. diſt.26.q.6. Soto.d. 16. q.2.3.Ledeſ.1.p.q.30.art.3.Syl.irreg.§. 28. bapt. 6.§.1.homic.3.§.8.cum Innocen.Henric.Gofred. Guillel.Tabien.bapt.8.§.1.fin.& citat alios.

[b] quia hæc licet non procedat ex culpa,procedit tamen ex facto voluntario:Nau.Caiet.Syl.& communis contra Archid. Dominic. Præpoſ. Hoſtien. Ioan.and.Anto.Auchar. quos ſequitur Villadieg. de irreg.q.vlt.Richard.quolib.2.q.2.&.l.17.titul. 6.p.1.Borgaſius de irreg.5.p.tit. de his quæ impediunt promotionem.

[c] Pan. cap. gaudemus. de diuort.cum Auguſt.ca.acutius.26.d.Naua.Couar. dicit communem Canoniſt. & Theolog. d. 27. D.

[d] Armil.§. 87. & bapt. §. 71. dicit communem Syl. irregu. §. 28. bapt. 6.§.1. Felician. de irreg.c.11.in quo tamen expendenda eſt noua cōſtitut. Sixti. V. anno. 1588.de illegitimis regularibus ex ſacrilego aut inceſtuoſo coitu natis.

[e] olim iure communi profeſsio legitimabat ad ordines, ſed non ad dignitates. Naua.c.27. nu.201.

[f] Colligitur ex DD. Nauar. cap. 27.nu.202. & ſequent.

[g] ſup.cap. 4.§.4.T. ſic vnctio Iacob. 5. & Tridē. ſeſſ. 14. dat ſanitatem, dum expedit. Nicepho. lib.7. cap.33.

[h] Naua.c. 22. nu. 40. fin.cap.16.nu.34.fi.Ant.3.p.tit.1.c.15.§.3. Cou. 2.p.ſpon.ca.6.§.4.num.4.D.Thom.add.q.56.1.de quo male dubitat Soto.d.37.ar.1.diſt.42.quęſt.1. 1.& falſo dicit quod epiſcopus diſpenſat.

[i] gloſſ.c.in baptiſmate. de conſ.d.4. Ange.Roſel. verb. baptiſ.cum tamen ex parte pagani baptizantis,nō cōtrahatur impedimentū eccleſiaſticū:vt bene dicūt Palu.d.42.q.1.videt Rich.a.1.q.3.ibi Sot. a.3.ſpecul.1.p.a.56.cōc.6.Nau.c.22.nu.36.quare Paganus qui baptizauit, poteſt valide contrahere cum matre infideli,cuius prolē baptizauit:non tamen cum filia baptizata.

[k] Trident. ſeſsio. 24.

Ex ca-

24.cap.2. [l] Colligitur ex Trident.cap. 2.Specul.add. 1.p.art.22.fin.& facit.art.55. & multi Recent.contra Nauar.cap.22.num.40.&.71.

[m] Nauar.cap.22.num.40.colligitur ex D. Tho. addi.quæſt.56.1.Durand.Palud.Soto.diſt.37.art. 1.diſtin.42. quæſt. 1.1. col. 3 Victor.§.288. Specul.1.p. artic.26. & 57.concl.5. Ledeſ.q.58 2.fi. Caſtro. 2.leg. pœnal.c.14.Nauar.cap.22.num.39. fi.

[n] Nauar. cap. 27.nu. 155.246.

[o] communis & Nauar.cap.22. nu.40.contra ſolum Sotum.diſt. 42. artic.1.

ad.4.Nauar.cap.12.num.79.fin.Couar.cap. requiſiſti.de teſta.cap.quanuis pactum. 1.part.§.5.nu.4.

[e] Sylueſt.& ſummiſt.verb.Nouitius.

[f] ſup.cap.3.ſic dicuntur leges propriæ Romanorum aut Hiſpanorum, quæ obligant iſtos & non alios.

techiſmo ſolo, quando puero prius domi baptizato ſupplentur ſolennes ritus in eccleſia, nulla cognatio videtur manere, [l] vt cap. 15.fi. dictum eſt.

3 Si fidelis vir vrgente præcepto ob periculum, baptizet filium vxoris ſuæ, aut ipſam ſuam vxorem infidelem, non priuatur iure exigendi debitum: [m] vt nec ſimilem pœnã incurrit, qui per ignorantiam excuſatur ab ea culpa, aut culpæ ſpecie, ob quam canones priuant iure petendi debitum. [n] ſuſceptor tamen quia non eſt neceſſarius, ſi teneat infantem in neceſsitate, contrahit impedimentum petendi debitum. [o]

## CAP. XIX.

### De effectu obligationis.

*§.1. Baptizatus tenetur ad præcepta poſitiua Chriſti & eccleſiæ.*

*2 An olim fieret votum ante bapt.*

RESultat item tanquam effectus ex baptiſmo, obligatio recipiẽdi ſacramenta confeſsionis & communionis: [a] & implendi præcepta ſanctæ matris eccleſiæ: [b] ac ſi in ſuſceptione baptiſmi fieret implicitũ [c] & commune votum ſeruandi fidem & præcepta Chriſti & eccleſię, (ſuſceptor vero nomine pueri baptizati facit eam ſolennẽ ſponſionem, & renuntiat pompis Diaboli [d]) vt enim ex religionis profeſsione tenetur homo ad propria ſtatuta ſuæ religionis, [e] ita ex profeſsione Chriſtianæ religionis per baptiſmum (vt olim Galat.5. per circuncisionem) tenetur quaſi voto ad proprias leges, quæ iure diuino, vel eccleſiaſtico imponuntur ſolis Chriſtianis: [f] & qui baptiſmum, qui eſt inchoatio nouæ vitæ ſuſcipit, habet in voto ſeu propoſito ſeruare omnia mandata, etiam ea quæ iure poſitiuo annectũtur ſtatui Chriſtiano.

2 In primitiua eccleſia ex Pontificum mandato, aut conſuetudine à catechumenis adultis nomen ſuũ dantibus exigebatur votum aut iuramentum, [g] non deficiendi à Chriſti religione per Apoſtaſiam (quod duraſſe videtur tẽpore.B.Hieronym. Auguſt. & Ambroſ.) vt ab his qui nomen dant militiæ exigitur iurata obligatio, ne deficiant à proprij Ducis exercitu: & nunc concil.Trident.ſeſſ.25.ref.cap.2. ab epiſcopis exigit ſponſionem obedientiæ Romano.Pont. & ſeſſ. 24. refor. cap.1. à beneficiarijs profeſsionem fidei. [h] Tandem propter eximium beneficium de regeneratione baptiſmi debemus Deo ſummam gratitudinẽ, [i] vt conſepulti Chriſto per baptiſmum, ſimul reſurgamus cum illo in nouitatem vitæ. [k]

## CAP. XX.

### De baptiſmo flaminis & in voto

*§.1. Catechumenus ex contritione cũ bapt in voto etiam implicito iuſtificatur.*

*2 Quæ bona proſint his catechumenis.*

*3 Competentes cur dicuntur ſaluari: non autem catechumeni.*

SEquitur de altero baptiſmo qui dicitur Flaminis. hic conuenit cum baptiſmo aquæ, vt ca.1. dictum eſt: quia catechumenus per illũ iuſtificatur, ſed contritio debet in illo includere baptiſmũ aquę in voto explicito, [a] eo quod baptiſmus eſt inchoatio vitæ. Satis tamen eſſet votum implicitũ ei qui laborat inuincibili ignorantia baptiſmi. Differt à baptiſmo aquę. 1. quia contritio non cõfert gratiã ex opere operato: & cõmuniter dat minorẽ quã baptiſmus. 2. cõmuniter non remittit totã pœnam, [b] 3. non dat cha-

CAP. XIX.

[a] [b] COlligitur ex Tridẽ. ſeſſ. 7. de baptiſmo.can. 7.&.8. Bellar. de baptiſ. cap. 15. &.16.

[c] vt qui ſponte ſuſcipit ordinem ſacrũ, emittit implicite votum ſolenne continentię, Trident.ſeſſ.24 can.9.

[d] ſup.cap. 14. & tamẽ Patrinꝰ ſuo voto non obligat aliũ quia votum eſt perſonalis obligatio ex libera cuiuſque voluntate deſcendens. Caietan.2.2. q. 88.2.ad.1.Soto.lib.7.iuſt.quæſt. 1.art.2.diſt.6.q.2. 1.ad.3.Nauar.cap.12.nu. 32. 56. populus tamen voto & iuramento communi obligat ſucceſſores. cap.veritatis.de iureiur.D.Thom.2.2.quæſt.98.2.

[g] vt aduertit Caietan. & Recent. 2.2.q. 88.2.ad.1. & communis cum Magiſt diſt.38.

[h] Triden. ſeſsio. 24. reform.cap. 12. iuxta formulam iuramenti datam Pio.PP. 4.ann.1564

[i] hic effectus gratitudinis ex Titum. 3. ſaluos nos fecit. colligitur per Ambroſ. de ijs qui miſſæ. init. cap. 2. Chryſoſto. homil. 21. ad Popul. Auguſt. 4. de Symbol. ad catechumen. cap. 1. Caniſi. de baptiſm. capit.4.

[k] Auguſt. de fide & operibus. ca. 26. colligit ex Rom. 6. Galat. 1.

CAP. XX.

[a] DIuus Thomas, quæſt. 69.4. ad. 2. & dict. eſt. ca.3.

[b] Triden. ſeſsio.6. cano. 30. ſeſſ. 14.cano. 12. Soto. diſtinctio. 19. quæſtio.1.artic. 3. nec obſtat.cap.debitum.de baptiſmo de illo qui ſe ignoranter baptizauit. quia ſi huic remiſſa eſt tota pœna, fuit ob ingentem contritionem & deuotionem





[c] D Tho.add.q.2.ar.2.de originali ſolo non requiritur formalis pœnitentia. [d] D.Thom.1.2. q.89.6.vbi Caiet.Conrad.fr.Med.& Recent. Vict. relect.de inſtanti vſus rationis.Soto.1. de natu. & grat.c.22.lib.2.c.12.lib.2.iuſt.q.3.ar.10.Ledeſ.1. p.q.28.a.4. col.3.&2.p. q.71.a.1.Bañes. 2.2.q. 10.a.1.dub. 2.q.44.1. dub.1.ad.3. Sylu. ver. oratio. fin. Summ.confeſſ.ſ.68.Nauar.cap.11. nu.6.&.14. de orat.not. 3.n.11.15. Hẽric.quodlib.5.q.20.

Aug.2.pec.mer.c.26.Pauli.epiſ.35.ad Alipium. & defunctis catechum. eccleſia applicat orationes & miſſas per modũ ſuffragij vt dicit Nau.§.in Leuit.

[i] quod tantũ intẽdit D.Th.add.q.26 a. 1.& gñaliter.q.20.a.1.DD.d.21.Alb.Bon.Rich.Dur.Palud. Alex.4.p.q. 85. Sũmiſt. verb. indulgen. Aſten. li.5.tit. 40. art.3. Cordub. libr.5. q.12.

racterem, nec alios effectus baptiſmi. 4. ſi adultus non haberet peccatum mort. ſed tantum originale, ſupplet abſque pœnitentia vicẽ baptiſmi dilectio ſupernaturalis Dei fide cogniti: [c] vt interdum forte accidit pueris paganorum bene inſtitutis, dum primum veniunt ad vſum rationis. [d]

2 Catechumenus iuſtus qui dicitur Chriſtianus merito, ſed non numero (cum nondum ſit membrum viſibili ſacramento copulatum eccleſiæ) pertinet ad communionem ſanctorum, quam in Symbolo profitemur, & tanquam mẽbrum Chriſti viuum participat fructum ſatiſfactionis ex ipſa communicatione priuata, aut communi iuſtorum. Pro catechumenis ſpecialiter orat eccleſia fer.6. hebdomadæ ſanctæ, & in canone miſſarum, qui additur per octauas paſchæ & Pentecoſtes (quando fieri ſolebat ſolennis iſtorum baptiſmus) dicitur pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto. Ex miſſarum tamen ſacrificijs non participant fructum ex opere operato: [e] quia nondum ſunt membra eccleſiæ, & multo minus prodeſt eis ex operato receptio euchariſtię, [f] quãuis bona fide reputarent ſe baptizatos, [g] nec hominem facit de attrito contritum. Indulgentiæ, quæ per claues eccleſiæ applicantur videntur catechumenis prodeſſe per modũ ſuffragij, [h] (quo modo ſatisfactio & indulgentia applicatur defunctis) non tamen fit eis applicatio de iuſtitia per modũ abſolutionis: [i] quia eccleſiæ clauis & poteſtas limitatur circa ſolos baptizatos, vt eos ſoluat per ſacramentum pœnitentiæ, vel per indulgentias: aut vt eoſdem liget per pœnitentias iniunctas, præcepta canonica & cenſuras. [k]

3 Catechumeni non dicebantur competentes, niſi quando ſufficienter inſtructi, & perſuaſi de lege Chriſti petebãt ſponte baptiſmũ, [l] parati ſtatim ſine mora recipere: hi nomina ſua dabant conſcripta, [m] cum ſponſione viuendi ſecundum diuinam conuerſationem euangelij, dabaturq; eis deſignatꝰ ſuſceptor: hi admittebantur ad miſſam quæ dicitur catechumenorum vſque ad offertorium [n] tantum. De his competentibus affirmant Patres ſaluari, (nempe baptiſmo flaminis) licet ita decederent abſq; baptiſmo aquę: & pro his defunctis offerebantur [m] quædam ſuffragia. [o] At qui nondum petebat baptiſmum, retinebat commune tantum nomen catechumenorum, quos Patres negant ſaluari ita decedentes: ac ſubinde adhuc eſſe membra Diaboli, [p] & dãnationi æternę obnoxios, cum ex negligentia aut tarditate ſua non haberent baptiſmum in voto, aut con-

[e] D. Tho. q.79. 7. ad. 2. Aug. li.1. de anima & eius origin. c.9. lib.3.c. 12. Auguſt. de anchon.de poteſtate eccleſiæ.q.32.ar. 3. Anton 3. p.tit. 22.ca. 5.§.6. Democ.har. li. 4. de ſacrif. altar.ca.18. & dicetur, lib.de miſſa.

[f] D. Tho. q.68.6.ad 1.vbi Caiet. & Recent. Soto. d. 12. q.1.3. ad.2. d.39.q.vni.a.2.colligitur ex Aug.tract.11.&.96. in Ioan.lib.2.pecc.mer.c.20.Torren.3.confeſſ.ca. 6.§.1.fi.quia bap.eſt ianua ſacramẽtorũ, conc.Floren.&.c.de hoc.32.d.

[g] ſup.c.2.B.quãuis gloſſ. d.c.de hoc.& Dionyſ. Alex. putauit euchariſtiam prodeſſe homini, qui bona fide reputabat ſe baptizatũ, refert Euſeb.7.hiſto.c.8.Niceph.li.6.c.9. nec confirmatio prodeſt ſine bapt.D.Tho.q.72.6.Sot. d.7 Ledeſ.q.13.Nau.c.22.n.8. per. ca. nouiſsime. de conſ.d.5.nec ſacramentũ ordinis.Soto. Nau.D. Tho.add.q.35.3.per.c.veniẽs.de presbyt. nõ baptiz. neo abſolutio confert gratiam attrito, qui reputat ſe baptizatũ. Syl.bap.6.§.3.cõt.Ang. bap. 7. §.12.cũ Alber.& ſumm.conſ.li.3.tit.22.q.8.ſed falſo.cit.D.Th.

[h] Nau.§.in Leuit.not.28,n.18.not. 19.n.10.not.30.n.13.not.31.n.48.& clarius not. 32.n.8.ſicut pdeſt exorciſmus.D.Tho. q. 71.3.& olim panis bñdictus dabatur catechumenis. dicit

[k] D.Thõ. add. q. 22. art.1.

[l] vt ex Patribus explicatũ eſt. ca. 3.c.4.Bella. li.2.de pœnitentia.ca. 14.§.16.obiectio. & lib.de bapt. c.25. Turrian. in Clemen.libr.2. conſtitu.Apoſt. ca. 20. lib.8.cap.9. Taper.ar.2. & gloſ.magna.ca.1.30. q.1.

[m] Diony. cap.2.eccle. hier.Caniſi. tit. de ſacramen.cap. 8. lit. F. Clemens epiſt. 3.Pius.V.in catech.

[n] D.Tho. quæſt.80.4. ad.4.

[o] quia Trident.ſeſſ.22.cap.2. ait miſſas generaliter offerri pro omnibus viuis & defunctis. & expreſſe pro catechume.defuncto. cap. Apoſtolicam. de presbyte.non bapt. Ambroſ.orat.funeb. dicit, ſe obtuliſſe pro anima Valentini catechumeni. & in Memẽto Miſſæ dicitur, pro omnibus fidelibus defunctis, qui dormiunt in ſomno pacis. & his ſatis eſt diſpoſitio fidei & caritatis ad effectum ſacrificij D.Thom.quæſt.79.7.ad.2.

[p] citat.lit.L.quod non aduerterunt D. Thom.quæſt.68.2.ad.2.& ibi Sebaſtia.Soto.diſt.5.2.ad.2.Bellarm.de bap.cap.6. con.2.qui ſubterfugit negans lib.de eccleſ. dogmatibus.cap.74. eſſe Auguſt. quaſi non ſint alia loca Auguſt.& aliorum Patrum in quibus negent iſtos ſaluari. interdum competentes dicuntur generali nomine catechumeni, & ſic pertinent ad eccleſiam & ſaluantur. Hierony in Eſai.19.numerat.5.ordines, epiſcopum, presbyterum, diaconum, fideles &

catechumenos.Bellar.lib.3.de eccleſia.cap.3.lib.1. de laicis.c.11. q concil.Brachar.1.c.35.Chryſoſt.ho.3.in Philippen.Aug.3.de orig.animæ. cap. 12.ad Vincent.& lib.1.de anima & eius origin.ad Renat.cap.9.quod non ſatis intellexit Bellarm.de bapt.ca.6.& lib.3.de eccleſ. cap. 3. quamuis de baptiſmo.c. 25. agnoſcat cum Patribus. nec id percepit Sixtus libr. 6.biblio.ca. 311. dicens in pœnam negligentiæ qua baptiſmum diſtulerant vſq; ad mortem, phiberi offerri miſſas pro illis. at reuera ſenſus eſt iſtos qui nunquã baptiſmum ſibi prædicatum petierant, decedere in notorio peccato. ſic ſi conſtet aliquem decedere notorio concubinatu, non eſſet ſepeliẽdus in loco ſacro Nau.c.25.n.80.ca.3.nu.5.lit.G.cum Pan.& comuni.cap.Veſtra de cohabit.cler.& mulie.

tritionem: & pro his ita decedentibus in publico illo peccato, non licebat miſſas offerre, nec publicas orationes eccleſiæ, q cum eſſent filij perditionis.

## CAP. XXI.

### De ſubiecto baptiſmi.

*§.1. Omnis homo viuens etiam infans eſt capax baptiſmi. non ita mortuus.§.6.*

2 *Cur infantes recipiant bapt.Chriſti: non ſic olim baptiſmum Ioannis.*

3 *Oportet eſſe natum vt renaſci & baptizari poſſit. & quid periclitante partu.*

4 *Sat eſt gutta baptizari natum.*

5 *Si prægnans ſit damnata ad mortem, aut moriatur quomodo baptizanda ſit proles.*

6 *De nato cum duplici capite.*

BAptiſmi capax eſt omnis & ſolus homo, a nõ baptizatus, cuiuſcunque ſexus b vel ætatis: quãuis ingens peccator fuerit, & baptiſmum ad mortis vſque articulum diſtulerit: c qui ob eam dilationem irregularis eſt. d Pygmæi, Satyri, vel ſi qui ex bruto & homine concipiantur, ideo baptizari non poſſunt, quia homines rationales verè non ſunt: alioquin ſi brutum maſculum ex humana muliere generaret hominem (quod tamen eſt impoſſibile) hic ſane non contraheret peccatum: e cum peccatum in prolẽ non niſi per virilem virtutem traducatur naturali origine ex Adam.

2 Infans indiget baptiſmo, vt medio neceſſario: quia licet legitime ſit procreatus ex matrimonio & ex parentibus & proauis Chriſtianis & iuſtis f (qui dicuntur filij Abrahæ non carne g ſed fide Rom.4.) habet proprium & verum peccatũ origine contractum: quod ei dicitur voluntarium voluntate naturæ, & capitis, h non voluntate perſonæ: eſt enim peccatum hoc naturæ, non perſonale. Simili ratione puer licet humana intentione & libertate careat, capax eſt baptiſmi cũ fructu regenerationis: i quia à Chriſto capite (cui per hanc regenerationem vnitur, & cui ſimilitudine baptiſmi conformatur) participat vitam in ſe: ob eamque dignitatem vitæ &

q.108.3.ad.1.Petr.Nau.lib.2.de reſtit.c.4.n.450. e D.Tho.1.2.q.81.a.5.Trid.ſeſſ.5.can.3.ſeſſ.6. c.3.vt ſi quis miraculoſe ex humana carne formaretur, non contraheret, D.Th.ſup.a.4.vbi f.Medi. & eſt certa ſententia cont.Henric.quodlib.1.q.21. f ſup.c.3. §.2.Q.Bellar.c.4. col. 6.vbi explicatum eſt id 1.Corinth. 7.filij veſtri ſancti ſunt Vvaldẽ. to. 3. ſacramental.c.53.54 Taper.ar.2. Lindan. 4. Panopl cap. 55. contra quoſdam hæret. negantes filios fideliũ & iuſtorum naſci in peccato, quos impugnat Aug.2.peccato.mer. c. 9.25.27. & ſeq.lib.1.de nupt.a.cap. 17.lib.6.cõtra Iulianũ. c.3. & probat vt circũciſus, quia agit virtute naturæ generat incircũciſum: & triticum mundum generat triticum cum palea: ſic Adam poſt peccatum iuſtificatus, aut alter Pater iuſtus generat filium in peccato: quia agit virtute naturæ vitiatæ D. Tho.1.2.q.81.1. g At ex Geneſ.17.ero Deus tuus.& ſeminis tui: Calu.cum quibuſdam Hebræis putat, olim ſat fuiſſe deſcendere ex Abraham ſecundũ carnem, contr.quos Rom. 9.non omnes qui ex Iſrael ſunt: ſed qui filij promiſsionis.i.qui in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus (in quo non eſt Iudæus & Gentilis, vt ait Galat.3.) renaſcuntur ad imitationem fidelis Abrahæ, & ſunt filij ſecũdum ſpiritum. Aug. epiſt. 200. Bellarm.cap.4.de bapt.& libr.1.de laicis. cap.1. h D.Thom.1.2.quæſt.81.3.cum Aug. i ſup. & Chriſtus.Luc.18.ſinite paruulos venire ad me. Brephi Grec. 1.infantes, quos ait geſtatos ab alijs. & de his etiam Ioann.3. non poſſe introire in regnum Dei niſi renatos ex aqua. Act.9.&.16. integra familia nempe cum infantibus baptizata eſt. &.1.Corinth.1.Trid.ſeſſ.7.can.12.13.14. D.Th. q.68.9.Soto.d.5.Bellarm.de bapt.c.8. (in quo errat Viues in Auguſt.27.ciuit.cap. 1. dicens neminem olim baptizari, niſi adultum, qui peteret & ſcire

CAP. XXI.

a CYprian. a libr.4.epiſt.12. poſt med.alias. 76.contra quoſdam hæret. ſic ſacramentum pœnitentiæ prodeſt etiam in articulo mortis ſup. de ſacram.c.21.at Angelus nõ eſt capax ſacramenti ſenſibiliſsime nec pœnitentiæ poſt peccatum. b differt à circũciſione, quæ pro maſculis tãtum & peculiari populo data eſt Gen.17. c c.quando de conſ.d.4.de quo Cucchus.lib.5.Maior.inſtit. tit.2.n.86.Borgaſ.de irregul.5.p.tit.de his quę impediunt promotionem Maiol.de irreg. d quia præſumitur non omnino ſponte baptizari, eſt irreg.Sylueſt.irreg.§.21.Armil.§.85. Sum. confeſ. lib.3.tit.14.Cou.Clem.p.1.§.2.n.7.Naua.c.27.n. 205.Palac.4.d.25.q.1.col.11.At Ambroſi.lib.10. epiſt.82. de ſeipſo refert adulta ætate baptizatum & electum epiſcopum. & id aliquando licuiſſe.c. Neophytus. 61. d. vbi prius Grat. vid. ſup.c.4 §. 4.Turrian.li.1.pro.Canon Apoſt.c.13.&.28.vide Cordub.lib.1.q.54.Simanc.de catho.inſtit. ca.47. nu.84.Perez.l.4.& 40.tit.3.lib.8.ord.fr.Med. 12.



ſciret quid eſſe baptizari.) Ledeſ.q.9.Taper.a.1.& 2.fr.Med.12.q.113.3.Victor.§.25.Bart.Ledeſ.de bapt.difficul.26. Sonnius.c.13.Alan. lib.de ſacra. c.31.& de conſ.d.4.c.1.2.3.& alijs.& quidã errabant tẽpore Bern.quos reprobat ſerm.66. cant. & epiſt. 240.

adoptionem, debetur huic puero ex iuſtitia hæreditas gloriæ, non per merita propria, ſed per meritũ actũque Chriſti capitis ipſi gratis applicatum k per gratiam cum alijs donis, & habitibus infuſis: atq; ita eſt cohæres Chriſti, qui ſic filius Dei factus eſt. puer vero ſua ipſius indigentia cenſetur petere remedium, cuius capax eſt. ſi enim infans olim erat capax circunciſionis & gratiæ (quæ Coloſſ.2.eſt figura baptiſmi) & capax eſt baptiſmi ſanguinis: cur baptiſmum negabit miniſter, qui nulla lege prohibetur dare, nec pueri recipiendo peccant, & vera eſt forma baptiſmi? At Baptiſta ſolos adultos eo humili baptiſmo inducebat ad pœnitentiam. l

3 CHRISTVS natus & bis natus vere dicitur: ſed non renatus m ex baptiſmo, quem à Ioãne ſuſcepit: reliqui homines ex baptiſmo renaſcũtur. ſed renaſci nõ poteſt puer, niſi iam natus ſit, ex matris vtero. n vel ſaltem aliqua ſui parte ſit editus in lucem, & oſtenſus. quare ſi mater in partu periclitetur, & proles ex vtero eduxit totum caput in quo baptizatur, non eſt poſt plenũ egreſſum rebaptizandus: o quia cenſetur ſimpliciter natus eo ipſo, quod principalis pars, in qua integritas vitæ & ſenſuum & rationis cõſiſtit, nata ſit in lucem. p ſi ſolam manum de vulua eduxit, vt Zaram, aut ſi pedem vel digitum, & in eo baptizetur (vt expedit baptizari periclitante partu, q quia tota anima eſt in qualibet parte) videtur baptiſmus: r ſed quia hic abſolute natus non dicitur vt renaſcatur, & quidã dubitãt de hoc baptiſmo, debet plene natus rurſus baptizari, ſed ſub conditione. s

4 Si natus eſt perfecte, ſufficit ſtylla aquæ per aſperſionem tangi ſolũ hominis pedem, manum t aut etiã capillos, qui hominis pars ſunt ad ornatum, ſup.c.7. nato enim facile eſt ſic renaſci, cui applicatur forma cum intentione, & debita materia. Nec materia requirit certã quantitatem, ſi modo ſenſibilis ſit: vt panis aut vini quantitas quantumuis parua, u ſi ſenſibilis eſt, poteſt conſecrari.

5 Si ex morbo aut vulnere, periclitetur proles cum matre prægnante, non eſt ob pueri neceſſariũ baptiſmum viua mater ſcindenda x (quanuis iudex reã matrem iuſte ad mortem dãnaſſet, & timeretur ne dilata ſententię executione vſque ad partum, y præmoriatur mater, & prolis anima pereat) quia non iubet nec vult Deus, vt cum morte vnius detur ſpiritualis vita alteri. z mortua tamen pręgnans non debet ſepeliri, quouſque aperto vtero extrahatur puer poſthumus, & viuus baptizetur. a

6 Qui iam mortuus eſt, baptizari nullo modo poteſt: b nec licet ori illius infundere euchariſtiam, c vt quidam hæretici feciſſe leguntur. ſi quis cũ duplici capite mõſtruoſè natus eſſet, hic quia fortaſſe habet duas animas in mẽbris caſu coniunctis, ſic initiãdus eſt, ego vos baptizo. d

k vt volũtariũ Adæ applicatur puero p generationẽ, quæ eſt act9 naturæ vitioſę: ita Rom. 5. & 1. Corinth. 15. fortiori virtute applicat pueris meritũ Chriſti per regenerationem baptiſmi, & ei de iuſtitia debetur hæreditas glorię Rom. 8. Galat.4. ſic Iacob. aſsimilatus primogenito ſub veſte Eſau, obtinuit benedictionẽ patris. Soto 1.de nat. & gra.c.14. & d.45.q.1. 2. ſine baptiſmo decedẽs puer dãnatur pœna damni: ſed non cruciatur igne. l cõmunis colligit ex Matt. 3.ſed falſo Bellarm.de baptiſ.c.8.§.3.dicit baptizaſſe etiam paruulos. m d. eſt ſup.c.2.&.33. n ſup.c.21.Aug.epiſt.57.Sot. d.5.a.11.Ledeſ.q.9.a.11.dub.2.cum D.Tho.q.68 a.11.Aſten.lib.4.tit.6.a.2.§.7.Syl.bapt.4 §.1.Armil.§.32.Tabie.bapt.5.§.4.cum Palud.Anton.Piſan.& communem dicit Barbatia in Clem. Vni. §. ſin.de ſum.Trinit. o D.Tho.Soto.Ledeſ.a.11. & experimẽto patet egreſſo capite non periclitari infantẽ. ſummiſtę ſup. p per.l.cum in diuerſis.ff.de religio.& ſumpt.funeris. q D. Thom.& omnes. r Palu putat certũ.ſed.D.Th.a.11.ad.4.probabilius.&.d.6.q.1.Innoc.Soto.d.5.a.11.ad.4.d.3.a. 7.ad.3.Victor §.32.Ledeſ.Scot.d.4.q.3.Gab.q.2. Syl.bapt.4.§.1.recent.Roſel.bap.4.§.1.Aug. bap. 4.§.2.& dicit communius teneri. idem dicit Caie. Gerſ.Raym.Lyr.Burgen.inf. s D.Tho.per.ca. 2.de bapt.Syl.bap.4.§.1.Armi.§.32.Tabien.bapt. 5.§.3.&.4.cum Palu.Ant.Piſan.& D.Th.d.3.Sot. d.5.a.11.Ledeſ.q.9.a.11.dub.2.Aſten.ſup. dicit cõmunem & oẽs Recent. t cõmunis cum Abb.& Inno. in ca. debitum. de bapt. Soto. ait ſatis eſſe aſpergi in capillis. & gloſſ.c.vulgaris de pœnitẽtia.d.1. argu. illius text. & glo. cap.proprie vel.tria milia.de cõſ.d. 4.arg.l.3.§. 1.in.fi.ff.de acquir. poſſeſſ.vbi glo. id probat. Scot.d. 4.q. 4. & multi quos refert Tiraquel. l. ſi vnquã. §. ſuſceperit. n.32.itẽ. C. de poſthumis hære.inſtituend.vbi in.l.3. Bart. & Iaſon.dicit communiter hoc teneri. & tamẽ idẽ Bar. in.l.3.ff. de acquirend. poſſeſſ. dubitauit ð hoc. ſi autem occiput tantũ apparuit, & ibi baptizat9 eſt, debet plene natus rebaptizari ſub conditione: Dur.d.6.q.1.& alij ſup.D.Tho.ar.11. ad.4 probabilius tamen eſt valere bapt.ob neceſſitatem, in quauis parte: vt in artic.mortis ſatis eſt confiteri quoduis peccatũ, vt abſoluatur. u ſup.c. 7.B.& lib.de euchar. x D.Tho.a.11.Sot.d.5.a. 11.Ledeſ.q.9.Palud.q.1.Tabien.bapt.5.§.5. Ant. y Paludan.q.1.Sic.ll.iubent differri excutionem ſententiæ.l.prægnans.ff.de pœnis. z Palu.Ant. Tabien. a ſic Cæſar dicitur eſt à cæſo matris vtero.l.poſthumus.ff. de inoffic. teſtam. b ſup. ca.21.§.6. c vtrumque vetat conc.4. Carthagin.cap.6. d Soto. diſt.5. art.11.Tabien. bapt. 6.fin.

CAP.

## CAP. XXII.

**Nulla oblatio aut baptiſmus in voto parentum, prodeſt infanti contra Caiet.ſed bapt.aquæ aut ſanguinis.**

*§.1.2. Puer intra vterum nunquam habuit remedium, præter martyrium.§.4.*

*3 De inſcrutabili Dei iudicio in reprobatione.*

PEriclitante partu, ſi nulla pueri pars poſsit aqua aſpergi, orandus eſt Deus vt ſinat prolem in lucem edi. a Nam pro eo puero intra vterum latente, (licet parens offerat oblationes, miſſas & orationes, & illum ſignet ſigno crucis cum inuocatione Trinitatis b) nullum eſt in lege Chriſti remedium præter baptiſmum ſanguinis, nec illæ preces patris proſunt puero ad ſalutẽ, etiã in caſu extremæ neceſsitatis: c vt quidam viri pij putarunt. vt vitent quædam incommoda: ſed incidunt in maiora, (puta quod ille puer non indigeat baptiſmo ad ſalutem d) ob quæ temeritatis cenſura, aut duriori damnantur, e vt alij qui contra ſtatutam legem loquuntur. f nec iam ijs precibus puer natus ſaluari poteſt in voto parentum fidelium: g vt olim in fide, oblatione & voto parentum ſaluabatur.

CAP. XXII. SIc a temperanda eſt ſententia Caieta.& aliorum de quibus inf. b quaſi ſic proferatur quædam forma baptiſmi, cum inuocatione Trinitatis. c in quo caſu neceſsitatis, quidam volunt defendere ſententiam Caietan. de qua ſtatim. Vt in lege veteri ſacramentum legis naturæ, ſeu oblatio non proderat paruulis ante.8. diẽ, niſi in extrema neceſsitate, ex quadam virtuali diſpenſatione Dei. Eſt ſimile qđ Victor. ſumma. §. 208. fin.Ledeſ. 1. p.quæſt.25.ar.5.dub.5.Vegã lib.13.in Trid.c.23. 26.aiunt, quod ſiquis in artic.mortis, curat facere quod in ſe eſt, & nihil aliud ſibi occurrit quã actus attritionis (quo dicit, Domine miſerere mei cum animo placandi Deũ) hic iuſtificabitur, ſupplente Deo ob neceſsitatem. quod Mant. dixit probabile. eſt tamen reuera falſum. ſed ſic facienti quod in ſe eſt, Deus dabit tempus contritionis, qua iuſtificetur, ſeruata lege ordinaria. d quod eſt contra concil.Trid.ſeſſ.6.cap.4.ſeſſ.7. de baptiſmo.can.4. Florent.Conſtantien.ſeſſ.15.damnat dicentẽ paruulos poſſe ſaluari ſine baptiſmo, & contra Patres Auguſt.1.de anima & eius orig.cap.9.lib.2.ca.12. & ſæpe cont.Pelagium. Ambroſ.2.de Abraham.ca. vlt.Greg.lib.7.epiſt.13.& clarius Iſid.lib. 2. offic. diuinorum.cap.de baptiſ. alios citat Bellar.cap.4. &.8.D.Tho.quæſt.68.2. e eam ſententiã quidam recent.merito vocant erroneam aut hæreticam: quam tenuit Caietan.quæſt.68.ar.11.non ſerio aſſerit, ſed dicit fidendum eſſe Deo quod oblatio pueri facta Deo cum inuocatione Trinitatis vel ſigno crucis, in illo tantum mortis periculo, reputetur baptiſmus in voto virtuali eccleſiæ. ſicut conſtat martyrium infantis dici baptiſmum in voto. Gerſon.to.3.ſerm.de natiuitate B.Mariæ, quem habuit in conc.Conſtantien.nec legitur de hoc reprehenſus. probabile putat Gabr.diſt.4 quæſt.2.art.3. dub.2.ad.fin.& Maior ſentit.Marſil. q. 2.a.1.dub. 2. quia Deus virtutem ſuam non alligauit ſacramento integro: & ſat videtur in ea neceſsitate applicare partem ſacramenti ſibi poſsibilẽ: puta formam cum alia materia ſimili. vt remediũ legis naturæ.1.oblatio cum fide parentum olim proderat vice circunciſionis infanti periclitanti ante.8.diẽ. cui fauet Ambroſ. libr. 2.de vocat. gent. cap.8.& Bern.epiſt.77.poſt princip.dicit, an etiam nunc proſit, penes Deum eſt non meum definire.& Altiſ ſed clare cum Caietan.tenet.Tilman.de ſacram.ca.1. p.43.Thom.Eliſius in Clypeo piorum hominum. tit.11.art.2.vbi laudat Caietan.pro qua ſententia Ledeſ.quæſt.9.art.11.col.3. citat Raimund. Martinez.quem citantes partim ſequũtur Lyra & Burgenſ.in id Geneſ.17. infans cuius caro circunciſa. non fuerit, peribit. Magiſt.d.4.id. Ioan.3 niſi quis renatus: exponit de his tantũ qui baptizari poſſunt. ſecus in periculo. f vt abſq; miniſtri intẽtione occulta, quidã dicunt Deũ ſupplere in puero effectũ gratiæ. vt Alexan. Bon. Durã. Gabr.Sylu. & olim.D.Thom.quos tamen reprobauimus de ſacrament.cap.9. §. 3. alij dicunt quod ſi ſacerdos vnam tantum perſonam protulit, interceptus morte: ſupplere Deum in puero effectum gratiæ, & ſepeliendum in loco ſacro. qui reiecti ſunt ſup. ca.8. Vvicleph dixit, cum incertum ſit puerum ſic oblatum ſaluari, ſtolidus & præſumptuoſus eſt qui damnat. ſed iſtum hæreticum in hoc iuſte dãnat Vvalden.to.2.de ſacram.ca.99. g vt (contra Caieta. & alios cit.) eſt certa ſententia.ca.qui in maternis. de conſ.d.4.D.Tho.q.68.2.q.73.3.&.1.2.q. 113. 3.ad.1.& ex profeſſo quodl.6.a.4.d.4.q.3.3.2. ad. 3.videtur Alex.4.p.q.13.Bon.diſt.4.ar.1.q. 1.ad. vlti.ſummiſt. verb.baptiſm.Tabien. bapt. 7.§.1. bapt.5.§.4.Armill.§.38.Ang.bapt.6.§.1. Syluelt. bapt.4.§.1.Aſten.lib.4.tit.6.communis.d.3. Scot. Richard.Durand.& plures alij. Palac. d. 4. q.5.& late.d.5.q.5.Soto.d.5.ar.2.&.11.lib.2. de natu.& grat.cap.10.Ledeſ.q.9.ar.11.Catharin.lib.5.contra Caieta cap.6.&.7.Pet.Soto.tit. de bapt. lect.6. Honcal.opuſc.de baptiſmo.f.75.Vega.li.5.in Trident.ca.16.Ferrar.4.contra.gent.cap. 59. Couar. cap.alma mater.2.p.§.2.nu.7.Cordub.lib.2. quæſtionum de ignorant.q.5.ad.fin.Vvalden.to.2.cap. 99.Franc.Cartagen.lib.de prędeſt.diſcurſu. 8.Viguer.c.15.§.2.verſ.3.Naua.lib.de orat.not.19.n. 64. Beauxam to.1.harm.p.192.cũ Aug.ſer. 14.de verb.Apoſt.& ſæpe alias.cap.firmiſsime. de conſec. d.4.Nazian.orat.40.in ſanctum bapt.vbi Nicetas aduertit Nazian.dicere, decedentem abſque baptiſmo puerum, neque gloria affici nec ſupplicijs: nempe pœna ſenſus.& omnes Recẽt.qui poſt Caietan.ſcribunt, illum acriter reprehendunt. Couar. dicit periculoſum. Peña dicit erroneum. Caſtro. & Medices verb.bapt.hær.9. dicunt. hæreticum quia concilia & Patres ſine vlla exceptione negãt quẽquam ſaluari ſine baptiſmo in re vel in voto. Triden.ſeſſ.6.cap.4.ſeſſ.7.de ſacram.can.4.& de bapt. can.5.



2 Nunquam olim puer nondum natus habuit licitum remedium. h nec habet in lege Chriſti, niſi prodeat ex matris vtero, i vt baptizari poſsit. Nec ſatis eſt matrem prægnantem baptiſmo tingi, k vice latentis pueri: quanuis infans cenſeatur pars quædam matris per colligationẽ, qua ſumit alimentum à matre, & ab eodem angelo matris cuſtode protegatur. l Sic extrema vnctio nõ prodeſt, niſi ei qui ex morbo & vulnere eſt in mortis periculo. m decentius enim fuit vt Chriſtus in ordine ad totam eccleſiam prouiderit immutabili lege remedium de ſe facile & vnicum baptiſmi; n vt hoc tantum modo renaſcantur homines, & hac ianua intrẽt in ouile eccleſiæ: quàm vt ob priuatum bonum vnius infantis in tam raro caſu, legem hanc eneruaret diſpenſatione ſua.

3 Vult quidem Deus de ſe volũtate antecedente, omnes homines & infantem etiã nunc ſaluos fieri o vt.1.Timot.2.dicitur. nempe in cauſa de ſe ſufficiente, quam omnibus offert. communiter facile eſt applicari omnibus etiam fœminis baptiſmum, quod olim circunciſio non habuit. Nec eſt iniuſtus aut improuidus Deus, ſi pro ſua iuſtiſsima voluntate, & tremenda reprobatione permittat quoſdam p odio ob peccatum originale dignos decedere in illo ſine baptiſmo: aut ſi inſcrutabili iudicio permittat quoſdam infantes mori cæpta prolatione formæ, quę illis nihil proficiet: q aut quoſdam adultos, poſtquam.m.peccarũt, verti in perpetuã amentiam, ſine ſalutis remedio, quod per accidẽs illis applicari non poteſt. r qui tamen vſu rationis præditus eſt, ſemper habet oblata omnibus, & præparatã quantum eſt ex parte Dei auxilia, quibus præuentus ſi faciens totum quod eſt in ſe, bene vteretur, impetraret donum contritionis & gratiam, qua ſemper ſaluari poteſt. s quam conſtantem veritatem, ſine

can.5.ſeſſ.14.c.2.fin.c.Maiores de baptiſmo. Aug. epiſt.23.lib.6.hypognoſt.Diony.ca.vlt.eccle.hier. Cypri.lib.3.epiſt.8.Bed.lib.1.in cant.Bern.ſer.66. cant.vide Bellar.de bapt.c.4.& 8.& Caie.fauet hæreticis dicentibus filium fidelium iuſtorum ſaluari ob meritum parentũ.cõtra quos ſupra.cap.21. §.2. quare Pius. 5. in impreſsione Rom. fecit auferre eam ſent. Caiet. h Auguſt. epiſto. 57. quæſt.2. Bona.d.6.q.1. ibi D.Tho. quæſt.1. Viguer.ca.25. §.2.verſ.3. D.Thom.q. 68.art.11. Soto.diſt.5. art.11. Ledeſ.quæſt.9. art.11.Nauar. libr. de orat. Cartagen. Palac. diſt. 4. q.5. & multi ex ſup. citatis (cont.Caie. art.11.Gerſon.Tilman.& Thom.Eliſium) & Pius V.in partibus D. Thom. Romæ impreſsis ſubtraxit id dictum Caietan. alias ſi olim aut etiam nunc in vtero matris iuſtificaretur puer, non celebraret eccleſia quaſi rarum miraculum, quod B. Virgo & Ioan. Baptiſt. ex priuileg.ſanctificati fuerint intra vterum. quod tamen exaltat Auguſt. epiſto. 57.D.Thom.3.par.quæſt.27.art.3. Caniſi. libr.1. Marial.c.9.& li.1.de Baptiſta c.1. i ex Patribus citatis D.Thom.quæſt.68.art.11. Augu. epiſt.57. Fulgent.de fide ad Petrum.cap.27.Soto. Ledeſm. art.11. k Aug.6.contra Iulian. cap. 5.&.6. c. ſi quidquid.cap. ſi ad matris. cap. qui in maternis. de conſ.d.4.concil.Neocæſarien.can. 6. Soto cum D.Thom.art.11.Ledeſ quæſt.9.art.11. vt nec ſatis eſt hominem corio incluſum baptizare, Gabr. diſt.4.quæſt.2.Syl.baptiſmus.4.§.1. dicit eſſe ſententiam omnium. l D.Thom. art. 11.ad.2.vbi Soto.Ledeſ.infantem eſſe partem matris per colligationem vt probant medici &.1.p.quæſt. 113.5. ad. 3. hac ratione ait vnum eſſe Angelũ cuſtodem talis pueri & matris: nec dari proprium quo vſque naſcatur ex vtero. m quia Iacob.5. requirit vt infirmetur. vt affirmant omnes Theolog. diſt. 23. n vt bene deducit D.Thom. diſt 6.quæſt.1.2.2. ad.3.Soto.diſt.5.q.vnic.art.2.vide.diſt.2.q. 1. a.3 Ledeſ.q.9. art. 2. quanuis Caſtro verb.baptiſ.hær. 9.dicat remedium legis naturæ fuiſſe quidem facilius & vniuerſalius, quam nunc ſit baptiſmus: & tamẽ excellit baptiſmus, quia eſt maioris virtutis. o in id.1.Timot.2.vult omnes ſaluos fieri voluntate ſigni & antecedente, ſeu in cauſa Ambro. D. Thom.Caiet.idem Scholaſt.intendunt.1.d.46.vbi Scot.Okam.& ſane, Gregor.arim. q. 1. D. Thom. 1.par.q.19. artic.6.alij. Patres ſic Diony.cap. 1.eccle.hierar. Deum cõparat ſoli, qui de ſe illuminat omnem hominem vt dicitur Ioã. 1.Dam.lib. 2.ca.29. At Augu.epiſt. 107. enchyr.c.103. de prædeſt. Sancto. cap. 8. libr. 6. hypognoſt. (quem ſequitur Anſel. 1.Tim. 2.& Diuus Thom.) per diſtributionem accommodam: omnes qui ſaluantur, nõ niſi volũtate Dei tanquam cauſa, ſaluos fieri. Noſter Ludou.molina in concord.ad.1.p.q.19. art.6. dub.1. p vt probat D.Thom.1.p.q.23.art.2.& paſsim Aug. q vt dictum eſt.c.8.Soto.d. 5. art. 2.col.8. r ſic Greg.Arim.1.diſt.46.quæſt.1.ad 3.ait. Deus de ſe in communi confert ſufficiens remedium prædicationis, inſpirationis & ſacramentorum: quod curat per miniſtros vt ad omnes deueniat. per accidens autem eſt, quod de facto ad quoſdam non perueniat, qui ignorantes fidem, aũt qui ſacramenta recipere non potentes damnantũr pro peccatis præteritis, quæ ſibi non ſunt remiſſa. & ſatis eſt iſtos etiam pueros in Adam potuiſſe vitare peccatum naturæ, in quo fuit voluntarium: & ſic pueris imputatur verum peccatum, quod formaliter in ſe habet vnuſquiſq; proprium vt ait Triden.ſeſſ.5. s D.Th.3.p. quæſt.86.1. Soto.1.de natura & gratia.ca.18.&.diſt.15.quæſt. 1.5.Ledeſ.1.part.quæſt.27.1.fra.Med. 1 2.quæſt. 109.art.10.dub.1 ad.3.& dub.2.Cartag. de prædeſt.diſcurſu. 8.Vega, libr.13. in Trident. cap. 9. 12. 13. 23. lib.15. cap.25. Caſtro verb.peccatum hær.6.Natal.Beda.contra Fabium prop.39.Sixtus lib.6.biblio. cap.28.59.Medin. C. de pœnitentia. trac.1.q.11.Ferrar.3.cont.Gen.c. 159. Dried.de captiuitate & redemptione, tract.5.Altiſ.lib.3.tracta.12.cap.1.quæſt.5.Alexand.2.part. quæſt. 124. m.8.&.3.part.quæſt.68.m.3.&.4. part. quæſt. 17. m.2.& hi citant multos Patres. tandem Auguſt. 1. retract.

cauſa quidam autores videntur negare. t

4 Soli martyrio quo pręgnans ſimul cum prole occiditur in odium Chriſti & fidei, dedit Chriſtus priuilegium vt proſit puero etiam intra vterum matris. u nec inconuenit vt huic baptiſmi vicario, (includit enim baptiſmũ, in voto) Chriſtus dederit maius priuilegium, x quàm principali baptiſmo, cuius eſt vicarius: quia baptiſmus ſanguinis attingit infantem in vtero, quẽ non attingit baptiſmus aquæ. y ſolum vero martyrium in pueris, includit baptiſmum non in voto proprio, ſed in voto eccleſiæ, & in virtute & priuilegio Chriſti, quod votum non ſupplent parentum preces & oblationes, z vt dictũ eſt.

## CAP. XXIII.

### Pro baptiſmo recipiendo quando liceat data pecunia redimere vexationem.

*§.1. Licet emere aquam pro paruuli neceſſario baptiſmo, & redimere vexationem.*
*2 Quia eſt defenſio.*
*3 Aliquando idem licet pro adultis.*

PAter habet pro infante ſuo moriente ſummum ius a in baptiſmum procurandum, ne infans pereat irreparabiliter. quod ſi iniquus pro infante morti proximo nollet gratis dare aquam neceſſariã, licebit pro paruulo aquam emere, quanuis ſanctificata eſſet. b baptiſmus vero valet ſine aquæ ſanctificatione c 2. ſi pater pueri eſſet mutus, vel ſine manibus, aut neſciret formam baptiſmi, nec haberet aquam: & improbus miniſter nol-

dixit vngi caput. loquitur de vnctione quæ fit poſt baptiſmum, Bellarm. cap. 9. fin. [d] Cyrill. catech. 3. Bellarmi. capit. 9. fin. [e] quia confirmatio eſt vna ex forma, vt vnum baptiſma: colligitur ex concil. Florent. & vſu eccleſiæ. cap. ad abolendam de hæret. f D. Thom. artic. 4. Ledeſ. Victor. §. 4. Soto. art. 3. Aſten. artic. 4. Hoſi. capit. 38. Caniſi. capit. 4. Alan. Sonnius. Taper. artic. 12. Bartol. Ledeſ. difficul. 4. Tabien. §. 3. cap. presbyteris. capit. Spiritus ſanctus, cum ſequent. conſecrat. diſtin. 5. cap. 1. de ſacramen. non iteran. cap. vnic. de ſacra vnctio. Innocen. I. epiſto. 1. cap. 3. dicit, verba dicere non poſſum, ne prodere videar. g D. Thom. quæſt. 64. 2. ſup. de ſacram. cap. 3. Soto. d. 1. quæſt. 5. artic. 2. [h] Sylueſt. PP. (tom. 1. concil. in Edicto Conſtant. & refert Platin. & Illeſcas.) his verbis vſus eſt, ſignet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine P. F. SS. in conſignationem fidei. At hi non referunt totam formam, ſed hiſtoriam. Alcuin. diuin. offic. capit. de Sabbatho ſancto, ait, Papa dicit orationem qua petit, vt Deus det ſeptiformem ſpiritum, & illos conſignet ſigno Chriſti in vitam æternam. deinde facta cum pollice cruce in frontibus eorum, quos confirmat, dicit: in nomine P. & F. SS. pax tibi. idem refert Durand. lib. 1. rationalis cap. 84. Amalar. de eccleſ. offic. cap. 27. & Ambroſi. 2. ſacram. cap. vlti. dicunt, poſt orationem per modum deprecationis epiſcopus confirmat: quia Act. 8. orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum. & quidam aiunt ſatis eſſe eam formam per modum deprecationis, quæ indicet effectum dari à Deo: quaſi homo confirmans non dicatur dare Spiritum ſanctum, quia vt ait D. Thom. 1. part. q. 43. art. 8. cum Auguſt. homo non dat Spiritum ſan-

ctum. At plus requiritur, vt ſtatim dicetur

i Pontifical. Roman. concil. Florent. Diuus Thomas, artic. 4. Soto. Ledeſ. Victor. §. 43. Nauar. cap. 22. num. 8. Hoſi. cap. 38. Caniſi. ca. 3. Pius. V. conc. Colonien. & colligitur ex Ambr. de ijs qui myſterijs init. capit. 7. & lib. 1. de Spiritu ſancto. capit. 6. At ordo Rom. in officio ſabbathi Sancti dicit ſic epiſcopus orat, ſigna eos domine ſigno crucis deinde tangens pollice frontem dicit, ego te confirmo in nomine. P. &cæt. imò Alcuin. refert Papam pauciora verba dicere. alij dicunt confir

ſunt tota eſſentia formę, vbi expreſſa inuocatio Trinitatis ſub proprijs nominibus relatiuis eſt non minus de neceſsitate formæ, [i] quam in baptiſmo: quia confirmatio dicitur à Patribus complementum quoddam baptiſmi, vt cap. 1. dictum eſt: & confirmatur ad profitendũ primũ & præcipuum myſteriũ fidei de Trinita. recte vocatur ab effectu chriſma ſalutis: licet hæretici irrideant.

5 Satis videtur vt in baptiſmo Græcorum, pro forma: confirmetur ſeruus Chriſti: vel, confirmet te Deus: &cæt. vt colligitur. 2. Corinth. 1. [k] dubia eſſet forma, cõfirmo te in nomine Patris, &c. quæ habetur in antiquiſsimo Ordine Rom. [l] ſed B. Ambroſ. & Amalar. ſup. qui exprimunt longiorem tantum deprecationem: prudenter

mo te chriſmate ſanctificationis. vnde falſo Angel. confirmat. §. 9. negat probari formam. Bellar. de confirmatio. non eſt mirandum, ſi Patres iuſtis de cauſis, in hoc non exprimant integram formam.

k in id. 2. Corinthio. 1. Theodoretus & Anſelmus, & ex eo loco probat Ambroſius de his qui myſterijs init. capit. ſeptimo. Bellarmin. cap. octauo qui confirmat, vnxit, ſignauit, & dedit pignus ſpiritus. vbi confirmat, denotat formam: vnxit, materiam: ſignauit effectum characteris: dedit pignus ſpiritus, denotat effectum caritatis, qua datur Spiritus ſanctus iuſto, Roman. 5. caritas Dei diffuſa eſt. ſic. 1. Ioannes. 2. & vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. in quem locum Auguſtinus tracta. 3. Cyrillus catech. 3. Bellarmin. capite octauo, probat confirmationem. ſic olim Exod. 30. ſacerdotes & tabernaculum vngebantur oleo, cum mixtione ſtactis & balſami. quod fuiſſe figuram noſtri chriſmatis, ait Cyprian. ſermo. de vnctio. chriſma. Petrus Damianus. ſermo. 1. dedicat. & huc alludit Dionyſius. capit. 4. eccleſ. hierar. dicens, ſumptum à Iudæis, nempe in figura. Tertul. lib. de bapt. ait chriſma ſumptũ ex veteri diſciplina. Bellar. c. 8. D. Tho. d. 7. q. 1. a. 1. q. 1. ad. 3. Berg. in concord. §. 382. & tamen nullum ſacramentum vet. leg. Reſp. confirmationi, quia Heb. 7. nihil ad perfectum adduxit lex. D. Thom. quæſt. 65. 1. ad. 4. q. 72. 1. ad. 2. & 2. 2. q. 102. 5. ad. 3. Soto. d. 1. q. 6. 1. ad. 4. Ledeſ. quæſt. 6. art. 1. & quidam Doctores. 4. diſt. 2.

l Bellarmi. cap. 10. putat eam formam ſufficere. ſed ſane dubia videtur: quia in ea non explicatur materia vnctionis

m Bellar.



m Bellarm. cap. 10. cum Dionyſ. cap. vlti. eccleſ. hierar. Innocen. 1. epiſto. 1. cap. 3. ſic. Magiſt. diſt. 7. tacuit dicens formam eſſe verba, quibus epiſcopi vbique vtuntur. [n] communis Docto. lib. de ſacram. cap. 8. retinetur in Eccleſia Romana, cuius rei quia neſcitur principium habuiſſet ab vllo concil. aut Pontifi. conſtat eſſe à Chriſto per traditionem Apoſtolorum: ex regula Augu. 4. de bapt. cap. 24.

o communis D. Thomas, art. 4. Sot. Ledeſ. Alexand. q. 24. mem. 2. artic. 2. §. 2. Palud. quæſtio. 1. num. 24. Scot. princ. Gabrie. artic. 1. ad med. Bonauent. art. 1. quæſt. 1. ad vlti. Richard. artic. 1. quęſtio. 2. & ſignificat Ambroſ. de his qui myſter. init. ca. 7. & vtrumque verbum ponit concil. Florent. & Pontificale nouum.

P eſſe de neceſsitate formæ, vt ſenſus his verbis fiat expreſsior, habet vſus eccleſiæ concil. Florent. D. Thom. & Doct. cit. Gabriel. refert quoſdam pro voce ſalutis dicere ſanctificationis. Gerſon. ſic ait: firmo te ſigno crucis & chriſmate ſalutis. [q] Hoſi. cap. 38.

[r] d. eſt lib. de ſacrament. cap. 8. Diuus Thomas, quæſtio. 60. artic. 7. & 8. Soto. diſtinct. 1. quæſtio. 1. artic. 7. & 8. [s] Soto. & ſic vocant quidam ex Patribus cit. §. 3. C.

occultant formam. vt olim propter vitandam infideliũ irriſionem Beatus Dionyſius, & Innocentius. I. ſcribunt eſſe formas occultandas. m

6 Exprimitur de neceſsitate formæ actus miniſtri, & perſona, quæ confirmatur, dum dicitur conſigno te. [n] vt in baptiſmo dictum eſt requiri. duplicatur verbum conſigno & confirmo, quod pertinet ad ſubſtantiam, [o] & diuerſa ſignificant: nempe conſigno ſigno crucis (quod eſt de neceſsitate ſacramenti) & confirmo, ſignificat vnctionem chriſmatis, & effectum. In voce ſalutis, & ſequentibus, quæ non tantum ſunt de præcepto, ſed videntur de neceſsitate formæ, [p] ſatis includitur id, quod quidam addunt. [q] vt repLearis Spiritu ſancto, & habeas vitam æternam.

7 Si fiat mutatio quæ non variat ſenſum, nihil nocet: [r] vt corroboro te, & confirmo vnguento vel oleo ſanctificationis. [s] cauẽda tamen eſt ea verborum mutatio, additio aut tranſpoſitio, quæ ſenſum mutat.

## C A P. III.

### Ritus circa confirmationem, & in confectione chriſmatis.

*§. 1. Epiſcopus ſalutat. S. chriſma. frõs ligatur vitta.*

C A P. III.

a Trident. a ſeſsio. 7. de ſacrament. cano. 14. D. eſt de ſacram. capit. 11. Caniſi. cap. 5. Pius. V. in catech. D. Thomas, art. 12. Soto. Ledeſ. quæſt. 13. V valdenſ. tom. 3. de ſacramental. tit. 6. c.

56. Ploue. 2. part. de ſacramen. cap. 2. ſummiſtæ verbo. confirmatio. Bellarm. de confirmat. cap. 13.

b ſalutat chriſma per onomatopœiam. i. ſictionem perſonæ Martin. lib. 1. hypot. ca. 3. lib. 7. ca. 1.

c Bellarmin. lib. 2. de imagi. ſanctor. cap. 21. 22.

*2 Induitur albis, tempus, alapa, cereus.*

*3 Suſceptor.*

*4 Contrahitur cognatio.*

RItus pij, quanuis eſſentiales non ſint, ſed ad ornatum, & ſolennitatem, ſeruandi ſunt [a] in confectione ſacri vnguenti, in qua tamen aliqua benedictio epiſcopi cum quibuſdam orationibus eſt de neceſsitate materiæ: ſicut & mixtio balſami cum oleo, ſup. cap. 2. §. 2. epiſcopus ſalutat ſanctum chriſma, [b] vt ſalutamus ſanctam crucem, quæ inanimata eſt. [c] adeſſe debet ſuſceptor. deinde recitantur variæ preces cum manus impoſitione ſuper caput. 3. frons ligatur vitta, & ſiccatur vnctio, ac poſtea abluitur. alicubi mos eſt geſtare vittam per tres aut. 7. dies vt cap. 2. §. 3. dictum eſt. 4. olim à ieiunis ſumebatur confirmatio. [d]

2 Olim poſt baptiſmum veſte alba indutum deferebant ad Pontificem vt ſtatim confirmaret. [e] & tempus idem erat in duplici paſcha, [f] in quo confirmatio & baptiſmus ſolennis conferebatur. nunc hæc non ſunt in vſu. impingitur alapa in ſignum roboris, & patientiæ contra iniurias, offertur cereus: [g] quæ tamen ſi omittantur, non eſſet peccatum. [h]

3 Suſceptor tãquam pædagogus [i] ijs qui habentur quaſi modo geniti,

de confirmatione. capit. 13. D. Thomas. 3. part. quæſtio. 25. 4.

d capit. vt ieiuni. cap. vt epiſcopi. de conſecr. diſtinct. 5. ſummiſ. verbo. confirmat. Bellarmin. ca. 13. ſed iam conſuetudo habet, vt confirment poſt prandiũ. Paludan. diſtinctione. 7. q. 3. artic. 2. Soto. artic. 8. col. 5. Ploue. 2. parte. cap. 2. Angel. confir. §. 6. Sylue. §. 5. Tabie. fin.

e cateche. Pij. V. cum Dionyſ. capit. 2. Augu. de eccleſiaſt. dogma. capit. 52. & tract. 6. in epiſto. Ioan. col. 6. Amphiloch. in vita Baſil. Bellarm. de confir. cap. 8. & 13. libr. 2. de ſacrament. cap. 27. col. 6. Cyril. & alij. Armach. libr. 11. cap. 4. V valden. tom. 2. ſacrament. capite. 140. tom. 3. de ſacramental. capit. 55. ſi tamen epiſcopus eſſet abſens, dabatur adultis baptizatis ſtatim communio ante confirmationem.

f Diuus Thomas, artic. 12. Soto. Ledeſ. artic. 12. ſup. de baptiſmo. cap. 4. §. 6.

g Bellarmi. cap. 13. Soto, & qui ſcribunt de offic. diuin. [h] Soto. artic. 1. 2. Ledeſ. & Recent. vide Caniſi. cap. 5. fin.

i cap. ſi quis cap. de his. 30. quæſtio. 1. cap. ſi quis ex vnó. 30. quæſt. 4. cap. in catechiſmo. de conſecra. diſtinct. 4. Diuus Thomas, quæſt. 72. 10. Soto. Ledeſ. ſup. de bapt. cap. 14.

k debet eſſe vnus. [k] & diuerſus à ſuſceptore baptiſmi, niſi neceſsitas vrgeat, [l] & eſt de præcepto eccleſiæ,non tam vt inſtruat, [m] quàm propter ſignificationem propriam. quod ſi ſuſceptor confirmatus non eſſet, non eſt admittendus: [n] & non contraheret ſpiritualem cognationem [o] cum puero, aut pueri parentibus.

4 Hæc cognatio ſimiliter contracta eſt ad filiationem, paternitatem, & compaternitatem,ſicut in baptiſmo ſublata fraternitate, p & reliquis huius cognationis antiquis impedimentis. nec religioſo licet vt fiat patrinus. q ſi vir tanquam ſuſceptor teneat in confirmatione filium, aut vxorem, niſi inuincibili ignorantia excuſetur, peccat:nec ei licet exigere ab vxore: [r] nulla enim neceſsitas cogit, vt hic fiat ſuſceptor: quæ tamen obligat vt pater morientem filium baptizet, nec ideo priuetur iure exigendi debitum ab vxore: [s] quia impletio pręcepti diuini in neceſsitate, non debet priuare iure quęſito.

k Leo.ca.non plures de conſ.d.4.D.Tho.art.10. Soto.Ledeſ.Ploue.c.2.Angel.§.11.Sylu.§.5.verſ. 6.quod confirmat Triden.ieſſ.24.de matrimonio. ca.2.Nauar.ca.22.num.36.& ſequent.Doct.d.42. vbi D.Thom.Dur.Soto.q.vnic.ar.2.Specul.1.p.a. 22. Couar. 2.p.ſponſal. ca.6.§.4. Perez.l. 1. tit. 2. li. 5.ord. p.96.

l dict. cap. in catechiſmo.de conſecr. diſt. 4.

m quia nullo iure exprimitur, niſi de patrino baptiſmi quod teneatur inſtituere filios ſpirituales.

n Soto.ar. 10.putat peccare mor. & Recent.id colligũt ex D.Thom. a. 10. quia eſt de præcepto eccleſiæ, vt patrinus cõfirmationis ſit confirmatus.

o expreſſe habetur ca. in Baptiſmate.de conſe. diſt.4. quod aduertit Aſten. tit. 7. artic.8.Syl.confir.§.6.Tabien.§.7.Victor.§.46. cont.Pan.& Sotum diſt.42.quæſt.1.artic.3.

p Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.2.Couar.ſup.Nau.ca. 22.nu.36.ſpecul.coniug.in append. q cap.non licet.conſecra.diſt.4.cap.placuit.16.quæſt.1.Soto. ar.10.Syluest.Tabien.Angel. r cap.ad limina. 30.quæſt.1.colligitur ex Nauar.cap.22.nu.40.facit.ca.16.nu.34.fin.contra Sotum.diſt.42.artic.1.

s Nauar.c.22.n.40.per.d.c.ad limina.Soto.d.42 art.1.col.3.& d.37.a.1.Victor.§.288.D.Th. add. q.56.a.1.Dur.Palu.& commu.d.42.Caſtro.lib. 2. leg. pœn.c.14.ſpecul.cõiug.1.p.a.26.&.a.57.con. 5.& Recent.Mant.F. Ambro. Gallo. ſic per ignorantiam aut bonam fidem excuſatus à certa ſpecie culpæ, ob quam imponitur excommunicatio, ſuſpenſio aut pœna irregul. hic ex conſequenti excuſatur à prædictis pœnis, vt probat Nauar.cap.27. num.27.155.246.Couar.& communis.

# C A P. IIII.

## Effectus.

*§.1. Iuuat gratiam baptiſmi: dat gratiam etiam ſacramentalem: interdum attritum iuſtificat.*

*2 Dat characterem. explicatur D. Auguſt. iterans confirm. non fit irregul.*

*3 Qualis potentia ſit hic character.*

COnfirmatio dicitur à Patribus complementum baptiſmi, a non quaſi baptiſmum iuuet ad tollendum peccatum originale: b ſed quia ad fidem (cuius ſacramentum dicitur baptiſmus) proteſtãdam dat robur. effectus pręcipuus eſt augmentum gratiæ. c idque maius, quàm in baptiſmo, d ſi præciſè comparentur: quia eſt perfectius ſacramentum. generatio enim dat minorem quantitatem infanti, quam ſolet augmentatio,qua fit perfectus vir. Deinde datur gratia ſacramentalis, [e] quæ eſt ſpeciale auxilium præparatum diuinæ aſſiſtentiæ, & robur, quo iuuatur, vt intrepide fidem confiteatur coram tyranno. 3. confert aliquando primam gratiam f ei, qui bona fide reputat ſe contritum, cum ſit attritus tantum.

2. Confert indelebilẽ characterẽ g ob quẽ iterari non poteſt. ſupponit characterem baptiſmi: h & re differt ab illo. i manus impoſitio,quã D.Auguſt.lib.3.de bapt.dicit iterabilem, non intelligitur hæc confirmatio, ſed reconciliatio pœnitentis [k] quam in Oriente ſolitam fieri cum vnctione quadam chriſmatis refert idem Auguſt. 5. de baptiſ. cap.23.vt dictum eſt ſup. libr. de ſacram.c.11.& ipſe Auguſt.lib.2. contra lit.Petil.cap. 104. ſacram.confirmationis agnoſcit iterari non poſſe. qui de facto iterat miniſtrando aut ſuſcipiendo confirmationẽ peccat,ſed non fit irregularis: [l] cum ea pœna expreſſa non ſit in iure,niſi dẽ iterante baptiſmum. m reconfirmans tamen incurrit aliam pœnam. n

3 Hic character eſt potentia potius paſſiua: [o] eſt enim impreſſus à Deo tanquam ſignaculum ſpirituale. P vt ſit miles ad pugnã deſignatus, cum morali poteſtate, & tamen dicitur actiua poteſtas [q] in ordine ad ſuos actus, quos confirmatus habet. effectus etiam confirmationis eſt cognatio ſpiritualis: ſup.cap.3.§.4.

C A P. IIII.

ab SVp. a cit.cap.1.H. [b] communis contra Raimun.Lulum, quem in hoc damnauit Greg. Pap. XII. vt habetur in direct. inquiſit. & refert Palac.diſt.7.quæſt.3. c D.Thom.artic.7.& Patres citati.capit. 1. H. dum aiunt conferre perfectionem quandam baptiſmi, & plenitudinem Spiritus ſancti. & generaliter.d.eſt lib.de ſacram. capit. 12.Soto.artic. 7. Ledeſ. Caniſi. cap. 4. cum Auguſt. 15. Trin. capit. 26. Pacian. de bapt. & epiſt.1.concil. Floren. & Tridenti ſeſſ.7.de ſacram. cano. 6.de confir. cano. 2. ait chriſma habere virtutem aliquã ſanctificandi: quod ait Cyril.catecheche.3.quem laudat concil.Conſtantinop. epiſt. ad Damaſ. apud Theodoret.5. hiſto. capit.9. Bellarm. de confirmat. cap.11. cap. Spiritus ſanctus. ca. nouiſsime. de conſecr. diſtinct. 5.omnes Docto. d.7.vbi Paludan.Summiſtæ verbo.confirm. [d] Magiſt. diſtin.7.cap.2.colligit ex Actor. 8. nondum enim in quenquam illorum venerat,ſed baptizati tantum erant. ſignificat Hierony. dialog. contra Lucifer. Melchiad.& alij Patres.cit.ca.1.H.Diuus Thomas, quæſtio.65.3. Soto.diſtinct.1.quæſt.6.artic.3.Ledeſ.quæſtio.6.art.3. e libr.de ſacram.capit.12. §.5.Diuus Thomas.artic.7. ad. 3. Magiſt. & communis Palac.quæſt.1.ſed eam gratiam ſacramentalem.Hoſi.inſtit.cap. 38. cum Raban. putat eſſe, vt prædicet,nempe intrepide coram tyranno. f de ſacram.cap.12.D.Thom.art.7. ad. 2. & colligitur generaliter ex con.Triden. ſeſſ.7.de ſacram.cano. 6.& ſequent.& de euchariſtia dicetur infr.

g Trident.ſeſſ.7. de ſacram. can.9. ſeſſ.23.capit. 4.ſup.lib.de bapt.cap.12.cap.dictum.conſecra.diſt. 5.quod nõ eſt ex cõc.Tarracon.ſed Cabil.2.c.27. D.Thom.ar.5.Soto.Ledeſ. Aſten.a.5.Tabien.§.4. conc.Tolet.8.c.7.Greg.3.epiſt.ad Boniſ. Greg. 2. ca.de hiſtor.c.de homine.de conſ.d.5.Cypr.ſer. de ablutione pedum. Auguſt.2.contra lite.Petil. cap





104.Raban.1.de inſtitutione cleric.c.30.Amalar. lib.1.ca.27.& id probatur ex illo Hebr. 6.non rurſus renouantes: impoſitionem quoque manuum quod de confirm.ibi exponunt Chryſoſt. Theodoret.Theophyl.Anſel.& alij.Bellar.de confirm. ca. 11.

h D. Thom. art. 6.Soto. Ledeſ.& colligitur exc. c. 1. &.3.de presby. non bapt. quia baptiſ. eſt ianua ſacramentorũ vt dictum eſt. lib. de bapt. c.2.B. Quidam putant qđ cũ Cornel. Actor. 10. refertur ante baptiſmũ habuiſſe Spiritum ſanctũ: diſpẽſatum eſt vt prius reciperet confirmationis effectum, quã baptiſmum. vt ait ibi Bed. & diſpenſatũ eſſe cum paucis alijs,de quibus videtur loqui Nazianze. ora. 24. quæ eſt. 4.ſuæ Theologiæ. idem Auguſt.lib.2.contra epiſt.Parmen.c.15.lib.2.contra epiſt.Petil.cap.35.& admittit.D.Thom. art.2. ad.1.art.4.ad.1.art.6.ad.1.d.7.q.1.2.1.ad.2.&.3. & multi Doct.d.7. ſic quidam putant diſpenſatum de extrema vnctione ante baptiſmum, de qua aiũt loqui Marc. 6. & de euchariſtia ante baptiſmum data Apoſtolis in cœna probabile putat cũ Chryſoſt.D.Thom.quæſt.73.5.ad.4.at non oportet ſine certa autoritate & neceſſitate admittere prædictas diſpenſationes.ſed Cornel. per contritionem cum baptiſmo in voto receperat Spiritum ſanctum.

i D.Thom.art.5.Soto.Ledeſ.Palac.q.3. Gabrie. art.1.dub.4.cont. Altiſ.tract.4.nam conc.Triden. ſeſſ.7.de ſacram.can.9. & Patres numerãt.3.characteres imprimi per tria ſacramẽta. imo & characteres.7.ordinum differunt re, vt probat D.Th. add. quæſt.35.5. *k* Auguſt. 3. de bapt.cap. 16.apud Grat.ca.Ariani.1.q.1.vbi Grat.negat.loqui de ſacramento.eſt difficilis locus.Bellar.de confir. ca.7. Vvald.to.2.ſacram.ca.115.Petr.Sot.tit. de confir. lec.1.verum eſt quod ibid. Aug. miſcet ſermonem de ſacramento confir.& loquitur æquiuoce de manus impoſitione. l ſup.libr.de bapt.cap.31.D.Tho.ſentit.q.72.5.Soto.Ledeſ.q.13.5. Scot. d. 7. q.5.Gabr.q.vni.Palud.q.3.Ant.3.p.tit.14.c.14.§. 4.Turrecr.ca.dictum,de conſ.d.5. vbi tamen imponitur recõfirmãti alia pœna. Caſtro. 1. leg. pœna. ca.7. docu.3.Couar. clem. ſi furioſus. 1. p.princ. nu. 8.Sylu. Armil. & facit Dueñas regu.287.omnes Recent.

m Soto.a. 5.bene probat, quod non militat eadẽ ratio. n poſita eſt pœna. dict. cap.dictum. de conſecr. d. 4. vt clericus.l.regulatis qui iterat mancipetur diuino cultui. quod Grat. falſo citat ex cõc. Tarracon. ſed habetur in Cabilonen. 2.c.27. vid. emend. Gregor.13.

o libr. de bapt.ca. 12.§.4. P D.Tho.q.63.ar.6.Vuald.c. 9.& in id Epheſ.1.ſignati ſpiritu promiſsionis ſancto.Ambr.& q Anſel.idem Ambr.3. ſacram.c.2. Cyprian.ſerm.de ablut.pedum.

# C A P. V.

## De ſubiecto & illius diſpoſitione.

*§.1. Datur etiam pueris.*

*2 Expedit non conferre ante ſeptẽnium.*

*3 Datur phreneticis, & amentibus.*

*4 Datur in fronte.*

*5 Requiritur intentio & quædam diſpoſitio.*

*6 Non requiritur præmitti confeſſionem aut ieiunium. recipitur ante ordines.*

REcipere non poſſunt confirmationem, niſi baptizati. a datur pueris [b] ſine propria voluntate & diſpoſitione. Nam in ſignum confirmationis Chriſtus Matth. 19. n impoſuit pueris manus ſup.cap.1.§. 1. augeturque eis robur gratiæ non otioſè,ſed qua ſuo tẽpore poſt vſum rationis bene vtantur.& olim vt. c. 3.§.1. dictum eſt, Epiſcopus ſtatim poſt baptiſmum infantes confirmabat chriſmate in fronte, [c] & nunc decenter poteſt,& ſolet infantibus dari propter honeſtas cauſas. [d]

2 Magis tamen expedit vt puer confirmetur illuſcente rationis vſu, vt poſt ſeptennium [e] (in quo & ordines minores dantur, & ſponſalia fiunt) quando gratia ſacramentali vti poteſt, & confiteri fidem,& meminiſſe admonitionis

C A P. V.

D.Tho. [a] q.72.art.8.Palu.Soto.Ledeſ.Victor. Aſten.a.7.Syl.confir.§.4.Tabien.§.6. c. omnes fideles.conſ.d.5.ſup.c.4.H. [b] D. Th.a.8. Sot.Ledeſ.quia & auget gratiã,vt baptiſmus cuius dicitur cõplementũ:& dat robur pro adulta ętate. [c] quod Greg.1.cap.presbyt.prohibuit presbyteris.dictum eſt de ſacra.c.11.§.5. [d] Soto.a.8. vt quia epiſcopus rarius viſitat ea oppida remotiora: aut quia eſt filius principis.& in art.mortis liceret ſup.ca.1.M. [e] Gloſ.cap.vt ieiuni. de conſ. d. 5. (vbi tamen text.id non probat)dicit quod. 12.anno eſt confirmandus.Marſil.q.5.a.4.dub. 2. At ſatis eſt ſeptennium, catech.Pij.V.conc. Colonienſ. de adminiſtratione ſacramentorũ.c.9.Palu.d. 7.q. 4.Soto.a.8.per bonas rationes.Ledeſ.q.13.Barto. Ledeſ.diffic.7.Victor.§.44.Syluest. confirm. §.4.

& alapæ, & ne per incuriam iterum confirmetur. nec vltra decimum quartum annum f eſſet differenda confirmatio, vt puero ſeruiat in remedium, antequam aſſueſcat peccatis.

3 Ijs qui poſt rationis vſum inciderunt in furiam aut amentiam habenda eſt ratio vltimi actus quem ſani habuerant. g vt de extrema vnctione & euchariſtia dicetur. quidam dubitant an perpetuo amentibus ſit conferenda. h quaſi otioſe detur ijs qui tali robore nunquam vtentur. At ſane capaces & digni ſunt vt pueri, & ſine obice & irreuerentia recipiunt augmentum gratiæ: licet videantur reſiſtere: vt ca. 13. dicetur.

4 In fronte ſit vnctio chriſmatis i de neceſsitate ſacramenti. i vt moneatur ſuſcepiſſe ſignum ſub vexillo Chriſti imperatoris, ne erubeſcat aut metuat ducem ſuum, & eius crucem vbique confiteri. in quo excedit vt ait B. Auguſt. occultum circunciſionis ſignum, de cuius eſſentia erat deſignata pars, quam natura poſt lapſum occultare iubet.

5 Recepturus adultus tenetur habere intentionem, k vt in baptiſmo: & accedere cum diſpoſitione gratiæ, ſaltem vt bona fide ſe putet contritum l cum fide viua quam defenſurus eſt, ne indigne, & ſacrilege ſumat. de quo epiſcopus adultos præmonere debet m antequam miniſtret. ſi cum peccato recipit confirmationem, reuiuiſcit ſemper effectus quantum ad ſacramentalem gratiam auxilij, & augmentum gratiæ quod fuit impeditum redditur remoto obice, vt lib. de ſacram. cap. 25. dictum eſt.

6 Olim tam confirmator quàm qui confirmandus erat, accedebant ieiuni n & præmiſſa confeſsione. o ſed vtrunque de conſilio: mos enim obtinuit vt veſpere poſt prandium conferatur ab epiſcopis: ante ſolam euchariſtiæ ſumptionem eſt in præcepto confeſsio peccatorũ. m. & ieiunium. p ſi confirmationẽ non habet ante ordines, quidam putant perinde irregularem, q ac ſi per ſaltum promotus eſſet. & epiſcopus tenetur id inquirere. r At decet quidem recipi ante ordines: nec tamen ſub graui præcepto, aut irregularitate. s

Tabien. §.6. Antoni. Maiol. 4. de irreg. ca. 24. nu. 8. & forte de hoc exponi poſſunt quidam Patres qui monent differendum eſſe baptiſmum. nempe quantum ad complemẽtum confirmationis. ſic loquitur Nazianze. Chryſoſt. Auguſt. de quibus lib. de baptiſmo. ca. 3. §. 6.

f Soto. ar. 8. & quidam Recent.

g Syl. §. 4. Tabie. §. 6. cũ Palu. & cõmuni. ſup. li. de bapt. cap. 24. ad fi. ſentit plane D. Tho. a. 8. ad 4. quia pueris morituris fatetur eſſe conferendum. vt d. eſt. c. 1. M. cum Hug. & cõmuni Peña & Recẽt. ideo autem pueris differtur, quia expectatur cõmodius tẽpus: quæ ratio ceſſat in amentibus.

h Soto, & Marſil. negant eſſe cõfirmãdos eo quod nunquam egebunt auxilio ſpeciali confirmationis: ſatis vero eſt vt augeatur gratia: ſicut olim etiam euchariſtia dabatur infantibus. vt refert Trident. ſeſſ. 21. cap. 4. ſed ordines ſacri non ſunt pueris cõferendi, imo nec multis adultis: quia requirũt dignitatem quãdam perſonæ.

i D. Tho. art. 9. ſed clarius Scot. Palud. Durand. Gabriel. Soto. artic. 9. Ledeſ. quæſt. 13. Aſten. artic. 8. Bart. Ledeſ. diff. 4. & Canoniſtæ per cap. vnic. de ſacra vnctione, & cap. nunquid. de conſ. d. 5. Inno. 1. Gregor. 1. Auguſt. Pſal. 141. Caniſi. ca. 5. Pius. V. in catech. concil. Florent. At falſo Victor. §. 46. negat frontis locum eſſe de neceſſitate ſacramenti. (hinc Grego. cap. presbyteri: monet ne ſacerdos baptizans vngat frontem infantis ſed verticem) ſic de neceſsitate extremæ vnctionis eſt vngi determinatas quaſdam partes ſenſuum, aut ſenſibus propinquas. quod vero Cyril. catech. 3. ait præter frontem, ſimul vngi alias partes. d. eſt. cap. 2. F. & forte id magis pertinebat ad ritum baptiſmi, cum quo ſtatim ſolebat adhiberi confirmatio per epiſcopum.

k ſup. de ſacram. cap. 22. Paludan. Tabien. confirm. §. 3.

l D. Thomas, art. 7. ad. 2. Soto. Ledeſ. &. d. eſt de ſacram. cap. 22. atque ita confirmatio interdum confert primam gratiam ſup. cap. 4. F.

m Soto. art. 7. & hunc morem ſeruant epiſcopi: ſed non opus eſt vt accedant probati de hac diſpoſitione per parochum.

n D. Thomas, art. 7. ad 2. concil. Araulian. cap. vt ieiuni, & cap. ſequent. de conſec. diſt. 5. vbi Greg. 13. aduertit id non reperiri in vllo ex multis concil. Araulian. Cypri. ſerm. de vnctio. chriſm. Ambroſ. 3. ſacram. cap. 2. Tabien. §. 9. &. 12. fin. ſed iam vſus ſuſtulit id conſilium: præſertim cum nõ eſſet introductum per concil. notum.

o dict. cap. vt ieiuni. dicit, admoneãtur. Tabien. confir. §. 2. confeſſio. §. 41. Soto, artic. 7. Sylu. §. 5. & communis. vt Trident. ſeſsio. 24. capit. 1. hortatur ad confeſſionem antequam recipiant ſacramentum matrimonij: At falſo Marſil. putat præcipi confeſſionem ante confirmationem.

p D. Thomas, quæſt. 80. art. 8. infr. libr. de euchariſt. cap. 49.

q Maior. libr. 4. de irregul. cap. 3. num. 1. & cap. 12. fin. propter Trident. ſeſsio. 23. cap. 4. Diuus Thomas, diſtinct. 24. quæſt. 1. 2. 4. Tabien. confirmat. §. 2.

r Epiſcopus deberet capere informationem nec credere aſſerẽti etiam cum iuramento ſe eſſe confirmatum Maiol. d. cap. 3. numero. 1. per cap. inter quatuor de cleric. peregrin. Alberic. verb. peregrinus. ſicut nec creditur clerico peregrino dicenti ſe eſſe ordinatum. Alberic. Maiol. lib. 4. cap. 19. num. 5.

s Soto. diſtinctio. 7. artic. 6. &. 8. poſt. 3. concluſionem. diſtin. 24. quæſt. 1. 4. fin. quæſt. 2. art. 1. col. 7. diſt. 25. quæſt. 1. art. 1. col. 6. Ledeſ. quæſt. 13. artic. 6. quæſtione. 37. artic. 4. & Diuus Thomas, addit. quæſtio. 35. artic. 4. Victor §. 232. Nauar. cap. 22. num. 9. fin. cap. 25. num. 68. &. 108. fin. citans Trident. Sylueſt. ordo. 2. §. 1. & Recent. nec epiſcopus in hac re inquirenda, nimius eſſe debet.

CAP



# CAP. VI.

## De miniſtro.

§. 1. *Epiſcopus eſt ordinarius miniſter.*
2 *Etiam hæreticus epiſcopus confirmat.*
3 *Sed cur ordo ab hæretico receptus dicatur irritus.*
4 *Solus Papa committit ſacerdoti confirmare.*
5 *Diacono etiam cardinali non poteſt committi. Philippus Act. 8. non erat Apoſtolus.*
6 *Epiſcopus ne confirmet alienos.*
7 *Intentio miniſtri, de tempore & loco vbi fit chriſma & confirmatio.*

MIniſter ordinarius confirmationis eſt ſolus epiſcopus ordinatus: a quia Act. 8. &. 19. ſoli Apoſtoli b adducuntur vt confirment baptizatos ab inferioribus miniſtris, vtpote quorum officium eſt perficere c & vſus Eccleſiæ declarat id feciſſe non ſecundum ordinẽ ſacerdotalem, in quo eis ſuccedunt presbyteri euchariſtiam conſecrantes, d ſed ſecundum ſupremam ordinis poteſtatem, ratione cuius ſoli epiſcopi dicuntur ſimpliciter ſucceſſores Apoſtolorum: e de quibus Act. 20. f in quo vos poſuit Spiritus ſanctus epiſcopos regere Eccleſiam Dei: vt ſolus poteſt conſecrare chriſma confirmationis. g quod habet quandam virtutem collatiuam gratiæ. ſup. c. 5. ita ſolus ratione characteris epiſcopalis indelebilis poteſt ordinariè ex officio cum tali chriſmate confirmare.

2 De epiſcopo qui rite ordinatus eſt, certum eſt non amittere characterem. h i. ſupremam ordinis poteſtatem, per hoc quod fiat hæreticus. & baptiſmus ab hæretico etiã laico datus cum forma & intentio-

C A P. VI.

DEfinit a Trid. ſeſsio. 7. de confir. can. 3. ſeſ. 24. cap. 4. can. 7. Florent. Hiſpalen. 2. can. 7. Conſtantien. ſeſ. 8. errore. 28. Innoc. 1. epiſt. 1. ad Eugub. c. 3. Damaſ. epiſt. 4. Leo. 1. epiſt. 86. alias 88. & innuit epiſtol. 73. alias. 75. Euſeb. Pap. epiſto. 3. ad fin. ſignificat Clem. lib. 7. conſtitu. Apoſt. c. 16. Dionyſ. eccle. hier. c. 2. p. 2. Torren. 3. confeſ. c. 5. §. 5. probat ex Aug. q. 42. no. teſtam. &. 15. Trinit. cap. 26. Cypr. epiſt. 73. ad Iubaian. D. Tho. q. 72. a. 11. Altiſi. tract. 4. c. 3. Doct diſt. 7. Bonau. art. 1. quæſt. 3. Dur. Palac. q. 4. Soto. a. 11. Ledeſ. q. 13. ar. 11. Victor. Aſten. a. 6. ſummiſtæ confirm. vbi Syl. §. 1. Tabien §. 5. Soteall. §. 3. Bellarm. de confir. c. 12. & omnes catholici, de quibus ſtatim.

b nam Act. 8. poſtquam Philipp. Diaconus baptizauit, miſerunt ad eos Petrum & Ioannẽ, qui erant epiſcopi, & imponebant manus. i. confirmabãt, dabaturq; Spiritus ſanctus in ſigno viſibili. Bed. in Act. 8. ibi Chryſoſt. ho. 18. Epiph. hær. 21. Cypr. epiſt. 73. ad Iubaia. Iſid. 7. etym. c. 12. Vval. c. 114. dicetur inf. §. 4. A.

c Diony. c. 2. ſicut ſupremorum Angelorum officium ait, eſſe perficere inferiores.

d Sic Trid. ſeſ. 23. c. 1. dicit Apoſtolis quãtũ ad officiũ offerẽdi ſacrificiũ ſucceſſores dici ſacerdotes. & ſic quidã Patres interdũ aiũt presbyteros eſſe Apoſt. ſucceſſores. Bell. de cõfir. c. 12. col. 4. & lib. 1. de cleric. c. 15. ex Clem. lib. 2. cõſt. Apoſt. c. 32. Ignat. epiſt. ad Smyrneñ. aliquãdo hi duo Patres aliter loquuntur alibi. nam Clem. c. 30. & Ignat. epiſt. ad Trallian. ſic aiunt, Epiſcopus tenet locum Dei: Presbyter locum Chriſti (nempe in altari) diaconus locum Apoſtolorum. nempe, quia cantant & explicant euangelium, & miniſtrant ſacerdoti: vt Apoſtoli prædicabant euangelium, & miniſtrabant Chriſto, communiter tamen Patres aiunt epiſcopos ſuccedere in locum Apoſtolorum.

e ſic vocat Trident. ſeſsio. 23. c. 4. Anacle. epiſt. 2. c. 2. epiſtol. 3. cap. 1. habet cap. in nouo. 21. d. Clemens epiſt. 1. c. 12. Dam. epiſt. 4. Leo epiſt. 88. Hierony. epiſto. ad Marcellam de erroribus Montani. Aug. in id Pſalm. 44. pro patribus tuis. c. quorum. 68. d. Diony. c. 3. &. 5. eccle. hier. vbi Carthuſienſ. Beda lib. 3. in Luc. c. 15. Torren. lib. 3. confeſ. c. 11. §. 9. Ekius to. 4. ho. 59. Roſen. a. 9. Anto. democar. lib. 3. de ſacrif. altar. c. 4. Caſtro verb. epiſcopus. Turrecrem. 1. ſum. eccle. c. 69. & dicit eſſe communem ſanctorum. Cano li. 6. d' loc. c. 8. ad 10. Sot. lib. 10. iuſt. q. 1. a. 3. diſt. 24. q. 2. 2. Caſſan. catalog. gloriæ mũd. p. 4. conſid. 25. Bertachin. de epiſcop. 1. p. Barbat. de præſtantia Cardin. in princip. Selua de benefi 1. p. q. 4. Duen. regu 72. falle. 1. Ioã. Ocõ. repet. de cleri. non reſidẽte nu. 48. & conc. Floren. Neoceſ. can. 13. Bellar. de confir. c. 12. li. 4. de Rom. Pont. c. 25. & ſecundũ quãdam ſimilitudinem epiſcopus ſuccedit Apoſt. qui vt ſub Chriſto erant. 1. Apoſtoli, deinde. 72. diſcipuli: ita ſub Papa Chriſti vicario ſunt. i. epiſcopi. deinde alij presbyteri. conſtat tñ epiſcopos non ſuccedere in omni poteſtate, aut vniuerſali iuriſdictione Apoſtolorum: vt patet de multis epiſcopis quos adhuc viuentes Apoſt. elegerũt pro ſpeciali diœceſi. at generaliter vnus Papa ſuccedit alteri Papæ, imo & Petro Apoſtolo: quare Papa non dicitur vicarius Petri ſed ſucceſſor. dũ vero in c. ego Ludouic. 63. d. vocatur vicarius Petri. intelligit quaſi Petrus adhuc in ſua ſede viuat & præſideat. Turria. lib. 2. pro epiſt. Pontif. c. 9. Bellar. 2. Rom. Pont. c. 17.

f ex Act 20. colligit Trid. ſup. Sot. d. 24. q. 2. a. 2. Palac. q. 2. Pet. Sot. tit. de ord. lect. 2. Bell li. de cõfir. c. 2.

g ſup. c. 2. §. 3. cõc. Flo. & omnes Patres qui de hac re mentionẽ faciũt. quidã probãt, quia qui iure ordinario põt in finẽ principalẽ (i. cõfirmare) põt & in media neceſſaria: nẽpe cõficere chriſma, ſine quo nõ fit cõfirmatio. At ratio nõ eſt efficax, quia presbyter põt miniſtrare ſacramẽtũ vnctionis, non tñ conſecrare oleũ. porro chriſma & oleũ ſanctũ nõ ſunt numerãda inter ea ſacramẽtalia, quæ eccleſia inſtituit: quia Papa non põt impedire epiſcopum etiã hæreticum ne valide conficiat chriſma: priuare tamen poteſt ne cõficiat ſacramentalia, vt ſunt conſecratio calicis, eccleſiæ, aut virginum, vt probat Caſtro. 2. de iuſt. hær. pun. c. 22. Coua. 1. var. c. 10. nu. 8. Bollo lib. 3. œconom. canonicæ.

h vt character ordinis ſacerdotalis

 eſt

ne eccleſiæ, valet: [i] ſed olim quidam putarunt hæreticum epiſcopũ (præſertim quem eccleſia denuntiatum aut degradatum priuat omni actu quem poteſt) impediri ne efficaciter exerceat actus ordinis, [k] puta ne confirmet, ordinet aut conſecret Euchariſtiam: & quidam Patres [l] dicunt ſacramenta quæ adultus ſponte recipit ab hæretico eſſe inutilia & ſine fructu gratiæ.

3 At conſenſus Theologorum probat errare eos qui negant epiſcopos qui in hęreſim inciderunt, vel in hęreſi ſunt cum vera intentione & forma eccleſiæ ab epiſcopis conſecrati, conficere vera ſacramenta confirmationis euchariſtiæ & ordinis. [m] quãuis ẽps per ſententiã eccleſiæ ſit priuatus & degradatus, quia character & poteſtas ordinis indelebiliter imprimitur autoritate Chriſti, nec in homine mortali & cordato poteſt impediri, [n] quin valide efficiat proprios effectus in ſubiecto diſpoſito. ordo tamen ab hæretico receptus dicitur irritus: [o] quia caret debita & licita executione, cum ſic ordinatus ſit ſuſpenſus. & ſacramenta alia ſic ſponte recepta ab adultis ſunt informia & ſine fructu gratiæ propter indiſpoſitionem recipientium. [p] At ſi confirmatio foret ritus ſacramentalis ab eccleſia inſtitutus, vt fingunt hæretici: [q] aut ſi ordines quidã eſſent quid ſacramentale tantum, vt quidã catholici putãt de minoribus: [r] poſſet eccleſia priuare epiſcopum vſu valido iſtius effectus. [s]

4 Si propria autoritate ſimplex ſacerdos tentet confirmare cum chriſmate vero, nihil faceret: [t] in quo quidam errant. [u] nec Chorepiſcopus id poteſt, [x] nec conſe-

eſt indelebilis: ita noua poteſtas addita epiſcopo cõſecrato (quæ eſt ſupra ordinem ſacerdotalem) pertinet ad poteſtatem ordinis indelebilem. Trid. ſeſ. 23.c.4.can. 7.Caiet.cum D.Thom.2.2.q.184.a.6. add.q.40.ar.4.Ledeſ.q.42.a.4.Soto lib. 10. iuſt. q. 1.1.&.d.24 q.2.art.2.& a.3.ad.2. Caſtro. Epiſcopus Aug. de hæreſ.c. 53. Epiphan. hęr. 75. Vvald. lib. 2. doctrinal. fidei ã. a.3.c. 60.to.2. ſacra.c. 117. Mich. Med. lib.1. de ſacrorum hominum contin.c.6. Turrian. lib. 5. pro epiſt.Põtifical.c. 21. Ayala. 3. p. de tradit. ti. de ordine. Pighi.lib. 2. eccl. hier. c. 9.&. 10. Taper. art. 17. Ioan.arbor.lib.5.Theoph.c.17.Perion.lib.2.topicæ Theolog.ad fin.Sixtus lib.6.biblio.c.324. Martin.lib.6.hypot.in proœm.Torren.lib.3.confeſ. c. 11.§.7.Roſen.a.9.Anto.democar.lib. 3. de ſacrif. altar.c.4.Dueñas regul.72.Bella.de ordine.c.5.hi probant ex Patribus.dum vero Hierony.aliquando ſignificat epiſcopos ſola dignitate & iuriſdictione eſſe ſuperiores ſacerdotibus: eſt pie interpretandus. [i] Trid.ſeſsio.7.de bap.can.4. & probatum eſt de bapt. c.28.contr.B. Cypria. [k] non quod epiſcopus hæreticus amittat characterem, ita vt dũ reconciliatur, indigeat noua cõſecratione: ſed aiũt impediri ab vſu & executione, ſicut ſi fiat amens. Magiſt.d.13.cap.4.& d.25.Guillel. Pariſien.in ſacramental.gloſſ.in.c.accidens.50.d.Grat.c.manus. 1.q.1. probat ex quibuſdam Patribus. [l] ſic dixit ſæpe Cypria.& quidam Patres quos citat Bellar.lib.2.de ſacram.c.26. [m] D.Thom.q. 82. 8. Auguſt.2.cont.Parmen.c.13.probat, quia quando epiſcopus hæreticus reconciliatur cum manus impoſitione non reordinatur. Soto.d.13.q.1.a 8.vbi Albert.a.30.& ſeq.communis.d.25.vbi Alber.a.1. Tarantaſ.Bona.Richar.Scot.Durand.Argen. Antiſiod.quos ſequitur Carthuſ.4.d.5.&.25.q.1.Syl. ordo.3.§.6.concil.Conſtantien.ſeſsio.8. & generaliter D.Thom.3.p.q.64.6.ad.2.&.a.9. in miniſtro ſacramentorum fidem non eſſe neceſſariam, vt valide conficiat. [n] Secus in amente & anima ſeparata: quia non poteſt actu libero & vitali proferre verba vocalia formæ. [o] Grat.c.manus. 1.q. 1.Cypria.lib. 1.epiſt. 12.ad Cornel.Pap.Eraſ. præfat.in Cypria.dicũt, non valere baptiſmum euchariſtiam, ordinem & vnctionem datam ab hæretico: quod exponit D.Thom.quæſt.82.8.ad.1.art. 5.ad 1.Grat.procedere inquiſitiue.quia mox.c.quod quidem.c.intra eccleſiam.exponit, ſic ordinatos non recipere iuridicam ordinis executionem licitam: cum ſit ſuſpenſus aut irregularis. idem D.Th. add.q.38.a. 2.ad.3.Bellarm. ſup. Sixtus. 5. biblioth. cap. 258.Soteal. verb. ordo. ſic explicatur Concil. Chalcedo. can.6.ordinatus ſacerdotio ſine eo, vt certę eccleſiæ aſcribatur, irrita ſit eius ordinatio, & nuſquam poſsit miniſtrare. i. ne ordinatio ſic cum executione licita.Cypr.tamen errauit, vt probatum eſt.ſup.lib. de bapt.cap.28. [p] Sic Patres explicat Bellar.2.ſacra.c.26.& Doct. [q] quos damnat Trid.ſeſ.7.de confir.can. 1.& refert Bellar.de confirm.cap.1. [r] Sic falſo putant Soto, Mich.Medi. Nauar.c.22. n.18.& alij.dicetur lib.de ord.Bellar. de ord. c. 8. [s] ſup.G.fin. [t] cit.ſup.§. 1.B.Euſeb. pap. epiſt. 3.c.manus de conſ.d.5.dicit, ſolus epiſcopus: alias eſſe irritum.Gelaſ. epiſt.1.ad epiſcopos per Lucaniã.c.8.excedit modum ſacerdos vſurpans quę propria epiſcopalis faſtigij ſunt.Innoc.3.c. quanto. de conſuet.colligitur ex Trid.ſeſsio.7.de confir. can. 3.ſed clare ſeſ.23.c.4.ad fi.dicit, harum functionũ inferiores epiſcopo poteſtatem nullam habent. & can.7.D.Thom.q.72.art.11.communis Theolog. d.7.Palud.q 4.num.20.Palac.q.4. [u] in quo errat Armach.lib.11.cap.4.& quidam Græci, vt referunt Ambr.in Epheſ.4.& Aug.q.101.no. & vet. teſtam.imo Armeni non agnoſcunt ſacramentum confirmationis, vt refert Vvald. c. 114. Bellarm. de confir.c.1.falſo Platin.in vit.Sylueſt.Pap. quod hic abſtulit ſacerdotibus confirmare.idem probabile cum Armach.putat Durand.d.7.q.3. & obſcure Scot. q. 1. [x] Concil. Hiſpalen. 2. can.7.Dam. epiſt.4.Leo epiſto.86.alias.88.chorepiſcopus enim 1.villæ epiſcopus communiter non erat conſecratus, ſed ſacerdos vicarius epiſcopi in villis qui miniſtrabat ordines minores: ſed paulatim cœpit ſe ingerere in munia epiſcopi de quo dicetur lib. de ord.c.6.Bellarm.de ord.cap. 7. fin. putat quod interdum erat epiſcopus conſecratus, vt nunc Titulares epiſcopi: & ob id contuliſſe ſubdiaconatum & confir-



cratus Abbas, [y] Epiſcopus licet non prohibeatur, non poteſt ſimplici ſacerdoti committere vt valide confirmet: [z] quia confirmare non eſt actus iuriſdictionis tantum, ſed ordinis. [a] ſolus Papa [b] poteſt ſacerdoti communicare vt valide confirmet, ſed cum chriſmate per epiſcopum conſecrato, [c] à quo participat vim ſanctificandi, [d] quia cum plenitudine poteſtatis Papa habet à Chriſto multa, quæ inferiores epiſcopi non poſſunt alijs delegare. [e] & ſic committit quædam ſacerdoti quæ ordinario iure pertinent ad poteſtatem ordinis epiſcopalis, [f] vt conferre ordines minores, [g] & conſecrare eccleſias, calices & virgines. ſed quia tunc ſacerdos agit vt inſtrumentum eleuatum à Pontifice, quidam [h] putant neceſſarium vt Pontifex viuat & ſit iam epiſcopus conſecratus, qui per ſacerdotem talem confirmare videtur. At id non probatur efficaci ratione, ſed poſſet Papa ita committere vt etiam ſede vacante valeat confirmatio data à Presbytero. [i] & factum tenet, licet hæc diſpenſatio ſine cauſa fieret. [k] ſed id ſine graui, & neceſſaria cauſa, non ſolet Papa committere. Quidam [l] inficiantur hanc delegandi poteſtatem

confirmationem cum licentia proprij epiſcopi. [y] Concil. Senonen. in decret. morum can. 38. cum tamen Abbas iure communi poſsit conferre minores ordines. nunc tamen per Tridentin.ſeſsione.23.cap.10.reſtringitur ne minores cõferat niſi ſuis ſubditis regularibus. [z] Communis Palud. quæſtio. 4. numero.20. Palac. quæſtione.4 ſentit D. Tho. articul. 11. Couarr. 1. variar. cap. 10. num. 5. & ſequent. & alij cit. infra O O. qui negant etiam Papam committere ſacerdoti. in quo præter Armac. Scot.& Dur.citatos, excedit Caie.a.11.Sot.Ledeſ.q.13. a. 11.dicẽtes id poſſe epiſcopũ cõmittere, niſi Papa ſibi reſeruaſſet.quod explicat Sot. dicens Chriſtũ facultatẽ miniſtrandi confirmationẽ ita dediſſe etiã ſacerdotibus, vt tñ reliquerit Pontifici facultatẽ limitandi: vt de facto reſeruat ſolis epiſcopis ſed cum facultate vt poſsit Papa committere ſacerdotibus. Quæ ſentẽtia parũ differt ab Armac. eſſet enim poteſtas ordinis cuius actum Papa impedire non poſſet.& videtur contra Trid.& Florentin.vbi ſolus epiſcopus dicitur ordinarius miniſter: nempe iure diuino & Eccleſiaſtico. quomodo ſacerdos fieri non poteſt, vt ſit ordinarius miniſter: etiam ſtando in ſolo iure diuino. [a] Quod plane ait Tridentin. ſeſsione. 23. cap.4. & fauet ſeſsione.6.vt citatum eſt. A. tenet Couarru. 1.variar. capit. 10. qua ratione quidam probant nec Papam poſſe committere inferiori quæ pertinent ad poteſtatem ordinis ſuperioris. cuius oppoſitum probat Couarr.3.variar.cap.20.num.3. [b] Communis Doct.præter paucos ſup. cit. nempe Armac.Soto.Caietan. Ledeſm. & forte Scot.id eſſe proprium ſolius Papæ. quod autem ſacerdos ſic delegatus valide confirmet, probatur infra lit. P. [c] Concil.Florent. & fere omnes qui negant ſacerdoti committi poſſe vt conſecret chriſma ſup. cap.2.§.3.V. [d] Vt citatum eſt.§. 1.H. [e] ſic ſolus Papa habet infallibilem autoritatem definiendi res fidei & morum, approbandi religiones, canonizandi ſanctos, quam tamen committit Concil. generali à ſe legitime congregato, ſi tamen coniunctum maneat huic capiti & ſub obedientia Papæ. nihil tamen ſolius ordinis exequitur Papa per ſeipſum, quin idem poſsit Epiſcopus. ita ſolus Papa habet à Chriſto vt ſalua ſacramenti ſubſtãtia mutet miniſtrum, & committat tantum ſacerdoti qui eſt confinis & immediatus epiſcopo. Diuus Thom.a.11. & ad.1. quod bene explicat Soto.ſacerdos vero non tantum applicat materiam (vt olim laicus dedit euchariſtiam, & nunc in neceſsitate dat diaconus) ſed cõficit ſacramentũ confirmationis. [f] Probat Couarru.3. variar. capit. 20. num.3. [g] Vt dictum eſt B.C. & dicetur lib. de ordine. [h] Paluda. diſtinct. 7. quæſtion.4. numer. 51. negat Papam electũ antequam ſit conſecratus poſſe per ſeipſum confirmare aut id committere ſacerdoti, ſed ſolus id aſſerit falſo. [i] Soto diſtinct.7. articulo. 11. fin. ſignificat D.Thom.quæſtione.64.2. ad primum. Ferrar. 4.contra gent.capit.60.& plane Alexand. 4. part. quæſt.28.memb.1.art.3.ad ſecundum. Richard.Palac.quæſtione.4.& communis, quia etiam ſede vacante in ſacerdote, cui Papa id commiſerat, manet virtus à Papa prius data: & ex facultate Chriſti manet eleuata. alias periculum eſſet mortuo Papa, dum talis ſacerdos longe diſtat à Papa confirmat. vt olim in Anglia cõmiſit Gregorius. I. & Adrian. VI. anno.1521. die. 25. April. petentibus fratre Galapion.& Franciſco de Angelis conceſsit pro Indijs, & regionibus vbi non ſunt epiſcopi, vt ſacerdos regularis ex Minoribus poſſet cũ chriſmate ab epiſcopo conſecrato confirmare. habetur authentic. Hiſpali in monaſterio Sancti Franciſc. [k] Quia id pertinet ad poteſtatem ordinis: alias enim res eſſet ſcrupulo plena, an valeat confirmatio ſacerdotis, ſi forte Papa non habuit idoneam cauſam delegandi. diſpenſatio tamen in voto & iuramento, quod pertinet ad legem diuinam, non reddit tutum in cõſcientia, niſi ſubſit cauſa quæ videatur probabilis: vt epiſcopus non diſpenſat in lege Papæ niſi adſit cauſa, ob quam præſumat ratihabitionem ſuperioris. [l] Negant Papam id poſſe committere ſacerdoti. Bonauent.diſtinctione.7.poſt liter. Altiſiod.lib.3. Scot.quæſtione.1.qui lubrice loquitur. & maxime Durand.quæſtione tertia & quarta.Maior quæſtione vnic.Gabrie.quæſtione vnic.Ioann.de Rubion. Albert.articulo quarto, & quod magis mirandum eſt Adrian.(qui poſtea fuit Papa) quæſt.de confirmat.articulo.3. Caſtro, verbo confirmat.& lib.2. de iuſt.hære.pun.capit.21.Medices. de hæreſ. verbo confirm. fauet Petrus Soto de confirmat. lect. ſecunda.Ayala.3.part.de tradit.propendet Guilielm.Durand.in rational.& probabile dicit Alexand.4.part.quæſtione.28.memb.1. articulo.3.ad ſecundum.

m Con-

in Papa, & reijciunt, & hiſtoriam quam plane Concil. Florentin. acceptat ex B. Gregor. Pap. I. [m] quæ inconſiderata reiectio poſt Concil. Florentin. non caret temeritate [n] & eſt contra receptam ſententiam Theolog. [o] & praxim.

5 Si quando Patres quidam ſacerdoti tribuant confirmare: loquuntur de illo tempore vbi ob penuriam miniſterium ſacerdos, vel Chorepiſcopus erat conſecratus epiſcopus. [p] diacono vero licet ſit cardinalis non poteſt committi vt confirmet: [q] aut conferat ordines mino-

m [m] Concil. Florentin. referens hiſto. dicit, legitur per diſpenſationem Papæ ex vrgenti cauſa ſacerdotem miniſtraſſe confirmationem. alludit ad Gregor. Pap. I. qui fuit ſanctiſsi. & doctiſsi. & libr. 3. epiſtol. 26. ad Ianuar. vbi diſpenſauit. ita enim vera & plana litera Gregor. habet (vt eam etiam refert Grat. cap. peruenit. cap. preſbyteros. 95. diſtinct. D. Thom. Bellarm. de confirm. cap. 12. Quanuis nunc litera aliter legatur) & conſtat Greg. diſpenſaſſe. quia eodem lib. 3. epiſtola. 9. prohibuerat presbyteros vngere in fronte. i. confirmare. At iſti vt falſam ſententiam defendant, tripliciter reſpondent ad B. Gregorij factum. 1. Durand. Palud. Maior. & Adrian. aiunt irreuerenter, quod Gregorius primus errauit non quidem in doctrina, ſed in priuato facto diſpenſationis. quod Bellarmin. admittit vt probabile: ſic interdum Pontifex diſpenſauit in matrimonio rato, vel in voto etiam ſolenni profeſsi pro matrimonio, & tamen quidam dicunt erraſſe in facto priuato. licet excuſetur à culpa propter opinionem probabilem. nec Concil. Florentin. approbare omnino factum, ſed referre hiſtoriam facti dicens legitur. 2. gloſſ. in cap. 1. 95. d. & Bonauent. dicunt Gregor. non conceſsiſſe, ſed permiſiſſe ad vitandum ſcandalum. 3. Scot. ſacerdotes illos fuiſſe epiſcopos titulares, aut certe ea cõceſsione factos fuiſſe à Papa epiſcopos ſecũdũ quid, nempe quantum ad illum actum. 4. Adrian. negat fuiſſe chriſmationem confirmationis, ſed ritum vngendi verticem poſt baptiſmum, quod tamen prohibitum erat ſacerdotibus præſente epiſcopo. Sed iſta diffugia ſunt plena falſitate. nam plane concil. Florentin. quod errare non poteſt, fatetur tunc fuiſſe ſacramentum confirmationis miniſtratum à ſacerdotibus qui nullo modo erant conſecrati epiſcopi. & id refert non vt permiſsionem illicitam, ſed vt rem commendatam, nec Papa abſens ſolo verbo poteſt conſecrare epiſcopos, vt fingit Scot. præſertim quia ea conceſsio extendebatur etiam ad futuros ſacerdotes.

n [n] Sana ſententia & certa in praxi eſt Papam Gregor. rite diſpenſaſſe (vt nunc ex cauſa licite diſpenſaret) quare temerarium eſt reijcere diſpenſationem Gregor. Pap. cum integro regno, quaſi deceptum fuerit à prudentiſsimo Pont. ſimilem diſpenſationem conceſsit Alexand. 6. & Gregor. XIII. pro Indijs.

o [o] Diuus Thom. quæſtione. 72. arti. 11. vbi Caietan. Ledeſm. quæſt. 13. communis Doct. diſtinct. 7. Soto. art. 11. Palud. quæſt. 4. Capreol. & Hiſpalenſ. quæſt. 1. Palac. quæſt. 4. Richard. arti. 2. quæſtio. 1. Petrus Taran. quem ſequitur Carth. quæſt. 5. fin. Victor. §. 49. & plane Pet. Soto de confirm. lect. 2. Ferrara. 4. contra gent. cap. 60. Alexand. quæſt. 28. memb. 1. art. 3. ad ſecundum. Hug. lib. 2. par. 7. cap. a. Taper. art. 12. pa. 220. Hoſi. lib. 2. contra Brent. Lindan. 4. panop. capit. 36. Bellarmin. de confirm. cap. 12. & lib. 4. de Roman. Pontif. capit. 10. ad fin. Antoni. 3. part. titul. 14. cap. 14. §. 6. Aſten libr. 4. titul. 7. arti. 6. Syluest. confirm. §. 2. Tabien. §. 5. Angel. §. 2. Roſel. Piſan. Armil. §. 3. & retractans Couarruu. in vlt. editione. 1. varia. cap. 10. numer. 2. & 5. cum Turrecre. Domi nic. Prepoſ. Archi. qui approbant gloſſ. in cap. peruenit. in. 1. 95. diſt. Innoc. cap. quanto. de conſuet. Barth. Ledeſm. difficult. 9. Cucchus lib. 5. inſtitu. Maio. titul. 3. num. 10. & omnes Recent. Theolog. & vtriuſque iuriſperit. Nauarr. cap. 22. num. 8. canoniſtæ. cap. preſbyteros. 95. d. gloſſ. cap. manus. de conſ. diſt. 5. gloſſ. fauent Ambroſ. in Epheſ. 4. & Auguſt. inf. referunt in AEgypto presbyteros abſente epiſcopo confirmare. nec id carpunt, ſed de his ſtatim lit. P. Armach. refert Armenos & Græcos ſacerdotes eligere coadiutorem, qui confirmat: quaſi apud illos nunc duret diſpenſatio Greg. Pap. in. c. presbyter (ideſt, coadiutor epiſcopi) 95. d. nec mirum quod ſicut diaconus miniſtrat euchariſtiam à ſacerdote qui eſt proxime ſuperior, conſecratam: ita ſacerdos miniſtret chriſma ab epiſcopo conſecratum. Sic Gregor. cap. multi. 1. quæſt. 1. numerat ſacramenta, baptiſmum, chriſma, corpus Domini. quaſi chriſma habeat vim in ſe ab epiſcopo datã, & inchoatiue ſit ſacramentum: in quo interuenit poteſtas epiſcopi chriſma conſecrantis.

p [p] Ambroſ in Epheſ. 4. & lib. 3. ſacram. c. 2. & Auguſt. quæſt. 101. nou. & vet. teſtam. Hieronym. contra Lucif. loquitur de illo tempore & loco vbi ſacerdotes non erant inferiores epiſcopo: quia ob penuriam ſimul erant epiſcopi: & Victor Papa apud Euſeb. 5. hiſt. cap. 24. Bellarm. lib. 4. de eccleſia. cap. 8. dicetur inf. lib. de ord. cap. 5. & ſane non reprobant illum morem, vt bene aduertit Palac. quæſt. 4. conc. 5. p. 206. contra Sotum dicentem hos Patres damnare. aut. 2. ex tacita Papæ diſpenſatione id faciebant. aut. 3. certe dicunt ex conceſsione epiſcopi ſacerdotes vti chriſmate, non quidem pro confirmatione, ſed pro reconciliatione ſolenni epiſcopi hæretici, quæ in oriente fiebat cum quadam vnctione chriſmatis, vel de vnctione verticis poſt baptiſmum cum tamen præſente epiſcopo ſacerdos pro nullo officio vteretur chriſmate, ſine licentia epiſcopi. vt dictum eſt de ſacram. cap. 11. §. 5.

q [q] Colligit Auguſt. d. quæſt. 101. ex Acto. 8. quia Philippus diaconus non potuit confirmare. Sot. artic. 11. col. 2. fin. Palac. quæſt. 4. con. 5. Ledeſm. Tabien. §. 5. cum D. Thom. arti. 11. ad ſecundum, iuncta quæſt. 81. 3. ad. 3. & dicetur litera. T. in quo errat gloſſ. cap. quanto. de conſuetud. cap. manus. de conſec. diſt. 5. dicens quod Papa poteſt committere etiam laico, quia pertinet ad iuriſdictionem tantũ: vt laicus poteſt baptizare. ſed Pan. & Innocent. d. c. quanto. Angel. confirm. §. 2. Roſell. aiũt committi poſſe cuilibet clerico confirmato, & quod Papa face-



res: [r] ſed ſupremum infimi eleuatur vt attingat infimum ſupremi. [s] ſolus ſacerdos eleuari poteſt vt attingat quædam epiſcopalia officia ex commiſsione. ſic enim Actor. 8. Philippus vnus ex Chriſti diſcipulis. [t] 72. quia erat tantum diaconus, [u] non potuit confirmare. Epiſcopus non confirmatus poteſt confirmare valide: [x] ſed qui per electionem, & poſſeſsionem epiſcopatus habet epiſcopalem iuriſdictionem, licet ſit cardinalis ſacerdos, [y] vel non poteſt, antequam ſit conſecratus epiſcopus. [z]

præcepti ex conſequenti. verius eſt in actibus prius eſſe rationem præcepti naturalis aut diuini circa adultos: & deinde ex Chriſti ſimul inſtitutione addi neceſsitatē medij in quibuſdam pręceptis: vt de tribus ſacramentis, bap. pœnitētia eucha. & de fide explicita Chriſti: de formali dolore, & de quibuſdā alijs. vt colligit ex D. Tho. 3. p. q. 68. 1. & 2. 2. q. 3. a. 2. nam legiſlator non ſatis prouideret, ſi actus nobis liberos non præciperet, quādo nouit eſſe nobis neceſſarios ad finem. cum ergo actus pœnitentię, & receptio ſacramenti ſit actus ſaluti neceſſarius (cōc. Trid. ſeſ. 14. c. 2. & cit. L. D. Tho. q. 84. 5.) vtpote ordinatus ad compenſandam iniuriam Dei, debuit ſpeciali præcepto imponi à Deo. [s] de ſacram. c. 25. de bap. c. 27. cum multis autoribus & bene probatur in textu. [t] Caiet. cum D. Tho. 3. p. q. 87. 1. vbi Victor. & Recent. Soto. d. 17. q. 2. 3. fin. d. 15. q. 1. a. 2. con. 2. lib. 2. de natura & gratia. c. 13. 16. Vega lib. 6. in Trid. c. 32. vſque. 36. lib. 9. c. 4. & bene citat Scot. d. 14. q. 1. §. ex his ad ſolutionem. & d. 5. q. 1. a. 2. loquitur enim de dilectione quam oblitus habet ante martyrium. Taper. a. 4. §. eſt autem contritio Med. C. de pœnit. tract. 1. q. 3. ad fin. Gab. d. 14. q. 1. con. 12. & alias: Almai. q. 1. prop. 2. Greg. 1. d. 17. q. 1. Adria. quodlib. 7. a. 4. Nau. c. 1. n. 10. & 34. Bellar. 2. de pœnitentia. c. 9. ad. 2. Aug. tract. 5. in epiſt. Ioan. dilectio ſola diſcernit inter filios Dei & filios diaboli: quam ſi ſolam habes, ſufficit tibi. Hieron. in Gal. 4. ex Clem. Alex. refert, Ioan. dicere ſolitum, de caritate præceptum Domini eſt: & ſi ſolum fiat, ſufficit. [u] Sic vocat Naua. c. 1. n. 10. & colligitur ex Doct. cit. & mirum eſt quod Sot. d. 15. q. 1. a. 2. tacito autore damnet ſummam Hiſpanam, quæ ita loquitur: cum tamen ipſe cum alijs citatis fateatur dilectionem Dei pro oblitis, aut martyrium eſſe pœnitentiam virtualem. [x] nam quātunuis homo ſibi videatur contritus ſi excluderet votum ſacramenti aut voluntatem non peccandi cum ſpe veniæ, non iuſtificabitur, ait Trid. ſeſ. 14. c. 4. [y] ita monet D. Tho. ſub conditione conteri 3. p. q. 80. a. 4. ad. 5. quia. q. 84. a. 5. ad. 2. caritas ſi perfecta eſt requirit pœnitentiā, & illam efficit. idem 1. 2. q. 113. 5. ad. 3. verit. q. 28. 5. ad. 3. communis d. 15. vbi D. Tho. q. 2. a. 5. Bon. d. 16. Durā. d. 17. q. 1. Palu. q. 1. & vr Taper. a. 3. §. quanuis. Cano prę cæteris, relect. de pœnit. p. 3. Pet. Sot. tit. de pœnit. lect. 4. hinc D. Tho. opuſ. 7. §. 2. vera dilectio in peccatore vt Magdalena, non ſeparatur à pęnitentia. & generaliter Patres Aug. Greg. conc. Floren. Trident. ſeſ. 6. c. 14. can. 3. & 29. ſeſ. 14. c. 4. formalem pęnitentiam ſignificant ſemper eſſe, ex Chriſti inſtitutione & lege, medium neceſſarium pro remiſsione peccati, nec excipiunt caſum obliuionis, aut martyrij ex priuilegio: nam & ante bap. Act. 2. requiritur pęnitentia. Deus vero qui dilectionem inſpirat, faciet recolere peccata ſaltem in communi, vt conteratur ſaltem ſub conditione, ſi habet. quæ ſententia veneranda eſt, & timenda ab eo qui facile poteſt habere memoriam peccatorum, & formalem contritionem. At re vera ex ſuaui lege Dei ſatis eſt prædicta dilectio efficax in homine oblito. ſup. T. [z] Ioan. 14. qui diligit me diligetur à patre meo. 1. Pet. 4. caritas operit multitudinem peccatorū. quod ſumpſit ex prou. 10. vniuerſa delicta operit caritas. [a] inf. c. 19. §. 1. M. [b] D. Thom. d. q. 84. 5. ad. 2. & opuſ. 7. §. 2. ſic Cano rel. de pęnit. p. 3. & in ſimili, tenet, quod iuſtificatus cum fide implicita Chriſti habebit ante mortem explicitam fidem, quàm dicit

memor ſit, [c] vt excuſatur à præcepto confeſsionis, ita cum dilectione Dei implet omne præceptum quod tunc poteſt, & excuſatus à contritione iuſtificat ex miſericordia Dei, quæ nõ deeſt faciẽtibus ex auxilio totum quod in ſe eſt. dũ vero Ioan. 14. Chriſtus de futuro ait ſi quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus. loquitur de præmio gloriæ, vt Patres exponunt [d] de quo ſubdit; & manifeſtabo ei me ipſum.

4 Item ſi quis martyrium pro Chriſto patiatur iuſtificabitur ex Chriſti priuilegio quo confertur prima gratia abſque formali pœnitentia, quia perpeſsio martyrij, cum ſit dolor, quo homo à ſe, ſuaq; vita recedit propter Deum, habet vicem pœnitentiæ, vt dictum eſt lib. de bapt. c. 36. 4. Si quis deuote, & bona fide recipiat reliqua ſacramenta, vt euchariſtiam, aut matrimonium attritus reputans ſe contritum iuſtificabitur: & tamen ea peccatorum remiſsio non fit ſine virtuali voto ſacramenti pœnitentiæ. [e] nam eadem peccata ex Chriſti præcepto tenet confiteri debito tempore, cum memor fuerit, in eum finẽ, vt directè abſoluatur ab illis. olim vero ante inſtituta ſacramenta Chriſti contritio, vt eſt actus virtutis pœnitentiæ erat neceſſaria saluti [f] vt medium & præceptum, pro eo, qui peccauerat M. idque decenter, quia per odium, & fugam peccati recedit homo, quoad poteſt ab illo virtuali affectu creaturæ quem reliquit peccatum, tranſeũte actu. [g]

5 Sacramentum confirmationis, aut extremæ vnctionis, (quo interdum impius tanquam medio ſufficienti iuſtificatur.) non dicitur medium ſaluti neceſſarium. quia de illo non eſt præceptum. [h] vt olim in ſtatu legis naturæ aut ante præceptum, promulgationemq; baptiſmi, aut abſolutionis, hæc nõ erant media neceſſaria: quia homo tunc contritione iuſtificatus non tenebatur ad baptiſmũ, vel confeſsionẽ. poſito ergo præcepto tali ponitur neceſsitas huius ſacramenti, & medij pro adultis: ſublato autem præcepto tolleretur in adultis neceſsitas ſacramenti baptiſmi, vel pœnitentiæ: [i] quanuis maneret in ratione medij ſufficiẽtis eo modo quo confirmatio interdum ſufficit attritum iuſtificare, quæ tamen nunc non iuſtificat ſine voto ſacramenti pœnitentiæ.

6 De reliquis præceptis neceſſe quidem eſt habere propoſitum implendi ſingula ſuo loco & tempore, ſi commodè poſsit: ſed non dicuntur mediũ neceſſarium, vt ſuppleri debeant ante mortem, nec medium ſufficiens: vt ieiunij impletio non eſt remedium ſufficiens per ſe ordinatum, nec vero medium neceſſarium ad remiſsionem peccati præteriti. ea tamen humili & digna receptione ſacramenti pœnitentiæ, quam Deus exigit à peccatore, quaſi illatæ iniuriæ recompenſam, ita contentus eſt, vt ſtatim peccata condonet: & tamẽ quando peccator excuſatur a reali confeſsione, non iuſtificatur ſine voto huius ſacramenti [k] ſupplente illius vicem: cum onere confitendi ante mortem, ſi poſsit. qui tamen excuſatur à ieiunio ob morbũ, defectum ætatis, laborem, aut diſpenſationem, non tenetur tunc aut ante mortem vice ieiunij habere alium actum cum voto illius, vt iuſtificetur: atq; ità multum differunt præcepta de medijs neceſſarijs ab alijs præceptis. alia à Patribus dicuntur remedia peccatorũ, vt martyrium, & eleemoſyna ſpiritualis, vel corpo-

eſſe de lege medium neceſſarium ad conſecutionẽ gloriæ: nempe, et qui poteſt. ſic prædeſtinatus qui iacet in peccato habebit infallibiliter ante mortem remedium pœnitentiæ, aut ſacramẽti, vel martyrij quo iuſtificetur. hęc enim neceſsitas medij ſi admittatur, magis pertinet ad Dei prouidentiam & curam, quam ad hominis diligentiá, qui interdum poteſt inculpate excuſari à præcepto fidei explicitæ, aut formalis contritionis. At ſane iuſtificatus abſq; fide explicita Chriſti, vel abſque formali pœnitẽtia ſi ita decedat, conſequetur gloriá. quod autẽ Chryſo. ho. 4. de Lazaro affert fratres Ioſeph, Gene. 42. in anguſtijs ſtatim recordatos peccati in fratrem. & Cypr. ſer. 5. de lapſis, ſimile affert de tribus pueris. Ita ſane ſæpe Deus cum remorſu conſcientiæ inſpirat formalem contritionem ei quem vult iuſtificare. ſed non ſemper ita contingit in peccatis negligétiæ & omiſsionis de quibus pſal. 18. delicta &c. ab occultis meis mũda me. quod põderat Aug. de perf. iuſt. ad fi. & Trid. ſeſ. 6. c. 9. &. 16. ad finẽ cit. 1. Cor. 4. nihil mihi conſcius ſum. [c] Led. 1. p. q. 25. a. 5. cũ Almai. d. 14. q. 1. con. 2. putat falſo per ſolá diligentiam remitti peccata oblita. cũ tamen hæc ſit actus intellectus, nec peccatũ remittatur ſine actu perfecto voluntatis, qui ſit pœnitentia formalis aut virtualis. [d] In Ioan. 14. Cyril. lib. 10. c. 1. & Aug. tract. 75. Bell. 2. de pœnit. c. 14. ad. 3. [e] quia pro Chriſtiano impio ſacramentum pœnitentiæ ſaltẽ in voto, eſt vnicum remedium. Tri. ſeſ. 14. c. 2. &. 4. & eſt vnica tabula poſt naufragiũ. [f] ſup. §. 1. L. Q. & inſuper fuit præceptũ de pęnitentia formali, cont. Victo. & Led. quod ſæpe repetunt prophetæ Ezech. 18. proijcite à vobis prauitates. Ioel. 2. ſcindite corda veſtra, quod citat Trid. ſeſ. 14. c. 4. atque ita Baptiſta & Chriſtus ante ſacramentorũ inſtitutionẽ, per imperatiuũ declarant pręceptum in ſtatu etiam naturæ obligans. Matt. 3. pęnitentiam agite. Luc. 13. niſi pęnitentiam egeritis. Apoc. 2. age pęnitentiam. quare Tertul. lib. de pęnit. c. 4. ait bonum eſt pęnitere: quia Deus præcipit. Bellar. lib. 2. de pęnit. cap. 8. prop. 2. D. Tho. q. 84. a. 7. &. 9. d. 17. q. 2. 1. 2. ad. 4. q. 3. 1. 4. ibi Dur. q. 9. Soto. q. 2. 1. &. 6. Petrus Sot. tit. de pęn. lect. Cano de pęn. p. 4. Medi. C. de pęn. tract. 1. q. 2. Veg. lib. 13. in Trid. c. 14. & omnes Recent. aiunt eſſe certam ſententiá Hiero. in id Ierem. 8. nullus eſt qui agat pęnit. idcirco cadent corruẽtes. Aug. li. 50. ho. ad fin. [g] D. Th. 1. 2. q. 87. 3. ad. 1. cũ Greg. 4. dial. c. 44. [h] lib. de cõfir. c. 1. & 7. cũ tñ extrema vnctio inſtituaẽ vt remediũ cõtra peccata oblita & reliquias illorũ, vt ibi dictũ eſt. c. 9. §. 1. [i] ſup. §. 1. lit. Q. & ſane illud eſt mediũ ſufficiens & requiſitum, quo poſito ponitur remiſſio peccati per gratiam, & quo ſublato non ponitur. [k] Trident. ſeſ. 14. c. 4. ſeſ. 7. de ſacram. can. 4. &



ralis, quæ à Dei miſericordia impetrat interdum donum contritionis, & remittit pœnas: de quibus lib. de bap. c. 35.

## CAP. III.

### Præceptum diuinum quæ peccata obliget confiteri, & colligi Ioan. 20.

2 *Obligaret præter art. mortis, non tamen obligat in feſtis. includit negatiuum ſimile præcepto reſtitutionis.*

3 *Iure diuino obligat in articulo aut periculo mortis: ex remorſu conſcientiæ: in quodam periculo obliuionis: ante communionem: ex proprio voto: ex pœnitentia iniuncta & propter quaſdam indulgentias.*

CHriſtus cum Ioan. 20. ſacramentum pœnitentiæ poſt reſurrectionem inſtituit [a] illis verbis, quorum remiſeritis: præcipue Paſtoribus præceptum impoſuit, [b] hi enim tenentur ſubditis miniſtrare ſacramenta etiam illis temporibus in quibus abſque cogente præcepto opportunè petunt: ſicut & miniſtrare tenentur confirmationem, vnctionem, matrimonium, & ordines: ſup. lib. de ſacram. cap. 4. Deinde poſita Chriſti Inſtitutione (qua ſacramentum pœnitentiæ ratione effectus fecit medium ſaluti neceſſarium) colligit traditio eccleſiæ ex eodem loco Ioan. 20. ſemper Chriſtianis peccatoribus fuiſſe ſecluſa etiam ratione medij, præceptum Chriſti de confeſsione [c] integra peccatorum mortalium in ſpecie, & numero, quanuis occulta, & interna ſint. Nec eſt homini adulto vllum medium ſaluti neceſſariũ, ſine aliqua ratione præcepti ſup. cap. 2. Eccleſia vero non facit propoſitionem de fide ſed declarat & authentice proponit [d] colligi ex Ioann. 20. nam cum ſacerdotes eo loco ſiant ita neceſſarij iudices [e] cauſarum Dei ſeu offenſarum in Deum vt ſine illorum ſententia, & abſolutione, ſaltem voto recepta, nemini Chriſtianorum, qui intra forũ eccleſiæ ſunt remittantur M. ſequitur ex conſequenti Chriſtum præcepiſſe confeſsionem: ſine qua iudicium & ſententia rite proferri non poteſt. [f] atque eccleſia ex ſcriptura ita ſemper intellexit præceptum diuinum de confeſsione, vt

4. & conc. Compluten. ſub Archiepiſcopo Carrillo quod confirmauit Sixtus IIII.

GLOSSA. Cap. III.

BEllarm. toto lib. de pœnitentia maxime c. 12. probat occultorũ confeſsionem non niſi iure diuino potuiſſe mandari. c. 2. probat neceſsitatem eius vt medium. c. 5. præceptum ex declaratione concil. c. 6. vſque 10. ex traditione Patrũ etiá Græcorum per manus vſque ad nos. c. 11. 13. vſque 21. ſoluit argumẽta. definit de fide conc. Trid. ſeſ. 6. c. 14. ſeſ. 14. c. 1. can. 1. iuncto can. 3. ſeſ. 23. c. 1. can. 4. Pius V. in catech. Soto. d. 14. q. 1. art. 1. Pet. Sot. de pœnit. lect. 1. Taper. a. 3. & Patres citati. c. 2. §. 1. D. [b] quia Ioan. 20. Chriſtus loquitur cũ Apoſtolis & Paſtoribus. & Matth. 16. Petro promiſſæ ſunt claues: alijs vero Apoſtolis Matth. 18. quorum remiſeritis. quæ exhibitæ ſunt Ioan. 20. accipite ſpiritũ ſanct. quorum remiſeritis. & Luc. vlt. oportet prædicare pœnitentiam in remiſs. pec. vbi ſimul loqui de pœnitentia ante baptiſmũ in adultis, exponunt Theoph. Euthy. Caiet. in Luc. [c] ita Trid. ſeſsio. 14. c. 5. eccleſia ex ſcriptura ſemper intellexit eſſe præceptum diuinum de confeſſione, vt ex Ioan. 20. probant Patres cit. c. 2. §. 1. D. addit Trid. quod concil. Latera. in. c. omnis de pœnit. & remiſ. non ſtatuit vt fideles confiterentur: cum id iure diuino neceſſarium & inſtitutum eſſe intellexerit. & can. 7. neceſſarium eſſe iure diuino confiteri omnia & ſingula M. etiam occulta cogitationis. & c. 5. dixit etiá occultiſsima. Adria. q. 1. de confeſ. Soto. d. 18. q. 1. 1. Palac. d. 17. q. 5. Bellar. lib. 3. de pœnitentia. c. 2. &. 12. & c. 5. ex conci. etiam apud Græc. & c. 6. vſque. 10. ex traditione Patrũm. dicunt hæreticum eſſe negare ex Ioan. 20. colligi neceſsitatem præcepti diuini de confeſsione, & id probat regul. Auguſt. 4. de bap. cont. Don. c. 24. quod vniuerſa tenet eccleſia, nec inuenit ſtatutum in concilijs, credendum eſt à Chriſto per Apoſtolicam traditionem præceptum eſſe eccleſiæ. atque ita à principio eccleſiæ ſemper fuit conſuetudo confitendi. Quare contritio non remittit peccata ſine voto confeſsionis Trid. ſeſsio. 14. c. 4. vtrũque definierat concil. Compluten. cit. & damnat oppoſitum vt hæreticũ. [d] Soto. ſup. Med. C. de confeſſ. Caſtro. 1. de hæreſ. c. 8. & lib. 1. de iuſt. hær. pun. c. 1. Turrecrem. lib. 4. de eccleſ. c. 3. in. 2. p. Albert. in rub. de hæret. q. 1. num. 23. Felin. c. quæ in eccleſ. de conſt. Arbor. 3. Theoſoph. c. 27. fi. lib. 5. c. 10. Couar. 4. varia. c. 14. nu. 2. Vega lib. 1. in Trid. c. 6. & ſignificat Scot. 4. d. 11. q. 3. a. 1. fin. Okam. 1. p. dialo. lib. 2. cap. 11. ſic eccleſia declarat qui libri pertineant ad ſacram. ſcript. Bellarmin. 2. de concil. c. 12. verum eſt, tamen quod poſt declarationẽ & definitionem concil multæ propoſitiones cenſentur hæreticæ, de quibus aſſertores non notabũtur cenſura hæreſis ante definitionem: vt Orig. Lactan. & Abbas Ioachim. in c. damnamus. de ſum. Trin. non fuit damnatus vt hæreticus, & concil. Conſtantien. non omnes propoſitiones damnat vt hæreticas. quod non negant prædicti autores: & affirmat Caietan. cum D. Tho. 1. p. q. 32. a. 4. & 2. 2. q. 1. art. 10. D. Thom. in. 1. Corint. 11. lect. 4. vide Bañes. 2. 2. quæſt. 11. art. 2. [e] Bellarm. 3. pœnitentiæ c. 2. ex Patrib. probat. & inf. [f] hac ratione Patres colligunt diuinum pręceptum Ioan. 20. paſtoribus poſitum, extendi ad pœnitentes vt confiteantur Trid. cap. 5. Soto. Palac. Bellarm. lib. 3. c. 2. lib. 1. cap. 19. ad fi. in cuius figuram Matth. 10. Chriſtus leproſos à ſe ſanatos miſit ad iudicium ſacerdotum. Bellarm. lib. 3. c. 2. probat ex Chryſoſt. lib. 3. de ſacer. late Naziá. orat. ad ciues Ambr. 1. de pœnit. Leo Pap. epiſt. 69. ad Theo-

oppoſitum ſit hæreticum. [g] quanuis quidam catholici [h] olim id negauerint, cum ea res non tã conſtabat. In ſtatu legis naturæ fuit tantum præceptum de pœnitentia vt dictum eſt cap.2.§.4. in compenſationem quandam pro offenſa Dei, ob finem proximum & per ſe reconciliationis noſtræ cum Deo: quæ noſtra vtilitas redundat in honorẽ ipſius Dei.

2 Tempora in quibus ius diuinum, ſecluſa eccleſiæ determinatione, obligaret ad confeſsionẽ, non ſatis liquent. [i] conſtat tamen in hac obligatione ſacramenti neceſſarij, non poſſe Papam ſecum, vel cum alijs diſpenſare, vt nunquam [k] prçterquam in articulo mortis, aut ante communionem [l] teneatur confiteri: nec enim Chriſtus eam poteſtatem circa id ius merè diuinum commiſit Papæ, quia ad ædificationem eccleſiæ non expediebat ſic diſpenſare. [m] In voto tamen, iuramento, & quibuſdam alijs probat vſus Chriſtum commiſiſſe, vt diſpenſet: non pro libito, ſed ſi cauſa, quæ reputetur rationabilis ſubſit: quia obligatio voti non pendet ex ſolo iure naturæ aut diuino, ſed partim ex libera vouentis voluntate: [n] atque ita Papa diſpenſat in obligatione potius humana, quã diuina. Id præceptum pœnitentiæ eſt affirmatiuum, ſed cum quadam negatione incluſa, [o] vt homo certis temporibus non maneat in Dei offenſi inimicitia, ſed curet per hoc ſacramentum reconciliari Deo, & eccleſiæ. At qui communionẽ in Paſcha omiſit, per ſe non tenetur ex vi præcepti, communis communicare poſtea, [p] vt ſuo loco dicetur. Differt pœnitentia à reſtitutione, & ſatiſfactione proximis debita: quia homo proximis manet obnoxius ſtatim, cum datur occaſio reſtituendi, aut ſedata paſsione compenſandi iniuriam. At benignus Deus (quaſi in hac re magis de noſtræ

Theodor. Orig. ho. 10. in Num. Hieronym. epiſ. ad Heliod. Aug. 20. ciuit. c.9. Inno. I. epiſt. 1. c.7. Greg. ho. 26. in euang. quare Trid. ſeſ. 14. c. 1. 6. & can. 9. damnat dicentes abſolutionem ſacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed declarare peccata eſſe remiſſa, & ſeſ. 23. c. 1. & clarius. c.4. can. 1. & 2. concil. Later. c. omnis vtriuſque ſexus. Conſtantiẽ. ſeſ. 8. Floren. de ſacram. pœnitentiæ. Roſen. a. 8. 9. Ekius. Enchyr. c.8. & hom. 41. de ſacra. Pigh. controuerſia. 9. & li. 2. eccle. hier. c.7. & 8. Cano de pçnit. p.5. Coua. c. alm. 1. p. §. 1. n. 6. Soto. d. 18. q.4. 1. d. 20. q. 1. 3. & facit. d. 14. q. 1. 3. D. Tho. add. q. 19. 3. Ledeſ. q. 21. 3. in. 2. p. Vega lib. 13. c. 32. Taper a. 5. Caſtro. ſacerdot. hær. 1. abſolu. hær. 2. Vvaldẽ. to. 2. ſacr. c. 142. to. 3. de ſacramental. tit. 8. cap. 68. Nau. c.4. n.7. Sixtus lib. 5. bibli. c. 175. atque ita Trid. ſeſ. 14. c. 2. non minus neceſſarium fidelibus ait eſſe ſacramentum pœnitentiæ & confeſsionem, quam baptiſmum pro infidelibus Caniſi. tit. de pœnit. §. 6. Pet. Sot. tit. de confeſ. lect. 2. [g] ſup. lit. C. cit. [h] gloſ. Ioa. Teuton. in princ. de pœnit. d. 5. ait probabilius eſſe, quod confeſsio ſit inſtituta ex traditione eccleſiæ, quam iure diuino: & ea ratione Græcos nõ teneri ad confeſsionem. idẽ Pan. in. c. omnis vtriuſque. n. 18. fuiſſe inſtitutam in cõcil. Meldenſ. aut Vienen. Eraſ. lib. de ratione veræ Theologiæ, ad fin. & colloqui. pietas puerilis. & ſuper Hieron. in epiſt. ad Ocean. de Epitaph. Fabiolç & hæreticus Renan. in Tertul. de pœnit. & quod magis mirum eſt Bonau. d. 17. in. 2. p. a. 1. q. 3. abſolutionem fuiſſe à Chriſto inſtitutam: ſed confeſsio pœnitentis fuit inſinuata à Chriſto, & per Apoſtolos inſtituta & promulgata, Iacob. 5. confitemini alterutrum. idem Alexand. 4 p. q. 76. m. 3. a. 2. Sco. d. 17. inſtitutam confeſsionem Ioan. 20. non vt neceſſariam, ſed tanquam vtilem: & qui teneret præceptam eſſe ab eccleſia, non poſſet facile expugnari. ſed prçſtat inquit tenere eſſe de iure diuino. glo. c. lachrymæ. de pçnit. d. 1. vbi quis ex verecundia tacet peccatum, ſufficere lachrymas. Dur. d. 17. q. 14. putat quod in. c. omnis. eſt exhortatio tantum & conſilium. Med. C. de confeſ. tract. 2. fol. 49. confeſsio eſt neceſſaria, quia eſt in præcepto, vt ſunt alia præcepta: ſed neceſſariam non eſſe ad remiſsionem peccati, cum ſint aliæ viæ quibus remittatur, vt dilectio Dei, martyrium aut contritio. & addit. q. 2. ad fin. ex Ioan. 20. non colligi ſufficienter neceſsitatem confitendi ad aurem ſacerdotis omnia M. etiam occulta: & tamen propter conſuetudinẽ eccleſiæ quæ eſt legum interpres, intelligi de omnibus etiam occultis. Mag. d. 17. refert vtranque ſententiam, an ſit de iure diuino. nec ne, tanquam opinionem. vbi Bona. 2. p. in expoſitione lit. & a. 1. q. 3. ait ante definitionem concil. Later. non erat hæreticum negare neceſsitatem confeſsionis: poſtea vero ſic. Med. ait negare id eſſe ex iure diuino non eſt proprie hæreticum, ſed ſapit hæreſim. Victor. in 1. lect. tenuit id eſſe probabile, quod non ſit de iure diuino. Grat. de pœnitentia. d. 1. poſitis vtrinq; arg. dat optionem lectori & c. fin. ponit ſententiã Theodori Archiepiſ. quod non ſit de iure diuino. hi omnes loquuntur ante concil. Trid. ſed Medin. non eſt excuſandus propter conc. Compluté. quod vidit. [i] Doct. d. 17. vbi D. Thom. q. 3. Palac. q. 5. Soto. d. 18. q. 1. 5. Ledeſ. 2. p. q. 8. a. 6. Cano. de pçnit. p. 5. Victor. §. 140. ac propterea eccleſiæ prudẽtiæ relictum eſt, vt pro temporum ratione determinet: & à princip. eccleſiæ videtur fuiſſe præceptum communionis quotidianæ, vt dicetur lib. de eucha. poſtea in tribus diebus paſchæ: tandem concil. Láter. & Trid ſemel in anno. & addit D. Tho. d. 17. q. 3. 1. 4. & quodl. 1. a. 11. in quadrageſima confeſsionem obligare propter communionem paſchæ. [k] D. Thom. d. 17. q. 3. 1. 3. ad. 1. & add. q. 6. art. 6. Soto. q. 1. a. 3. con. 7. Mai. Marſil. Medin. Ledeſ. q. 5. a. 5. dub. 1. a. 6. dub. 1. col. 2. Palac. Cano. p. 5. Victor. [l] ſup. Soto Ledeſ. quia forte tenet iure diuino ſaltem quolibet. quinquennio. [m] Chriſtus non commiſit Papæ diſpenſare, niſi in çdificationẽ eccleſiæ: in præceptis quæ ſunt mere de iure diuino, vt eſt de neceſſario ſacramento pœnitentiæ, quod generaliter docet D. Thom. 1. 2. q. 97. 4. ad vlt. Couar. 2. p. ſponſ. c. 6. §. 9. num. 4. Nau. prælud. 9. num. 14. [n] quæ eſt ratio D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 10. ad. 2. q. 89. 9. ad. 1. Soto. lib. 7. iuſt. q. 4. a. 3. [o] [p] Quare D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8. ad. 1. comparat præceptum pœnitentiæ cum præcepto reſtitutionis. Soto. lib. 4. iuſt. q. 7. a. 4. q. 6. a. 2. ad. 2. d. 17.



ſalutis vtilitate, quam de læſi ſui honoris accelerata ſatisfactione ſolicitus) concedit inducias peccatori, [q] ne ſub nouæ culpæ reatu ſtatim confiteri cogatur. [r] ſed neque præceptum confeſsionis aut contritionis, aut diligendi Deum obligat in ipſis Dominicis, & feſtis ſolennioribus: [s] quanuis quidam tunc obligare videntur: [t] quos interpretari licet. Eſt vero ſalubre conſilium, vt de peccatis etiam rite abſolutis pœnitentiam agat per ſingulas noctes: ad imitationem Prophetæ Dauid Pſalm. 6. & Apoſtoli Petri: & vt per ſta ta feſtorum tempora ſacramenta pœnitentiæ & communionis frequenter, [u] ad arbitrium prudentis confeſſarij.

3 Tempora in quibus præceptum confeſsionis obligaret ſtando in ſolo iure diuino. hæc ferè ſunt. 1. in articulo neceſsitatis [x] (ſic enim præcepta affirmatiua, vt de eleemoſyna obligant in extrema ſaltem neceſsitate) vt quando ſigna indicant imminere mortis naturalis articulum, [y] aut periculum [z] vt ſi timetur probabile naufragium ex ſuborta tempeſtate, [a] vel inſtat præliũ: [b]

17. q. 2. a. 6. qua ratione qui omiſit cõfiteri hoc anno, tenetur ſtatim ſequenti anno, propter negationem incluſam: non ſic, qui omiſit communicare tẽpore paſchæ. Soto. d. 12. q. 1. a. 4. d. 18. q. 1. a. 4. Med. q. de cõfeſ. ſemel in anno. f. 63. Victor. §. 135. 147. Led. q. 7. 5. dub. 2. Cano. p. 5. fr. Med. lib. 1. c. 14. §. 41. 42. Nauar. c. 21. nu. 45. Alcoc. c. 17. Recent. cõmuniter contra Ant. 3. p. tit. 9. c. 9. §. 3. tit. 14. c. 19. §. 3. & Syl. euchar. 3. §. 15. [q] Bon. d. 17. Rich. a. 3. q. 6. Scot. d. 18. Landulph. & Mairo. imo & D. Tho. d. 18. a. 4. & add. q. 6. a. 5. Ledeſ. q. 8. a. 5. Soto ſup. Director. lib. 1. tit. 15. §. 2. Rainer. verb. confeſ. Fr. Alex. in ſumm. lib. 1. tit. 4. c. 5. Nauar. c. 21. nu. 33. imo nec Deus obligat vt ſtatim poſt peccatum homo teneatur conteri, & compenſare offenſam cõfeſsione. [r] D. Tho. d. 17. q. 3. 1. 4. & quodl. 1. a. 11. Soto. d. 1. q. 1. a. 4. con. 2. Led. 2. p. q. 5. a. 5. dub. 2. con. 1. Cano. p. 5. de pœnit. Alex. 4. p. Med. de cõfeſſ. q. 15. Rich. d. 17. a. 3. q. 6. Bon. a. 1. Dur. q. 10. Scot. d. 18. Syl. confeſſ. 1. §. 2. Director. lib. 1. tit. 5. §. 51. Fr. Alex. ſum. lib. 1. tit. 4. c. 5. cum Rain. verb. confeſ. Landulph & Maior. d. 17. Palud. q. 2. & d. 9. q. 1. Couar. c. alm. 1. p. §. 1. nu. 7. Nauar. c. 2. n. 6. & de pçnit. d. 5. p. 6. nu. 27. Pan. c. omnis. contr. Innoc. 4. in. c. omnis. & Archid. in. c. illæ res. de pœnitẽtia. d. 3. Guillel. Pariſ. tit. de pœnitentia. qui tres putant peccatorem teneri ad confeſsionem ſtatim vt habet copiam confeſſarij: tum vt ſatisfaciat iniuriæ Dei, tum ne peccata excidant memoria, aut peccatũ vnum præcipitet in aliud: & præſertim quia ſe exponit periculo moriendi ſine confeſsione: quæ ſententia eſt falſa & nimis ſcrupuloſa. [s] Soto. d. 17. q. 2. a. vlt. poſt. 2. con. Cano de pœnitentia. p. 4. Med. de pçnitentia. q. 6. Cai. 2. 2. q. 122. 4. & ver. contritio. & opuſ. 19. q. 4. Syl. Dominica. §. 6. verſ. 4. & feriæ. Couar. c. alma. 1. p. §. 5. nu. 3. Nauarr. c. 13. nu. 2. & 17. c. 6. n. 9. Soto. etiam. d. 18. q. 2. a. 4. & lib. 2. iuſt. q. 4. 4. & citat Scot. & Alex. in contrarium. [t] Alex. Scot. & multi affirmant, quod ſicut peccata quædam in loco ſacro, vt homicidium & fornicatio, habent ſpeciem ſacrilegij, ita peccatum in die feſto Scot. 3. d. 17. q. 1. a. 3. §. quantum ad. 2. & d. 37. q. 1. §. ad. 1. igitur. Gab. ibi Mai. Rich. d. 37. a. 2. q. 3. vbi Alex. Lombard. Ant. 2. p. tit. 9. c. 1. Angel. feriæ. §. 31. Fr. Alex. ſumm. tit. 2. Angeſt. in moral. c. 8. Pet. Sot. titul. de pœnitentia lect. 13. qui non loquuntur de contritione, ſed quod in feſto tenetur homo diligere Deum: aut ſi miſſam audire non poteſt, tenetur compenſare alijs orationibus. idem Polanco, in direct. & valde fauet D. Th. 2. 2. q. 122. 4. ad. 3. cum Aug. & in. 4. d. 32. a. 5. 2. ad 1. ſed ſunt interpretandi ſi quis peccet in contemptum feſti: D. Thom. de mal. q. 2. a. 6. ad. 2. Bergom. concord. §. 348. Cord. lib. 1. q. 5. Angel. Dominic. §. 2. Roſel. Armil. idem Pedraza & Baltanas. in. 3. præcep. & alij ex ſup. cit. finis autem præcepti quem intendit eccleſia vt in feſto ſanctificemur, non cadit ſub præcepto. & tamen peccatum plus contrariatur fini præcepti quam opus ſeruile, vt ait D. Thom. d. q. 122. cum Auguſt. vbi Caiet. Soto. 1. de nat. & gratia. c. 22. illud vero Leui. 16. & 23. de feſto expiationis, affligetis animas veſtras: non prçcipit contritionem, ſed ieiunium: & erat præceptũ iudiciale: quod iam ceſſauit. [u] de euchar. c. 53. vbi citantur Patres. magis vero expedit frequentare confeſsionem, etiam ijs qui propter ætatem, aut aliud impedimentum non communicant. [x] [y] D. Thom. quodl. 1. ar. 12. & d. 17. ſup. Rich. a. 3. q. 6. Durand. q. 10. Soto. d. 18. Victor. §. 134. Couar. c. alma. 1. p. §. 1. nu. 7. Nauar. c. 2. num. 8. c. 27. num. 270. §. 7. fin. Cano. & communis. falſo autem Palu. d. 17. q. 2. putat pro ſolo art. neceſsitatis aut mortis, obligare præceptum affirmatiuum de confeſ. aut communione, ſtando in ſolo iure diuino. nam ex natura & fine iſtius præcepti ſumitur obligatio illius, præſertim obligat in mortis art. vel periculo. vbi agitur de ſtatu æternæ vitæ: ob quod Iacob. 5. cum ſacramento vnctionis coniungit præceptum confeſsionis, vt notat D. Thom. ſup. Cypria. epiſto. ad presbyt. & diac.

[z] articulus mortis dicitur, vbi ex morbo aut vulnere intrinſeco homines communiter moriuntur Nauar. ſup. cum Pan. c. paſtoral. §. 1. num. 5. de offic. ord. ſed periculum mortis habet gradus. ex placida tamen nauigatione tranquilli maris, agitatione taurorum & torneamentis non ſequitur vni priuato tale periculum. vbi periculum probabile mortis imminet (vt homini ſano, qui prælium eſt intraturus, aut qui ſuſpendendus eſt) qui habet facultatem abſoluendi in articulo, aut concedendi indulgentiam per bullam, idem poteſt in periculo mortis, vt ſatis probat. c. eos qui. de ſentent. excommu. in. 6. Palud. d. 17. quæſt. 2. art. 5. Medin. q. 16. de confeſſ. tract. 2. f. 60. Couar. cap. alm. 1. p. §. 11. num. 8. Nauar. cap. 27. nume. 270. §. 7. fin. Ledeſm. 2. p. q. 26. 1. Cord. caſ. 18. f. 1. & Syl. confeſsio. 1. §. 6. confeſſor. 1. §. 7. fatetur id tenere multos: contra Sotum diſtinct. 18. quæſt. 1. articulo. 4. con. 5. quæſt. 4. art. 4. Cano relect. de pçnitentia. p. 5. & quoſdam Recent.

[a] [b] Nauar. cap. 2. num. 8. cum Hoſtien. Pan. Couar. Soto. d. 18. quæſt. 1. 4. Cano. p. 5. Sylueſt. confeſ. 1. §. 2. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 3. Mai. d. 17. q. 2. Dur. q. 10. Adr. q. 3. de confeſ.

& fortaſſe cum delicata fœmina primum parturit, [c] aut quæ partus difficiles habere ſolet. [d] Qui præſcit eo tempore non habiturum copiam confeſſarij, tenetur opportune præuenire iure diuino, ſi paulò ante poteſt commode. [e] Item tenetur reus morti adiudicatus: quo caſu iudex pœnis etiam eccleſiaſticis compelli poteſt, vt ſententiæ executionem differat, donec plene confiteatur, [f] & digne ieiunus communicet. [g]

4 Conſcientiæ propriæ grauis remorſus rationabiliter arguit præceptum inſtare diuinum: & fortaſſe teneretur ſaltem quolibet quinquennio: [h] vt homo rationem villicationis reddat, & ſatisfaciat Deo offenſo. Sed qui habet erroneā conſcientiam, ſatisfacit ſi illam deponat. [i] ſcrupuloſus conſulendus eſt deponere practice ſcrupulos, & contemnere, inclinans in fauorem ſui contra anguſtiam & anxietatem animi quam ſentit: quia Doctores ex ſuaui Chriſti iugo concedunt amplam libertatem [k] homini quem confeſſarius prudens declarat eſſe virum timoratum & nimis ſcrupuloſum. addunt quidam. 3. quando multis, & magnis grauatur peccatis, de quibus debet proximis ſatisfactionem, & dilatio confeſſionis periculum obliuionis induceret. [l] in quo duplici caſu, aut tempore, quo dilectio Dei obligaret, tenebantur ad contritionem homines ante legis euangelicę promulgationem, niſi remedio alicuius ſacramenti, vt in circunciſione olim, attritus eſſet iuſtificatus. 4. obligat antequàm ſacramento ſynaxis reficiatur laicus, aut ſacerdos ratione celebrationis: [m] item qui recipit ordinem ſacrum, [n] vbi ex conſuetudine datur communio. Sed ante reliqua ſacramenta ſatis eſt contritio. [o] 5. ſi proprio voto, vel iuramento ſe deuinxit ad confeſſionem. [p] 6. ſi confeſſarius in-

[c d] Naua. Soto. Pan. Cou. nu. 7. Palud. d. 17. q. 2. Mai. q. 2. Dur. q. 10. Adr. de confeſ. q. 3. Anto. Syl. d. §. 2. verſ. 4. & dicit communem. Angel. confeſsio. 1. §. 31. Ledeſ. 2. p. q. 5. a. 5. dub. 5. quanuis limitat dub. vlt. Alex. ſum. lib. 1. tit. 4. c. 5. [e] Naua. c. 2. nu. 8. fin. Dur. d. 17. q. 10. n. 6. Bon. p. 2. a. 2. q. 2. Palu. q. 2. a. 4. Gabr. q. 2. a. 3. dub. 1. Mai. q. 2. a. 3. Rich. a. 3. q. 5. Syl. conf. 1. §. 2. Tabie. §. 41. Antoni. d. §. 3. Med. de confeſ. q. 16. fi. Alcoc. ſum. c. 7. Cano, Recent. Ledeſ. tamen limitat quando viueret inter infideles: quia præceptum confeſ. includit quandam negationē & obligat pro toto anno. ſic qui aduertit ſe præfixo termino nō poſſe ſoluere creditorib. quia profeſſurus eſt religionem B. Franc. tenetur antequā intret ſoluere: & præferre eum qui prior eſt in hypotheca, ne quid fiat in fraudem creditorum. & qui nouit hora meridiana non reperturum miſſam feſti, tenetur præuenire mane, non tamen pridie: quia præceptum miſſæ non incipit obligare niſi cæpto die feſto. ſic intra. 15. dies quibus implet præceptum communionis paſchæ, tenetur præuenire, ſi timet in vltimo die impedimentum fore. inf. c. 4. §. 7. At falſo Nau. c. 25. n. 100. tenet quod ſi veſpere impediēdus eſt febri quartana, tenetur inane recitare veſperas. ſed. c. 21. n. 35. videtur tacite retractare. vt in eo caſu qui habet priuilegium præueniendi horas, non tenetur mane præuenire veſperas & completorium. Soto. Mantius & multi Recent. nec tenetur longo ante tempore præuenire communionem paſchæ. [f] lib. de euchar. c. 4. §. 1. vbi allata eſt pragm. Philipp. II. Regis Hiſpan. qua iubet damnatis ad mortem dari ſacramentum pœnitentiæ & euchar. & citat proprium motum Pij V. idem Clem. 1. de pœnit. & rem. ibi gloſ. & Ioan. de Imol. conci. Vvormat. c. 80. Cou. 2. var. c. 1. n. 11. Led. 2. p. q. 34. a. 2. fin. Simanc. de cathol. inſtit. c. 57. n. 16. Perez. l. 8. tit. 1. lib. 1. ord. l. 12. tit. 19. lib. 8. Syl. eucha. 3. n. 7. verſ. 8. iudex. 1. §. 11. & 12. fi. Ang. euchar. 3. §. 26. Maiol. lib. 3. irreg. c. 24. n. 15. Nau. c. 25. nu. 23. & lib. de orat. not. 22. num. 11. [g] Archiep. Guerre. Granat. dicebat licitum dare huic cōmunionem poſt cibum, ſi iudex executionem ſentētię differre nolit, vt ieiunus communicet. [h] Scot. Ledeſ. ſup. §. 2. L. [i] Dur. d. 17. q. 10. tenetur aliquando ex conſcientia erronea. At ſane tunc ſat eſt deponere cōſcientiam. Cano, Pet. Sot. lec. 13. Nau. c. 2. n. 9. c. 21. nu. 35. [k] Cai. verb. ſcrupuloſus. Gerſo. Cor. lib. 3. q. 14. in prin. & §. 5. col. 6. Cai. & fr. Med. 1. 2. q. 19. a. 5. Naua. c. 27. n. 290. ſed in propoſito dicunt, quod ſcrupuloſus non tenetur confiteri ſcrupulos, aut repetere ea peccata quæ ſcrupuloſe timet non fuiſſe dicta, aut non ſatis integre dicta confeſſario. Ledeſ. 2. p. q. 5. a. 4. dub. 4. Victor. § 129. Nau. c. 21. n. 42. Cord. ſup. addebāt conſulti Soto, Pet. de Soto maior, Peña & alij primarij Salmant. nō eſſe admittēdū ad repetendos ſcrupulos: tutumq; eſſe in cōſcientia adhærentem huic dictamini ſapientū, agēdum eſt in dubijs contra ſcrupulos. & quibuſdam valde timidis conſulendū, ne confiteantur ſcrupulum, niſi iurare poſsint, ſe deliberate & ſponte conſenſiſſe in id peccatum M. & nunquā id confeſſum fuiſſe. [l] limita intra longum tempus, vt quinquennium, vt dictum eſt. At ob periculum obliuionis intra annum non tenetur. inf. c. 4. §. 8. præſertim quia ſatiseſſet ea peccata ſcribere ad memoriā, ac ſubinde non obligat per ſe præceptū confeſsionis. [m] lib. de euchar. c. 45. & ſeq. & quibus caſibus liceat celebrare cōtritū, quando non habet copiam idonei confeſſarij. conc. Trid. ſeſ. 13. cap. 7. & can. vlt. & colligit præceptum diuinū ex. 1. Cor. 11. probet autem ſeipſum homo. vt (contra Cai. q. 80. a. 4. & in. 1. Cor. 11. & ver. contritio. & cōmunio.) tenet cōis, Nau. c. 2. n. 7. c. 21. n. 49. c. 22. n. 3. Sot. d. 17. q. 2. 6. d. 12. q. 1. 4. d. 18. q. 1. 4. Cano. p. 5. Pet. Sot. lec. 12. de conf. Victo. §. 78. 133. Ledeſ. 1. p. q. 21. 4. Palac. d. 9. q. 3. Caſtr. ver. euchar. her. 10. DD. d. 9. Alber. Bon. Scot. Dur. Palu. Gabr. [n] D. Tho. quodl. 1. a. 11. Nau. c. 2. nu. 8. & de pœni. d. 5. prin. n. 42. cum conc. Colon. Led. q. 5. 5. dub. 3. & art. 6. Marſi. q. 12. art. 1. [o] Naura. Soto. Ledeſ. ſup. & q. 2. a. 3. Vict. Pet. Sot. lec. 13. Cano. p. 5. D. Tho. q. 72. 7. ad. 2. Med. de pœnit. q. 6. dub. vlt. Syl. cōf. 1. §. 2. Tabie. cōf. 2. § 44. cōt. Marſi ſup. & Ang. cōf. cū Landulph. & alios apud Ant. 3. p. tit. 14 c. 19. §. 3. idem Adr. Viguer. c. 16. §. 4. verſ. 14. & Palu. addit d. 17. q. 2. a. 5. dum recepturus eſt, aut miniſtraturus aliquod ſacramentum. [p] Nauar. cap. 2. n. 9.

q fr.



iungit in pœnitentiam vt iterum tali tempore confiteatur, & ipſe pœnitens acceptauit. [q] 7. ſi velit quaſdam indulgentias lucrari; in quarum conceſsione conditio præuiæ confeſsionis exprimitur. [r] ea conditio in eum finem neceſſaria eſt, ſed non de præcepto. nec tunc neceſſe eſt confiteri, niſi habeat conſcientiam peccati M. [s]

## CAP. IIII.

Eccleſiæ præceptum impletur in quouis die anni eccleſiaſtici, præſertim ad finem illius: ſi habet conſcientiam peccati M. vel ſi dubitat eſſe M.

2 *Satis eſt confeſſionem fieri ſacerdoti regulari.*

3 *Quæ cauſæ ab eo præcepto etiam diuino excuſent.*

4 *Quando ſtatim, aut poſt annum obliget.*

6 *Quando teneatur præuenire tempus.*

7 *Sed obliuioſus non obligatur præuenire finem anni.*

9 *Regulares non videntur ſub M. obligari, niſi ſemel in anno.*

PRæcepto eccleſiæ obligatur primum ſemel in anno [a] (id eſt, in aliquo totius anni die) cōfiteri, ſi habet conſcientiam peccati mortalis. [b] quidam [c] falſo putant ſaltem in religione obligari ad confitendā quædam venialia: vt. §. 10. dicetur. Eccleſia determinat tempus iuris diuini: nec enim poſſet propria autoritate præcipere vt manifeſtentur peccata interiora, [d] ſi quis hæc tantum haberet, niſi à Chriſto haberet poteſtatem determinandi circunſtantias temporis, & modi circa vſum ſacramentorum. Eccleſiaſtici anni terminus videtur eſſe paſchale tempus reſurrectionis [e] poſt quadrageſimam, cum latitudine quadam anni caſualis eccleſiaſtici, [f] vt conſuetudo interpretatur. poſt quod tempus ex cauſa licebit

[q] fr. Medin. lib. 2. inſtruct. [r] Nauar. §. in Leuit. not. 18. Ang. indulg. §. 17. Cai. opuſ. de indulg. ad Iul. c. 10. Cordu. lib. 5. q. 27. 28. Adr. 4. de indulg. Sot. d. 21. q. 2 a. 3. col. 5. ſupponit vt certū. & addūt Soto, Nau. Peña. quod ſatis eſt tempore iubilei per hebdomadam conceſsi confiteri in vltima Dn̄ca. [s] Nau. ſup. not. 18. n. 17. not. 30. n. 7. cum Ant. 1. p. tit. 10. c. 3. cont. Cord. q. 28. & fauēt cit. inf. c. 4. B.

### GLOSSA. Cap. IIII.

[a] PRæceptum eccleſiæ vt certo colligitur de communione paſchæ, ita & de confeſsione annua, ex conc. Later. ſub Inno. 3. c. 21. habetur. c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnit. & remiſ. quod citans Tri. ſeſ. 14. c. 5. fin. & can. 8. dicit eſſe præceptum omnibus. Soto. d. 18. q. 1. a. 1. ad. 5. Cano rel. de pœnit. p. 5. Ledeſ. 2. p. q. 5. a. 5. Palu. d. 17. q. 7. n. 16. Palac. q. 5. Nau. c. 2. n. 6. & 10. fin. Taper. a. 5. & ante Innoc. erat implicite præceptū confeſsionis incluſum ſub præcepto communionis: ad quam non admittebatur niſi pœnitens per ſacerdotē abſolutus à peccatis: probat Taper ex Zepher. PP. qui inſtituit vt omnes communicarent in Paſcha, vt refert Platin. item Fabian. PP. epiſt. 2. Eutichian. PP. c. & ſi. de cōſec. d. 2. c. prædicandum. 22. q. 1. & D. Tho. d. 17. q. 3. 1. 4. & quodl. 1. a. 11. ait in quadrageſima præceptum confeſsionis obligare propter communionē. Quare male Dur. d. 15. q. 14. reliquit ſub dubio an eccleſia d. c. omnis, imponat præceptum de confeſſione, aut potius ſit tantum exhortatio. idem fere Med. C. de confeſ. q. 5. & addit, pœnam in. c. omnis, non imponi contra omittentes confeſsionem, ſed communionem. vtrumque falſum eſt. [b] quia eccleſia iuri diuino præſcribit tempus: ius vero diuinum non obligat confiteri, niſi peccata M. Soto. q. 1. ar. 3. Ledeſ. 2. p. q. 5. a. 3. q. 22. a. 1. fol. 328. D. Tho. d. 17. q. 1. 1. 4. ad. 3. add. q. 6. 3. ad. 3. 3. p. q. 65. a. 1. nullum ſacram. eſſe per ſe contra venialia. & idem de ſacram. pœnit. ait. q. 84. 2. & cōm. d. 17. Scot. q. 1. Gab. q. 1. a. 2. Durand. q. 9. Caiet. d. q. 65. a. 2. ad. 4. opuſ. de cōfeſ. q. 5. Syl. cōfeſ. 1. §. 13. fr. Alex. lib. 2. tit. 1. c. 7. Nau. c. 2. n. 6. omnes Recēt. glo. recepta in. c. omnis. & colligitur ex Trid. ſeſ. 14. c. 5. can. 7. fin. Victor. §. 129. alias. 138. fi. quod autem Bon. d. 17. in. 2. p. a. 2. q. 1. ait tenemur pœnitere de venialibus, & d. 16. ad fin. venialia de quibus homo habet dubium, aut periculum peccati M. eſſe confitenda: nihil dicit contra nos. idem tenet Ang. confeſsio. 1. §. 27. Vega lib. 13. in Trid c. 30. [c] vt Inno. ſupplem. Rich. d. 17. a. 2. q. 4. Almain. a. 2. & ſibi contrarius Ang. confeſ. 2. §. penult. cum Alex. 4. p. q. 77. memb. 1. At ſane vt bene ait Soto & alij, ſatis eſt vt ſe præſentet parocho ante communionem paſchæ, ne videatur temere accedere: & dicat ſe ideo non confiteri, quia non habet conſcientiam peccati M. inf. K. Z. cit. [d] Soto. d. 18. q. 1. 1. poſt con. Ledeſm. q. 5. a. 1. con. 1. Caiet. opuſ. de conf. q. 2. ad. 1. quia de internis peccatis dicitur 1. Corin. 4. nolite ante tempus iudicare. fauet Tri. ſeſ. 14. c. 5. dicit non ſatis conſulte humana lege præciperetur, vt delicta ſecreta eſſent publica confeſsione aperienda. ſed Med. de confeſ. q. 1. cū Adr. de confeſ. q. 3. a. 2. falſo tenet quod eccleſia poteſt pręcipere circa actus internos, & excōmunicare ob hæreſim internā. At præcipit internā attentionem, quatenus neceſſaria eſt ad ſubſtantiam orationis externę. [e] Nau. c. 2. n. 10. colligit ex Trid. c. 5. & can. 8. fi. vbi pro cōf. declarat tēpus quadrageſimæ ex cōſuetudine eccleſiæ. vid. Soto. d. 18. q. 1. 4. con. 4. Burchar. li. 19. ſui decret. à princ. & c. 16. ex cōc. Agathē. Sixt. 4. extrauag. vices, de treugua & pace, vetat ne Mendicātes prædicēt parochianis nō teneri ſaltem in paſcha confiteri proprio parocho. cōc. Agathē. habetur in capite. 80. d. c. referunt Renā. & Pamel. in Tertul. de pœnit. c. 1. fi. D. Tho. d. 17. q. 3. 1. 4. quodl. 1. a. 11. Med de cōfeſ. tract. 2. q. 20. dicit hāc cōſuetudinē iam obligare. Vict. §. 192. refert Renā. y la cartilla cōfiteri ſemel ſaltē in quadrag. Palac. d. 17. q. 8. p. 294. con. 3. [f] annus

eccle-

aliquantulum differre confeſsio. [g] nec tamen ea conſuetudo obligat confiteri in quadrageſima, [h] niſi propter communionem Paſchæ: ſatis enim implet præceptum, qui in quauis anni parte confitetur. [i]

2 Hinc ſequitur eum, qui in principio anni eccleſiaſtici, aut alia eius parte confeſſus eſt omnia. m. quæ tunc habebat, ſatis impleſſe præceptum: [k] nec tenetur iterum ſequenti paſcha fateri, ſi non habet conſcientiam noui peccati mortalis. at ſi poſt dictam confeſsionem cadat in M. videtur hoc præcepto per ſe conſtringi: [l] quaſi eccleſia omnia peccata intra annum eccleſiaſticum commiſſa obliget confiteri intra ipſum annum, ſaltem in fine illius: vt declarat conſuetudo fidelium in quadrageſima, ſeu fine anni confitentium: [m] & tunc parochi compellunt, & epiſcopus edicto procedit contra eos, qui tunc non ſunt confeſsi: quo admiſſo fit, ne vltra annum liceat manere in peccato, [n] quin Deo, & eccleſiæ curet reconciliari ſub præcepto confeſsionis annuæ, atque ita vltra annum non licet differre confeſsionem peccati M. [o]

3 Præcepto ſatisfacit ſæcularis, qui ſacerdoti regulari expoſito & per epiſcopum approbato iuxta formam conci. Trident. confitetur etiam in quadrageſima, & paſcha. [p] erroneum vero eſt quod quidam dicunt, [q] epiſcopū ſic directe abſolutum poſſe compellere, vt confeſsionem ipſi aut parocho repetat. olim tamen iure communi parochiani tenebantur in paſcha confiteri ſemel proprio ſacerdoti, [r] ſed ea tantum de quibus nō

eccleſiaſticus pro ſacramentorum confeſsionis & cōmunionis receptione, videtur incipere ab vno paſcha reſurrectionis ad ſequens paſcha. circiter: ſicut apud Hebræos incipiebat à. 14. Luna Martij ſeu plenilunio in quo paſcha incidebat. paſcha vero eſt radix numerandi feſta mobilia anni. id tempus *anni* interdum continet. 11. aut. 13. menſes. hinc eccleſia declarat confitendum eſſe, ſaltem in quadrageſima vſque ad paſcha: quaſi ſit finis totius anni eccleſiaſtici: vt citatum eſt. E. Palac. d. 17. q. 8. con. 3. p. 214. ſic dies pro recitandis horis ſumitur late ab occaſu ſolis in præcedenti die quo recitantur matutinæ, vſque ad ſequētis diei mediam noctem: & Februar. continet interdum. 29. dies & annus publicationis pro bulla cruciatæ, intelligitur vſque ad ſequentis anni publicationem: licet ille annus ſit longior per aliquot dies, vt aiunt conſulti Salmant. Theol. & iuriſper. doctiſsimi.

[g] Fr. Alex. ſum. lib. 1. tit. 4. c. 5. cum Alex. Alenſi. 4. p. Bon. d. 17. Rain. ver. confeſ. &. c. omnis concedit de conſilio confeſſarij differre communionem, aut confeſsionem. ſic præceptum communionis quod in. 1. die paſchæ obligat, extenditur ad quædam tempora ante & poſt paſcha. vt ad Dominicā in Albis & alicubi vlterius, quia in moralibus conſuetudo ampliat ad id quod parum diſtat.

[h] Quia non omnis conſuetudo ſtricte obligat: atque ita præceptum confeſsionis ſatis impletur quouis tempore totius anni. nec. c. omnis determinat certum diem, ſicut in communione decernit paſcha: atque ita Trid. ſeſ. 14. c. 5. fin. morem confitendi in quadrageſima probat, vt pium tantum, & merito retinendum: quod aiunt Doct. ſtatim cit.

[i] Anto. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 3. Syl. confeſ. 1. §. 2. Victor. §. 126. alias. 137. &. §. 192. Ledeſ. 2. p. quæſt. 5. a. 5. dub. 6. Soto. d. 18. q. 1. ar. 4. con. 4. Cano. relect. de pœnit. p. 5. Nauar. cap. 2. nume. 10. facit. c. 21. num. 35. &. 45. cum Anto. & Sylueſt. Fr. Med. lib. 1. inſtruct. cap. 14. §. 41.

[k] cit. I. præſertim qui tempore paſchæ nō habet conſcientiam peccati M. ſatis eſt vt ſe parocho præſentet abſque confeſ. ſup. C. Nau. c. 2. n. 9. Led. a. 5. dub. 6. Cano, Vict. Soto. inf. [l] idque ex vi præcepti confeſsionis, quanuis non eſſet cōmunicaturus in paſcha: vt puer non habēs plenam ętatē, aut qui habet periculum vomitus: ne ſecunda confeſsio diſtet à prima vltra annum: Soto. d. 18. q. 1. a. 4. con. 1. Cano. p. 5. Vict. § 137. Lede. a. 5. dub. 7. Nau. c. 2. nu. 10. & quidā Recent. & ſatis ſignificat Trid. c. 5. fi. dū probat piam conſuetudinē confitēdi in quadrag. quaſi in fine anni eccleſiaſtici. Sixt. 4. extrauag. vices, de treugua & pace. & clarius. c. in capite. 40. d. Burchard lib. 19. c. 1. Innoc. I. epiſt. 1. c. 1. fauet D. Tho. d. 17. q. 3. 1. 4. quanuis dicat, confeſsionē obligare in quadrag. propter communionem. quod plane ait Soto. ſup. & Pet. Sot. de conf. lect. 5. facit Ledeſ. dub. 7. Medin. C. de conf. q. 18. de confeſsione ſemel in anno. f. 63. nec obſtat quod Soto. d. 12. q. 1. a. 11. c. fin. negat puerum duodenē teneri ad confitendum in paſcha. quia intelligit ſi præcedenti tempore confeſſus eſt, non tenetur per accidens cōfiteri in paſcha ratione cōmunionis, ad quam nondum obligatur. [m] [n] ex dictis. L. [o] bene aduertit Soto. [p] inf. lib. 3. c. 13. Alex. Pap. 4. Clem. 4. Vrban. 4. conceſsit ſacerdotibus ex ordine Mēdic. & poſtea Paul. 3. & ampliſsime Greg. 13. cōceſsit religioni ſocietatis Ieſu facultatem audiendi confeſsiones omnium ad ſe confluentium. & confirmat Ioan. 22. extrauag. vas electionis de hæret. At Bonif. 8. extrauag. ſuper cathedram. de ſepult. moderatus eſt hæc priuilegia, & licet eam moderationem ad tempus ſuſtulit Bened. 11. ſed eādem confirmat Alex. 5. c. dudum. de ſepult. [q] Ioan. de Poliaco negat Papā potuiſſe in præiudicium parochi & epiſcopi concedere regularibus talia priuilegia. ſentit Henric. quodl. 10. q. 1. &. 2. Rich. & gloſ. in. c. omnis. fauet Grego. c. ex autoritate. 6. q. 1. ſed Taper. 1. 5. negat expedire priuilegia & bullas, quibus paſsim eximuntur à Paſtore ordinario. ea ſententia Ioan de Poliaco eſt erronea, cōtra Pontif. autoritatē: qui vt poteſt per ſe ipſum, ita & per delegatos abſoluere quoſlibet fideles in toto orbe: Ledeſ. q. 7. a. 5. dub. 3. Soto. d. 18. q. 4. a. 3. Pet. Sot. lect. 5. Med. q. de conf. facta fratribus priuil. Syl. cōfeſſor. 2. §. 1. & ſeq. Mai. d. 17. q. 6. &. 17. Dur. q. 12. facit Nau. c. 27. n. 260. ſic approbatus à Pap. & nūc per epiſcopū ſeruata forma concil. poteſt audire cōfeſsiones etiam eorum qui carent bulla cruciatæ: quanuis contradicat Parochus Syl. confeſſor. 1. §. 1. vide. §. 4. 5. 11. 15. Adr. de conf. q. 5. Medin. fol. 90. &. 92. Soto. q. 4. a. 2. &. 3. Cordu. Caſ. 10. dub. 2.

[r] Vt docet Bened. X I. & Six. I I I I. & extrauag.





fuerant abſoluti: ſicut tenentur ſemel in parochia ſuſcipere communionem, [s] quanuis in monaſterio, aut alibi circa tempus paſchæ communicauerit. ſed propter priuilegia regularium, ſi quis probat ſe regulari expoſito confeſſum, debet parochus ei credere, [t] vt miniſtret euchariſtiam in paſcha: niſi eſſet in notorio peccato, cuius ſcandalo nondū ſatisfecit, aut ex cauſa ſuſpectus eſſet de mendacio.

4 Neceſsitas vero præcepti etiā diuini (extra mortis periculū) non confert ſacerdoti nullibi expoſito iuriſdictionem abſoluendi: [u] ac proinde parochus in feſto celebraturus excuſatur à præmittenda confeſsione, ſi non habet copiam confeſſarij idonei, & expoſiti: tenetur tamen habere contritionem vt tunc digne celebret. Deinde excuſatur, in his caſibus, de quibus lib. de euchar. c. 46. vt ſi hic cōmode non habet, quando diſtat per leucam ab oppido confeſſarij. 3. ſi pœnitens certi peccati externi timet rationabiliter periculum reuelationis, aut aliud damnum ſibi vel alteri imminere, excuſatur non à tota aliorum M. ſi habeat, ſed ab integritate cōfeſsionis, vt dicetur lib. 3. c. 13. & lib. 2. c. 9. ſi tamen periculū in totam incidat confeſsionem, excuſabitur à tota: deberet tamen confiteri id quod licet (puta conſenſum internum illius peccati, aut aliquod veniale) quia tunc ea confeſsio eſſet ita integra per ſe, vt per abſolutionē impius iuſtificetur. 4. ſi ſub ſecreto ſigillo non poteſt proferre peccata (vt ſi tempore procellæ, vel peſtis vrgētis oportet ab alijs ſocijs peccata pręſertim infamia audiri, aut quia confeſſarius eſt ſurdus, aut non niſi per laicum interpretem inf. lib. 2. c. 3. & 12. nouit explicare [x]) excuſatur à præcepto eccleſiaſtico, imo & à diuino de præmittenda confeſsione ante communionem. In articulo tamē mortis, ne ſe periculo damnationis exponat, contemnat periculum propriæ famæ, aut alterius damni ſi aliter non poteſt, inf. lib. 2. c. 9. & integre confiteatur etiam per interpretem: [y] ſed præceptum cum tanto detrimento non obligat. [z] Per ſcriptum non expedit communiter confiteri præſenti ſacerdoti: [a] quia periculū eſt, vt amiſſa, aut ſublata papyrus legi poſsit ab alijs. atſi caute abſque periculo fiat, vt fieri poteſt, tenetur ſaltem in periculo mortis ſic confiteri: [b] & mutet modum ſcribendi, vel literas, aut ſeparatim oſtēdat ſpecies peccatorum in libro impreſſo; & in alia papyro numerum peccatorum: ne agnoſcatur ab alijs.

5 Qui temporibus ſupra dictis, vt in periculo mortis confeſſus non eſt, habens conſcientiam peccati M. & tamen vice confeſsionis debitæ habuit contritionem, vel culpabiliter omnino confeſsionem omiſit, tenetur quam primum poſt id tempus commode poteſt, confiteri ratione negationis incluſæ in præcepto pœnitentiæ, ſicut & in præcepto reſtitutionis: vt explicatum eſt. quia non indulget Deus extra terminum dicti temporis, [c] ſup. c. 3. §. 2. quin teneatur ſatisfacere Dei iniurię quoad poteſt, per humilem ſacramenti receptionem. 2. qui ſcienter cauſa excuſante omiſit vnum M. aūt neceſſariam circunſtantiam, recipit ſtatim gratiam per abſolutionem: ſed quia non fuit integra niſi per accidens ob excuſationem, tenetur illud omiſſum fateri ſtatim. [d] 3. quādo abſente ſuperiore cōfeſſus eſt inferiori reſeruatā ſimul cū nō reſeruatis, tenet̄ ſuperiori poſtea præſenti ſtatim. i. [e] intra paucos dies cōfiteri de reſeruato, vt directe ab illo abſoluatur, & fiat cōfeſsio omniū, quę recordat̄, vna & per ſe integra. ſic enim dū miſſam celebrat, tenet̄ vitare lōgas interruptiōes, vt ſit vna, & integra miſſa & orō.

ſup. quod vero Greg. d. c. ex autoritate ait, intelligitur ne regulares poſsint ſine licētia Papæ. [s] quia priuilegia Pontificū vt Nicol. 5. & Sixt. 4. Leo. 10. data Mendicantibus excipiunt communionem in ſolo die reſurrectionis, & in mortis articulo. At tēperat Nau. c. 21. n. 52. cōpend. Mēdic. ver. cōmunicare. §. 4. 5. 9. Sot. q. 4. a. 2. vt d. eſt. lib. de euchar.

[t] quia pœnitenti in foro conſcientię creditur pro ſe & cōtra ſe, niſi oppoſitū aliunde conſtaret parocho Syl ueſt. confeſ. 2. §. 4. verſ. 3. cū Palud. d. 17. Scot. Rich. a. 3. q. 2. Syl. teſtis. §. 5. D. Tho. quodl. 1. ar. 12. extrauag. inter cūctas. col. 3. de priuil. Nau. c. ſacerdos. de pęn. d. 6. n. 85. c. placuit. nu. 174. &. & facit. c. 17. nu. 59. & . 250. fi. Addit D. Tho. ſup. & d. 17. q. 3. 2. ſi pœnitens dicat ſe afferre licentiam paſtoris pro reſeruatis, licebit ei credere: niſi haberet publicam excommunicationem, in qua non tam facile credendum eſt ei vt in foro exteriori admittatur ad diuina officia. Nauar. c. 27. nu. 36. 44.

[u] quia Trid. ſeſ. 14. c. 7. ſolum mortis articulum excipit: ſub quo intelligitur periculum mortis Nauar. c. 4. nu. 1. ſup. c. 3. lit. Z. cit. [x] Caietan. verb. confeſ. cond. 11. Soto. d. 18. q. 2. 6. Ledeſm. q. 8. a. 3. Victor. §. 173. Petrus Soto. de confeſ. lec. 5. Medi. quæſt. 19. de modo ſecreto confit. fol. 64. Maior. & Palud. diſt. 17. quia in. c. omnis. dicitur, vt ſolus cōfiteatur. [y] Cano rel. p. 5. putat in artic. mortis teneri per interpretē & Ledeſ. ſup. Victoria cū Syl. confeſ. 1. §. 15. Archidiaco. & alijs. [z] Soto. Caietan. Medi. & cōmunis.

[a] nec tenetur præcepto eccleſiæ cōfiteri per ſcriptū ſi etiā mut[us] aut infirmus, qui loqui nō poteſt. Soto Victor. Ledeſ. Naua. c. 21. nu. 36. cum Rich. d. 17. a. 2. q. 5.

[b] Syl. cum D. Tho. inſinuāte d. 17. q. 3. 4. 3. ad 2. Palud. q. 2. Mai. q. 1. ad. 3. Caiet. ſup. Pet. Sot. lec. 11. addit ne prius ſcribat peccata, ſed dū confitetur coram ſacerdote, & mox rumpat papyrum.

[c] Nam ſi Doct. inf. obligāt quādo præceptum eccleſię omiſit, multo magis tēpore mortis, quādo maxime obligat ius diuinū.

[d] Sot. d. 18. q. 2. 5. ad. 3. Lede. q. 7. a. 5. dub. 1. fi. & q. 5. & multi Recent. At falſo Cord. caſu. 1. dicit quod tenetur iterare totā confeſsionē: ſicut quando ſola reſeruata dixit ſuperiori.

[e] Soto. d. 18. quæſt. 4. a. 2. id ſerio affirmat de quo

6 Si toto anno non fuit confeſſus tenetur mox per totum annum ſequentem confiteri vt ſup.c.3. §.2. dictum eſt.5.ſi celebrationem miſſæ fecit contritus,quia non habuit copiam confeſſarij, tenetur quam primum poſsit confiteri,& tamen ſi cõmunionem paſchalis temporis omiſit(in quo affirmatiuo præcepto nulla negatio includitur ) non tenetur per ſe, ſecluſa excommunicatione epiſcopi, [f] aut dilatione confeſſarij, communicare ſequenti tempore. [g] at ſi intra tempus à confeſſario præfixum non impleuit pœnitentias iniunctas, tenetur poſtea: [h] vt ſi vouit intra menſem ingredi religionem,elapſo eo etiam tenetur [i] propter ſimilem negationem incluſam. in alijs præceptis, qui omiſit, miſſam feſti,aut horas canonicas,vel ieiunium,non tenetur ſequenti die ſupplere: [k] quia de hoc eſt præceptum pure affirmatiuũ, & onus diei. qui tamen poſt communionem etiã paſchæ,aut poſt aliud tempus recordatur noui peccati, quod in confeſſione oblitus eſt explicare: non ideo tenetur ſtatim, nec intra illum eccleſiæ annum illud confiteri, [l] quia ſatis reconciliatus eſt Deo,& eccleſiæ intra præfixum annum.Similiter impleſſe videtur, ſi quod omiſit ex ignorantia culpabili, [m] (vt ſolent ruſtici, qui groſſo modo confitentur ſine certo numero) quia fuit verum ſacramentum licet informe, & cum confeſsione omnium formaliter,& per ſe integra:alias ſi ſæpius recordaretur eo anno, aut die aliorum peccatorum,teneretur ſæpe cõfiteri:quod durum eſt. At in mortis articulo recordatus noui peccati obliti ſub probabili numero non incluſi,tenetur id fateri ſtatim,quanuis eo anno iam impleuerit præceptum eccleſiæ:quia tunc non ſupereſt aliud tempus confitendi, vt directe ab illis oblitis abſoluatur. Similiter ſi ante communionem meminit noui peccati,communiter tenetur confiteri ante illam : niſi iam linteo eſſet expoſitus ad communicandum cum alijs.vt dicetur lib. de euchar. cap.46.§.4.

7 Qui exiſtimat in futuro paſcha,vel alio huius præcepti tempore ſe non habiturum confeſſarij copiã, tenetur eodem iure diuino, vel humano,confeſsionis tempus præuenire: [n] quia hæc obligatio nõ ad certum anni diem vel hebdomadam limitatur, vt communio paſchæ, ſed per totum anni tempus diffunditur. vt nauigaturus in regionem infidelium:& qui pro caſu reſeruato habet præſentem legatum Papæ, [o] vel iubilęum, quem poſtea non habebit.ſic qui poteſt nunc ſoluere debita creditoribus, ſed poſtea non poterit, tenetur ante terminum ſoluere:vt tenetur qui antequam intret religionem Minorum poſſet ex bonis,quibus dum profitetur eſt renunciaturus : quia ſpontanea impotentia cederet in fraudem creditorum: vt non licet pręferre ſolutionem eius qui poſterior eſt tempore & hypotheca, dum fit impotens in fraudem prioris. ſi ob dilationem voti nondum obligantis timet probabiliter futurũ impedimentum perpetuũ,tenetẽ præueniendo tẽpus intrare religionẽ: [p] quia voti impletio,

vide D.Thom.add.quæſt.9.2.ad.4.Doct.d.17. vbi Palac.q.9.Ledeſm.q.8.art.2.dub.5.Victor. §. 262. Cano.p.3.Alcocer.cap.12. qui addunt quod inferior non poteſt abſoluere iſtum qui habet reſeruata niſi alias ſequeretur ſcandalum, aut infamia, neque eſt aditus ad ſuperiorẽ quia alias Trident. ſeſsio. 14.capit. 7. dicit inferiores in reſeruata nihil poſſe, nempe niſi vrgente caſu ex ratihabitione ſuperioris idem Gab. diſt.17.quæſtione.1.artic.3.dub.2.

[f] ita ratione excõmunicationis per accidens obligatur communicare elapſo termino. Soto.Victoria, & ita ſunt limitandi Palud. Maior.d.12.q.6.§.6. Armil. verb. communio. §.6. Nauar. cap.21. numero. 52. 45.

[g] communis Soto quæſt.1. artic.4.Ledeſ. quæſt.7.art. 5. dub. 2. Cano.p.5. Victor. §. 148. frat. Med.lib. 1. c.14.§.41. Anto.Syl.Medin. de confeſ.Armi.ſup. & ſignificãt Caietan. & Tabien. verbo communicare contra Nauarr. num.45. Palud. & Maior niſi limitentur vt lit.Q.

[h] Nauar.cap.12.num.54.

[i] Nau. cap.12.num.54.nam D.Thom. Palud. & communis tenet quod tenetur pręuenire tempus voti,ſi timet probabiliter quod poſtea ſuccedet perpetuũ impedimentum vt dicetur.§.7.D.

[k] Nauar.c.12.num.54.cap.21. num. 27. &. 45. lib.de orat.not.10.num.45.fr.Med.§.42.Soto.Victor.§.148.Armil.communio.§.6.Angel.& Syl.euchar. Caietan. & Tabien. communicare Victor. §. 148.& communis Recent.in Hiſpan.& Italia,contra Palud.

[l] Nauarr.cap.2.num.9.Soto, quæſt. 2.artic.5.conc.7.fin.Ledeſm.quæſt.5.artic. 5. dub. 7. Sylueſt. confeſſ. 1. numero. 3. Recẽt. quia hic iuxta Tridentin. ſeſsione.14. capitulo. 5. cenſetur ea oblita includere ſub peccatis quę confeſſus eſt. Victor. §.137. Gueuar.& multi Recent. & ita declarat conſuetudo fidelium. præceptũ enim humanum eccleſiæ obligat ſuauiter,vt in anno ſemel fateatur omnia quæ memoriæ occurrunt poſt factam aliquam diligentiam.

[m] Ijdem Doct. contra Sotum.

[n] Sup. capit. 3. §. 3. E.Bonauen. Richard. Paludan. Gab. Durandus, Mai. Sot. Cano. Sylueſt. Medi. Tabien. ſed quidam Recent. falſo excuſant pęnitentem quando non fuit cauſa voluntaria impedimenti pręuiſi.

[o] Durand.diſt.17.quæſt.10.Antoni.3.p. titul. 9. cap.9.§.3.Medi. de confeſ.quæſtione.16.fin. frater Alexand.lib.1.tit.4.cap.5.verſi.2.Alcoc. capit. 7. idem Ledeſm.quæſt.5. artic. 5. dub. 5. & exprimit de nauigaturo.

[p] Diuus Thom.& Paludanus diſtinctione. 38. Antoni.Sylueſt. Angel.Tabien.Frat.Alex.vide Nauar.cap.12.numero.54.





cum ſit promiſsio ex cauſa, & acceptata à Deo,tranſit quaſi in vim contractus,& iuſtitiæ. Secus in alijs debitis,quæ ad nullam rationem iuſtitiæ pertinent:vt febricitans non tenetur præuenire proprium tempus recitandi horas, [q] ieiunij,aut miſſæ diem,aut communionem paſchæ: quia id præceptum affirmatiuum eſt onus diei, & determinati tantum temporis.

8 Obliuioſus ſtando in ſolo iure diuino obligaretur ſecundum quoſdam Doct. quando eſſet probabile periculum omittẽdi multa peccata,præſertim reſtitutionis,vt intra quinquennium, [r] quia præſumitur ex negligentia nolle in tempore reddere integram rationem conſcientiæ. At certe ſatis eſſet ob lapſum fragilis memoriæ vt ſcripto vel aliter retineret peccata reſtitutionis & ſatiſfactiones famæ læſæ,aut excommunicationes & irregularitates cũ numero probabili peccatorum : vt ſuo tandem tempore confiteatur omnia.cæterum poſt determinatum ab eccleſia tempus,nõ tenetur obliuioſus præuenire tempus cõfeſsionis, [s] nec peccatorum memoriam ſcripto conſeruare in futurum,vt.§.4. dictũ eſt,ſatis enim eſt ad finem anni confiteri:eo quod intra annum communiter omnes reminiſci ſolent eorum quæ præcipue fecerunt, quantum ſufficit ad integritatem confeſsionis, vt confeſſarius tanquam iudex, & medicus poſsit afferre remedium, & proferre rectam ſententiam.quod homo etiam ſcrupuloſus & fragilis memoriæ,de ſe poteſt bona fide præſumere. [t]

9 Qui tamen facta conſcientiæ examinatione manet probabiliter dubius,an poſt confeſsionem fecerit peccatum M.cuius oblitus fuerit,tenetur ſub conditione ſi forte peccauit conteri: [u] ne ſe exponat periculo,& in generali fateri, ſicut meminit : & cum ſit vera accuſatio ſui cum neceſſaria materia, tenetur illum confeſſarius abſoluere. [x] ſi vero ita oblitus eſt,vt nullum dubium conſcientiæ, nec memoriam de peccato,quod re vera admiſit habeat:nõ remittitur per ſolam diligentiam, quæ eſt actus intellectus: [y] licet excuſetur ab actu pœnitentiæ & confeſsione peccati ſui obliti: quare expedit interdum elicere actus de dilectione Dei, vel de contritione generali, per quam obliuioni tradita remittantur, vt capit. 2. §. 3. dictum eſt.

10 Quidam regulares, nempe monachi nigri ſeu S. Benedicti per ius commune, aut ſtatutum religionis ſuæ obligantur ex quadam honeſtate ſub veniali confiteri ſi habeant conſcientiam peccati M. [z] ſæpius in anno,vt quolibet menſe. [a] quod præceptum iuris extenditur ad alios

[q] eſt communis contra Nauar.capit.25. numero 100.vt de ieiunio & miſſa non tenetur pridie præuenire tempus.fatetur Nauar. capit.21.numer.27. &.45.

[r] Sup.cap.3.§.3.Nauar.cap. placuit. de pœnitentia.d.6.numero.159.Maior.d.17.quæſt.2. Marſil. quæſtione.12.articulo. 5. p. 5.conc.3.ad fin. Adria. de confeſs. quæſtion. 5. dub.8. Medin. quæſt. 17. de tempore quo confiteri oportet fol. 60. ſentit Caietan. verb. confeſsio. cap. 5. fauet Soto. diſtinct. 18. quæſt. 1.articul.5. conc. 7. ſed ſcrupuloſe quidam iſtorum putant obliuioſum teneri ſæpius intra annum confiteri: quia limitatio tẽporis per eccleſiam non tollit tempus quo obligaret ius diuinũ. ſed Soto. & Ledeſm. quæſtione. 5. & articulo. 6. dub. 1. col. 2. bene aiũt quod tempus iuris diuini eſſet quinquennium,aut longius tempus.

[s] Soto quæſt.1.artic.4. Ledeſ. artic.5.dub.7.&.8.Petrus Soto lect.5. frater Med. lib.1.c.14.§.41.ſi.Cano.p. 5. Victor.§. 132. cum Sylueſt.confeſ.1.§.2.fin. Tabien. confeſſ. 2. §. 45. Durand.diſt.17.quæſt.15.num. 7.fin. & retractans Nauar.cap.21.num.35.contra id quod dixit in. c. placuit.quia poſtquam eccleſia in.c.omnis fecit prudentialem determinationem temporis prout habet poteſtatem à Chriſto circa tẽpus & modum de vſu ſacramentorum vt ait Trident. ſeſsi.21.cap.2.non debent ſcrupuloſi putare ſe frequentius obligari.

[t] quia vt ait Tridentin.ſeſsione.14.capit. 5. non tenetur confiteri niſi quæ facta diligentia occurrunt memoriæ.

[u] ſup.c.2.§.3.D.D.Thom.q.80.5.ad. 4. q. 84.5. ad.2.Bon.d.17.Cano.rel.de pœnitẽtia.p.3.

[x] quia qui recordatur ſe feciſſe M. & oblitus eſt ſpeciei, tenetur illud confiteri in genere ſicut nouit D. Tho. d.21.quæſt.2.1.ad.1.& art.2.Richar.a.3. q. 2. Palud.q.2.art.1.&.2.Maior.d.17.q.3.Anton.3.p tit. 10.cap.2, Nauar.c.10.num.7.§.8.fin. ſic quidam dicunt quod ſi pœnitens dicat parocho in paſcha ſe non habere conſcientiam niſi peccatorũ venialium in genere, poſſet abſolui:ait Alex. Richar. Bona. Angel.

[y] communis contra Almain. d. 14.q.1.

[z] nam de venialibus nec regulares tenentur confiteri ex ſtatuto ſup. §.1.B. contra Caieta. in opuſc. tom. 1. de confeſ.Ang. conf. 1. §. 27. Nauar. capit. placuit. de pœnitentia. d. 6. numer. 110. Medin.ſed Cano dicit obligari ſub veniali ad confitenda quædam venialia, aut alias abſoluta, quando non habent conſcientiam peccati mortalis.Innocent.ſupplem.Richard. diſt. 17.art.2.quæſt.4. Almain.ar.2.Alexand.4.p.q.77. memb.1.Ang.conf.2.§.penult.quaſi de ipſorum regularium conſenſu factum ſit ſtatutum : & perinde acſi voto ſe obligarent confiteri venialia. At nec tale votum emittunt,nec ſtatutum iubet confiteri venialia & Trident. ſeſsio.14.c.5. & can. 8. generaliter negat obligationem confitendi ven. Taper art.5.Roffen.art.8.D.Thom.3.part. quæſt. 65.1.ad.8.ibi Caiet.artic.2.ad.4.Ledeſm.quæſt.5. art.3.dub.2.Soto.quæſt.1. a.3.Cano par.5. & alij ſup.B.C.cit.

[a] Vt monachi nigri idem Benedicti in Clem. non in agro.§.ſane. de ſtatu monach. Soto quæſtione.1.artic.3. verſ.neutiquam Caietan. opuſc. tom.1.tract.5.de confeſ.q.1. Cano de pœnitentia.

monachos, ſi vero habeant ſpeciale conſtitutionem conſulenda eſt, & moniales iuxta conſtitutiones ſuas ſunt à ſuperiore monendæ. [b] laici qui tantum habent venialia, non obligantur per ſe confiteri, cum nõ ſint materia neceſſaria: ſed regulares videntur ex ſtatuto, & conſuetudine obligari ſub veniali vt aliquod ex his fateãtur ſemel in mẽſe, [c] aut ex alijs, à quibus iterum fuerat abſolutus: quia videtur aliquomodo obligari confiteri eo tempore: ſic etiam poteſt ſe voto obligare ad confitenda venialia. Item ex pio ſtatuto à Pontificibus approbato in multis religionibus mos eſt, repetere Prælato in fine anni peccata, à quibus fuerat directè abſolutus, de qua re dicetur poſtea. [d]

## C A P. V.

### Satisfieri præcepto per confeſſionem informem.

*§.2. Obligantur omnes cum habent plenam diſcretionem, etiam ante 12. ætatis annum.*

*3 Ad communionem maior diſcretio & ætas expectanda.*

*4 Ante baptiſmum fiebat quorundam peccatorum confeſſio: ſed nõ ſacramentalis.*

HVic præcepto eccleſiæ ſatisfit per eam confeſſionem, etiam informem, [a] qua manet verum ſacramentum (ſicut & præcepto recipiendi alia ſacramenta ſatisfit) quanuis ex impedimento gratia ſtatim non conferatur. per fictam vero confeſſionem non integram, quæ nulla eſt, non ſatisfit præcepto diuino, [b] & tamen quia ea res omnino eſt occulta, euadit cenſuras eccleſiæ edictis epiſcoporũ latas: & alias pœnas iuris, [c] vt viuens arceatur ab eccleſia, & moriens careat eccleſiaſtica ſepultura: quia eccleſia eos, qui ſic obedire incipiunt, non intendit duro excommunicationis gladio ferire. ſi confeſſionem fecit integram, ſed cui defuit omnis dolor aut propoſitum emendæ, euadit pœnas: ſed non implet præceptum, vt poſtea dicetur. imo quanuis defectus propoſiti debiti conſtet, iubet eccleſia acceptari confeſſiones publicæ meretricis, aut vſurarij: [d] cum tamen ſic impœnitens ſi decedat

p.5. & retractans in vltima editione Nauar.cap.2. num.9. quia nec d. cle. habet verba præceptiua, nec conſuetudo: vt ſapientes & prælati illorum interpretantur de confe. & communione menſtrua. idem de Ciſtertien. & Carthuſ. Cano tamen & Caieta. dicunt obligari ſub veniali. contra Ang. cõfeſ. 1. §. 17. dicentẽ ſub. M. & Mai. d.17.q.2. & olim Nau. c. fratres. n.59. cap. placuit. n.110. addit. capit. 21. nu. 46. teneri ad cõmunionem.

b b Tridentin. ſeſ. 25. reg. c.10. & de ijs qui aluntur in ſeminario epiſcopi. ſeſ. 23. ref. c.18. & monet Trident. de ſignari extraordinarium confeſſarium ab epiſcopo, qui dicitur Barrẽdero.

c c Caietan. Cano. ſup.

d d Inf. lib. 2. cap. 17. de quo ſtatuto Ciſtertien. Nauar. in c. placuit. n.109.118. & apud Dominican. ſtatutum fuit per Albert. Magn. dum eſſet Prouincialis, refert fr. Ferdin. del Caſtillo li.3. chron. B. Dominic. c.46.

C A P. V.

a INf. a lib.2. de confeſ. cap.11. Palac. d.17. q.8.

b b communis Doct. d.17. Dur. q.15. Pet. Sot. de conf. lec.8. fin. Soto. d.18. q.3. 3. d.17. q.1. a.2. Cano rel. de pœnit. p.5. Led. 2. p. q.8. a.2. dub.12. fr. Med. lib.1. c.14. §.41. Victor. §.163. Syl. confeſſor. 4. §. 2. Med. C. de confeſ. q.22. de confeſ. ſine pœnitentia. fol.66. cum Adr. de cõfeſ. q.5. dub.4. §. ſed quid ſi craſſa ignorantia. dicitur vero confeſſio non integra, quia ſponte tacuit aliquod peccatum M. ſine cauſa, vel ſi nullum dolorem attulit.

c c Adrian. & Syl. Palac. d.17. q.8. dicunt quod qui confitetur integre abſque dolore intendens ne abſoluatur quanuis non fateatur eam fictionem eſt actus bonus, quo implet præceptum eccleſiæ, ab ſubinde vitat excommunicationem epiſcopi latam. Victor addit ſi fateatur eum defectum doloris implere præceptum eccleſiæ. idem Cano. p.5. ad 2. & 4. Vega opuſ. de iuſtifi. q.15. Cou. c. alm. 1. p. §.5. n.1. quia per actum cum circunſtantia peccati impletur præceptum. vera ſententia eſt quod qui non implet præceptum Chriſti, hic ſimul peccat contra præceptum eccleſiæ quæ iure diuino determinat tempus: & tamen vitat cenſuras eccleſiæ, quanuis taceat peccatũ, vel fateatur abſque dolore vel propoſito emendæ, manens in concubinatu, quia ita occultus eſt ob ſigillum vt non cadat ſub pœnis eccleſiæ. hoc fatentur Medina, Victoria. Cano fr. Med. Ledeſ. Soto. d.17. ſup. & facit. d.18. Dur. q.14. n.8. & q.15. Nau. Hiſp. c.27. n.269. & in com. Hiſpan. cap.10. & 27. fol.32.256. & tamen in Latin. cap.10. numer.4. fin. remittit ſe in cap.27. vbi oblitus eſt de hoc agere. ſed Cordub. caſ.18. ait per confeſſionem dimidiatam, aut ſine dolore euitare pœnas iuris communis poſitas in cap. omnis. nõ tamen pœnam excommunicationis quæ imponitur ab epiſcopis: & remittit ſe ad librum primum. qq. q.2. oppoſi.3. pũct.1. dict.4. & videtur id ſentire Victor. & Soto. non euitare pœnas niſi vero animo accuſandi ſe, fateatur integre peccata aut ipſum defectum doloris, atque ita peccat contra diuinum præceptum de integritate, & contra præceptum eccleſiæ & contra obedientiam ob excommunicationem: at probabilior eſt, & tuta ſententia Nauarr. & aliorum euitare excommunicationem: quia ille defectus quanuis notus eſſet confeſſario vice Dei, eſt ita occultus vt non cadat ſub exteriori pœna eccleſiæ.

d d cap. quod quidam. de pœnitent. & remi. Nauar. capit.10. numero.4. Medi. ſup. de confeſſ. Soto. & Recent.





in eo notorio peccato, priuandus ſit ſepultura ſacra. [e] ad incurrendam tamen pœnam iuris, ſatis eſt confeſſionem, aut ſolam communionem omiſiſſe. [f]

2 Hoc præcepto eccleſiæ obligãtur omnes perſonæ vtriuſque ſexus qui admiſerunt M. poſt baptiſmum, vel in ipſa baptiſmi ſuſceptione indigna, [g] at venialia non ſunt materia neceſſaria. [h] 2. obligantur præcepto etiam eccleſiæ. ſi quis haberet peccatum tantũ interius: [i] quia eccleſia determinat tempus iuri diuino, quod definit ſubſtantiam, & ſpecificationem confeſſionis, vt ſit omnium peccatorum M. quæ homo habet. Non tenentur confiteri pueri ante plenum rationis vſum: [k] qui non ex ætate, ſed ex diſcretione penſandus eſt. [l] in ſeptennio tamen præſumitur communiter habere, cũ ſit capax ſponſalium & ordinum minorum. puer iuſtus, dum venialia tantum habet, poteſt, ſed nondum tenetur confiteri. pueri ante. 12. circiter annum non ligantur eccleſiaſtica cenſura propter violationem affirmatiui præcepti eccleſiaſtici: [m] præcepto tamen diuino, quod eſt de medio ad ſalutem neceſſario obligantur confiteri in mortis articulo, ſi plenum habeant rationis vſum: imo & præcepto eccleſiæ de confeſſione ſemel in anno, [n] quod eſt modificatio quædam præcepti diuini.

3 Ad communionem maior diſcretio expectanda eſt, [o] nempe vt ſciat reuerenter ſuſcipere diſcernẽs cibum ſanctum à profano, conſuetudo vero ita interpretatur præceptum diuinum, & eccleſiæ, vt ante 12. circiter annum non obligentur, vt nec communiter obligantur alijs legibus eccleſiæ: [p] expediret tamẽ in mortis articulo eos communicare etiam in. 10. ætatis anno, ſi plenum oſtendant rationis iudiciũ, [q] nunquam tamen circa annum. 7. quanuis puer eſſet viuacis ingenij. [r] Infideles vero, vel Catechumeni etiã fideles & iuſti non tenentur præcepto confeſſionis, non tantum, quod nondum baptiſmo profeſſi fuerint legem euangelicam, nec ſine baptiſmo ſint aliorum ſacramentorum capaces: ſed quia eis peccata non remittuntur in ordine ad claues eccleſiæ, quibus nondum ſubijciuntur. [s] nec enim tenetur ad hoc præceptũ, niſi qui poſt baptiſmum peccauit.

4 Olim ante baptiſmum Ioannis confitebantur peccata ſua in genere Matth. 3. & nunc confiteri poſſunt, quæ fecerunt in proximorum iniuriam, vel de quorum propinqua occaſione, & periculo timent, vt inſtituãtur, quomodo ſatisfacere, & vincere tentationes debeant: nõ aũt, vt abſoluãtur. [t] qua

e Cano. p.5. fol.122. Nauar. cap.25. num.80. quia c. omnis dicitur, vt careat eccleſiaſtica ſepultura.

f f quia de vtroque ſacramento agit. cap. omnis. & edicta epiſcoporum. eſt communis ſententia contra Med. de confeſ. quæſt.5. citatum. capit.4. A. in fin.

g g Quia ſi fictio qua adultus recipit baptiſmum eſt peccatum poſterius ſaltem natura quã baptiſmus: ac ſubinde pertinet ad ſacramentũ cõfeſsionis.

h h Tridentin. ſeſsione 14. capit.5. & can.8. fin. ſup. capit.4. §.10.

i i Tridentin. ſup. quia Chriſtus præcipit ſub eo occulto foro fieri integram confeſſionem omnium peccatorum M. Nauarr. cap. fratres. n.59. communis DD. & vſus eccleſiæ cont. Margar. confeſ. verb. confeſ. fol. 40.

k k Victor. Soto, diſt.18. q.1.3. fin. Cano. relect. ad fin. Nauar. cap.21. num.33. Cordu. caſ.60. qui oppoſitum falſo tribuit Antonam pro nobis eſt. 2. p. tit.9. cap.8. §.2. communis. diſt.17. Richard. art.2. quæſt.4. ad.6. Scot. quæſt.1. art.3. Gab. quæſt.1. conc.2. Sylueſt. confeſſ.2. §.5. puer non incurrit irreg. Nauar. cap.27. n.230.

l l Doct. ſup. & tandem Soto. d.a.3. ad fin. dicit de communione & confeſ. & addit de omnibus præceptis eccleſiæ. ſed d.11. q.1. a.11. col. penul. negat ad confeſſionem teneri ante. 12. annum. & exponendus eſt de ea confeſſione quadrageſimę ad quam eccleſia obligat propter communionem paſchæ: nam hic puer non admittitur ad communionem. Cord. §.4. mendoſe citat. 1. locum Soti & ait ad præcepta eccleſiæ obligari circiter vndecimum annum ætatis.

m m Sed Cordu. addit puerum ſi eſt doli capax cum vſu rationis poſt ſeptennium & intret ſepta monialium, quæ clauſuram vouerant, peccare & incurrere excommunicationem: & ita peccare qui hunc introducit. nec licet ei contra præceptũ eccleſiæ diebus prohibitis comedere carnes. item ſi hic clericum percutiat & ſciat excommunicationem latam incurrit illam. Nau. c.27. nu.90. Soto. addit d.18. ſi puer habet diſcretionem tenetur præcepto diuino & eccleſiæ ad confeſſionem, ſed non ſub cenſura ante annum 12. vel. 14. quare arctius obligatur præcepto negatiuo, quam affirmatiuo eccleſiæ: in confeſſione autem includitur negatiuũ, vt dictum eſt. ſed puer pro ex communicatione reſeruata non eſt mittendus ad Papam Nauar. cap. 27. numer. 88. & tempore interdicti excluditur ab officijs. Nauar. numer. 168.

n n Expreſſe Soto. diſt. 18. & videtur certa ſententia, neque id negant alij. quia cap. omnis. & Trident. dicunt obligari omnes cum ad annos diſcretionis peruenerint.

o o lib. de euchariſt. cap.42. Nauarr. capit.21. numero.33. Diuus Thom. quæſtione. 80. articulo. 9. Sot. diſt.12. quæſtione. 1.9. & 11. fin. Cord. caſ.60. dicit prope annum. 14.

pq p Soto, & Cordu. ſup. q Soto, nam & olim apud Græcos data communio pueris proderat ad augmentum gratiæ, de quo Tridentin. ſeſsione 21. capit.4.

r r Soto, cum Antoni. & eſt communis ſententia in praxi.

s s Soto diſtinctione. 18. quæſtione. 1. 2. Maior. diſtinct. 17. quæſtione. 1. Almain. quæſtione. 1. articulo. 2. Medi. de confeſ. quæſtione. 7. folio. 50. Recent. qui autem dicunt oppoſitum ſunt interpretandi.

t t Sup. de bap. c.33. §.3. lit. O. D. Thom. q.68. a.6.

Soto.d.4.a.6.atque ita interpretandi ſunt qui dicũt præceptum quoddam confeſsionis obligare aliquo modo infideles vt Scot.d.17.q.1.1.Richar.a.2.q.4.Adria.de conf.q.2.Ange.confeſ.2.§.2.Sylueſt. confeſ.2.§.1.Soto.diſt.18.quæſt.1.2.

re dum paganus per contritionem iuſtificatur, non includit ſacramentum pœnitentiæ in voto, ſed ſolum baptiſmum, nec vero includit votũ ſacramenti euchariſtiæ, [u] per illa verba Ioan. 6. niſi manducaueritis carnem, &c. ſatis enim eſt ſpiritualiter Chriſtum manducare. i. incorporari Chriſto per gratiam ante baptiſmuu.

## C A P. V I.

Præceptum pœnitentiæ ſeu contritionis quomodo differt à præcepto reſtitutionis.

*§.2. homo ſi creatus in puris naturalibus peccaret, obligaretur ad pœnitentiam.*

4 *De contritione olim erat medium neceſſarium & ſimul præceptum. obligat licet homo nunquam eſſet moriturus. non licet dicere nolo pœnitere.*

5 *Iuſtificatus cum ſacramento bap. vel pœnitentiæ attritus, nõ tenetur ad formalem contritionem.*

6 *Quando obligaret contritio in ſolo iure diuino.*

8 *Et nunc quando obliget.*

7 *Non obligat vt continue per vitam habeatur, nec dum peccata memoriæ occurrunt practice.*

Contritionis obligatio (quæ ſimul propoſitũ ſatisfactionis includit, vt dicetur. c.8. & lib.2. c.18.) multum differt à præcepto reſtitutionis, [a] quia non obligat ſtatim, vt quidam putãt [b] poſt peccatum M. etiam ſi recordetur peccati, & facile poſsit conteri: & ſentiat Dei inſpirationem internam, vel per externam vocẽ prædicatoris admoneatur: præceptum enim eccleſiæ, aut religionis affirmatiuum nõ obligat ex iuſtitia, ſed ex parte potentiali illius, inf. c.19. nec ordinatur in vtilitatem Dei offenſi, vt qui re ipſa nullum damnũ accepit ex offenſa, quæ in affectu potius conſiſtit, quam in effectu. ſed cõtritio ordinatur in vtilitatem pœnitentis, [c] qui ob offenſam Dei nouit ſibi & contra caritatem ſui incurrit mortem ſpiritualem, & reatum æternæ pœnæ, & priuauit ſe rectitudine, quam habere debet erga Deũ. quod damnum per pœnitentiam reſarcire ſibi non tenetur omni hora, ſed opportuno tempore. quare mora temporis non grauat peccatum habituale, de quo non pœnitet. præceptum tamen reſtitutionis, quia ordinatur in vtilitatẽ proximi re ipſa læſi obligat ad ſtatim (niſi per accidẽs adſit impedimẽtũ excuſans) & mora tẽporis grauat peccatũ: [d] quia nõ

C A P. VI. Soto. [a] li.4.iuſt. q.6.art.1.ad.3.&.d.19.quæſt.1.1.con.3. Scot.d.16.q.1.artic.1. Aſten.lib.5.tit.25.fin. Bon.d.15.a.2.q.4. vbi D.Thom.q.1.3.3.ad.2.&.a.5.q.1. Nau.c.3.n.1.c.26.n.15. Pet.Nau. de reſtit.lib.1.c.2.nu.22. Bellarm.lib.4.de pœnitentia.c.1. & differt à ſatiſpaſsione, quæ eſt in purgatorio abſque actu voluntatis libero. Soto.d.19.q.3.a.3. differũt. 1. quia reſtitutio reſpicit mediũ rei, & æqualitatem ad res ipſas: & ſumitur pro redditione rei quæ iniuſte, vt per furtum ablata eſt, & debetur etiã ratione acceptionis: D.Tho.2.2.q.62.a.2.vbi Soto.lib.4.iuſt.q.6.a.2.fatetur contra Caie. literam non eſſe mendoſam. in quo ſenſu ſumit Scot. Richar. Palud. Capr.4.d.15. Syl.per.l. reſtituere. ff. de verb. ſignifi. ſed ſolutio pro mutuo, aut impletione promiſsionis, & ratione cõtractus non dicitur reſtitutio: quia alter creditor non deciderat inuitus à debito ſtatu. At ſatisfactio reſpicit non damnum rei, ſed iniuriam perſonæ: & eſt factio ſeu actio qua petit veniam pro cõtumelia, aut aliter compenſat iniuriã. 2. differunt quia ille reſtituit, qui ceſſat à damno & iniuria illata. 1. qui non retinet amplius rem, inuito dño. ſed ſatisfactio eſt actio bona & poſitiua. 3. Deo cui nihil homo abſtulit re ipſa, non fit reſtitutio: fit tamen ſatisfactio. 4. ſatisfactio ordinatur vt remittatur peccatum quoad pęnam, & fiat plena reparatio amicitiæ, & eſt pars ſacramẽti, impleturque poſt abſolutionem. ſed reſtitutio nihil horum habet, & neceſſaria eſt ante abſolutionem, & contritionem. 5. differt ſatisfactio quæ fit homini pro iniuria etiã abſque reconciliatione amicitiæ, & debetur ſtatim. ſed Deo fit ſatisfactio ex virtute pęnitentiæ cũ imperio caritatis, & non ex rigore iuſtitiæ: nec debetur ſtatim, nec ob vtilitatẽ Dei, ſed ipſius pęnitentis, & requirit gratiam creditoris. 6. anima in purgatorio non detinetur ob id quod hæres differat reſtitutionem: at non exibit, donec plene ſatiſfiat Deo pro pęnis debitis. [b] ſup. c.3.§.2. R. D. Tho. ad di.quæſt.6.5.ad.2.Cai. Soto. Lede. inf.Pet.Sot. lec.13.Naua.Cano.p.5.quia dicit hominẽ eſſe Dominũ vitæ ſpiritualis: quę ratio nõ vrget nec eſt firma.Med. de pęn.q.6.Alcoc.c.8. [c] hæc eſt. 7. differentia inter reſtitutionẽ & ſatiſfactionem. [d] nec D.Th.2.2.q.62.a.8.&.3.p.q.85.2. id negat, quãuis egeat pia interpretatione. Cai.2.2.q.66.3.ad.3.& in opuſ.to.1.tract.17.q.7.Ledeſ.2.p.q.3.a.1.&.2.vbi ait triplex eſſe genus præcepti affirmatiuũ, negat. & mediũ. Soto.4.iuſt.q.7.a.4.& vide.q.6.a.2.dũ vero.d.17.q.2.a.6.ait qui nõ ſtatim cõteritur, nõ peccat de nouo, ſed auget grauitatẽ: intelligit̃ ſi tẽpore quo tenet̃ nõ cõteratur, aut ſi maneat in virtuali cõplacentia peccati: quia nõ licet immorari, ſed tenet̃ ſtatim deſerere, aut ceſſare à cõtinuatione peccati. idẽ Adr.de cõf.q.3.Nau.c.1.n.31.38. quidã tñ putant grauare, quaſi teneat̃ ſtatim cõteri, vt Guille. Pari. tit. de pęnit. Cathar.li.5.cont. Cai. Pet. Sot. tit. de pęn. lect.13. Maior.d.16.q.3.&.9. videtur Cai. Sot.d.17. quod limitat Marſ.q.12.ar.1. ſedata paſsione obligatur ſi ſentit inſpirationẽ Dei: eccle.5. ne tardes conuerti. Abulen.1.paralip.16.quæſt.36. Gregor. homilia.11. in Ezech.

pecca-



minus iniurius eſt Domino, qui continuatione retinens conſeruat iniuriam, & inuitum Dominum priuat vſu rei ſuæ, quã qui occulte furatur: & quo magis debet ſatisfacere infamato, eò plus creſcit infamia, & cõtemptus infamati.

2 Deinde qui peccaret in puris naturalibus teneretur pœnitere de malo facto [e] retractans voluntatem malam, & ſe cõuertens in Deũ, quoad poteſt, & ratio dictat. ſed quia non poteſt Deo ſatisfacere pro offenſa M. etiam ſecũdum partem aliquotam relictus in ſola vi naturæ, [f] fruſtra eſſet conatus ad ſatisfaciendum pro obtinenda remiſsione culpæ. quod ſi lumine naturæ agnoſcerent peccata cõtra Deũ, vt blaſphemias eſſe offenſam Dei dignã compenſatione, [g] & ſacrificijs placarent Deum ne temporalibus pœnis puniret: [h] non tamen cognouerunt philoſophi rationem & vim pœnitentiæ ſupernaturalis qua reconciliatus homo Deo fit amicus & filius adoptiuus Dei, & hæres regni cœleſtis. [i] at nunc Deus homini de ſe impotenti offert auxilium gratiæ, non quidem vt homo de iuſtitia ſatisfaciat pro M. vt dicetur. c.30. ſed vt cõtritio ex Dei miſericordia acceptetur, tanquam diſpoſitio, & conditio requiſita, vt homini applicentur merita Chriſti, & gratis iuſtificetur: atque ita tenetur homo ex Dei auxilio pręſtare quod poteſt etiam in eum finẽ, vt propter amorem & honorem Dei ſumme dilecti contendat ex affectu compenſare offenſam, quoad poteſt. [k]

3 Hic tamen finis compenſandi nõ cadit ſub prima obligatione præcepti, [l] ſed ex vi vtilitatis noſtræ deſignat Chriſtus tempus in quo homo debeat pœnitere. [m] ſicut & deſignat tempus cõfeſsionis, & euchariſtiæ, & baptiſmi, ſeruata natura præcepti, & ratione habita vtilitatis noſtræ: quanuis totum id dirigatur in finem diuini honoris. ſic baptiſmum ſeruata natura præcepti voluit ſtatim obligare, quia eſt regeneratio. ſup. c.4. euchariſtiam vero certis vitæ temporibus, quia eſt cibus pro alenda vita.

4 In omni ſtatu legis homini qui M. peccauit poſitum eſt diuinũ præceptum de formali contritione. [n] tũ vt Deum ſibi conſtituat pro fine

peccatum quod per pœnitentiam nõ deletur. Alex.4.p.q.77.m.1.ar.1.&.2.m.2.a.3.Richard. diſt.14. ibi Gabr. videtur Palu.d.17.q.1.a.3.con.2. ſed parum ſibi conſtat. Ant. Syl. verb. contritio. At prior ſententia eſt vera. [e] D.Tho.q.84.7.ad.1.&.ar.5.ad.1.& ſupponit.q.85.2.arg. ſed cont.& hinc.q.86.6.ad.5. dicit ſacramẽtum pœnitentiæ fuiſſe aliquo modo de lege naturæ: quia eſt connaturale ſecundum ſtatum gratiæ, vt dicit Maior.d.17.q.9.Marſil.q.12.a.1.con.1.Palud.d.17.q.1.a.1.in.5.differ. cõtritionis. Cano.rel.p.3.con.2.& in p.4. dicit eſſe ſententiam certiſſimam. [f] & fr. Medi.cum D. Thom.3.p.q.1.ar.2.ad 2.& Suar. dub.4.§.8. inf. cap.31. imo nec iuſtus ſatisfacit de condigno pro peccato M. alterius: quia grauitas offenſæ creſcit ex parte obiecti, & eius perſonæ quæ offenditur: ſed valor ſatiſfactionis non ita creſcit ex obiecto, ſed ex perſona offerente. atque ita pro offenſa Dei, quæ eſt contra obiectum infinitum, non datur iuſta ſatisfactio, niſi ſit à perſona infinite grata Deo offenſo: qualis eſt ſolus Chriſtus, qui ſatiſfecit infinite, & vltra quantitatem offenſæ. [g] inf.c.8. E. quidam philoſophi lumine naturæ videntur agnouiſſe quandam rationem pœnitentiæ quæ pertinet ad ius naturæ D.Thom q.84.7.ad.1. vbi laborat Caiet. Soto.d.14.quæſt.2.2.col.5.Ledeſ.1.p.q.26.art.1. ſic Ariſt.7. ethico. incontinens poſt factum pœnitet. idem ait de eo qui peccat ignoranter.3.ethic & alibi Ariſt. & Cicer. taxant Stoicos laudãtes apathiam 1. indolentiam ſeu impœnitentiam. Senec. tragœd.8.Act.3. quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens. Periander, cum peccaueris, ſubeat te pœnitentia Tertul. lib.1. de pœnitent. quid dubitas concedere pœnitentiam eſſe virtutem: ſumma inſania eſt negare, quod dolere de peccatis ſit honeſtum. & vt Prouer.1. vituperat eos qui lætantur cum malefecerint: ita laudãdi ſunt qui pęnitẽt de peccato in proximos, & multo magis de peccato in Deũ, vt de blaſphemia. & ratione naturali Cicero.3.rhet. & lib.2. de inuentione, nouit iuſtitiam vindicatiuam malorum, & vt rex offenditur dum violantur eius leges, ita Deus legiſlator dum peccat homo contra legem naturalem, vt affert Lactant. lib.6.cap.24. ex Cicero.lib.3.qq.Academi. Bellã. lib.1.de pęnitentia.c.19.ad fi.lib.2.c.2.&.3. [h] ita tantũ colligitur ex hiſtorijs, quæ referũt gentiles Romanos obtuliſſe ſacrificia & luſtrationes, vt Deum placarent pro pœnis tantum temporalibus inflictis ob peccata, vt bene Soto. D. Tho. in id Rom.1. nõ intellexerũt, quoniã qui talia agunt digni ſunt morte. &.d.14.q.1.1.3.ad.4. philoſophi conſiderarũt virtutes nõ vt dirigunt in bonũ diuinũ, ſed humanum. Ouid. eleg.1. de Ponto ſæpe leuant pęnas, ereptaque lumina reddũt, cũ bene peccati pęnituiſſe vident. [i] Soto, D. Th & eſt certa ſentẽtia lumine naturæ, nõ cognoſci hæc bona ſupernaturalia. quod ſi forte Pythagoras, aut Plato didicit in Aegypto ex Hebręis eſſe amicitiã Dei & ſpẽ gloriæ: certe ex ſola vi naturæ volũtas nõ potuit digne pęnitere, vt haberet veniã & amicitiam Dei. Tri. ſeſ.6.can.3.Bell.li.2.c.3. [k] cõtritus ex affectu intẽdit & optat cõpenſare: ſed quia ex proprijs nõ poteſt reddere æquale, confugit ad miſericordiã Dei, & merita Chriſti, vt gratis remittat̃ offenſa. [l] quia re ipſa nõ cõpenſat æqualiter: de quo ſtatim. [m] ſic Deus ex miſericordia dedit homini inducias ſup.c.3.§.2. Vidẽs qđ nõ pŏt ex proprijs ſatisfacere ex iuſtitia, etiã ſecũdũ partẽ aliquotã reſpectu offenſæ infinitæ. & tñ contẽtus pęnitẽtia vice cõpẽſationis, illã præcepit. [n] ſup.c.3.§.1.D Th.q.85.1.&.2. in arg. ſed cõt. Cano.p.4. de pęn. Med. tracta.1. de pęn.q.2.& D.Th. ait colligi præcep. Mat.3.&.4. pęnitẽtiã agite. quod reducitur ad præceptum præãbulũ decalogi.1. de dilect. Dei Marſi.2.q.18.a.2. ex qua imperatur contritio. nec enim eſt vera

vltimo ex lege caritatis, & amicitiæ Dei:tum ex virtute pœnitentiæ. vt facta compenſatione quadam conſequatur gratis remiſsionem offenſæ, & Deo reconciliatus vitam recuperet,id enim in hunc finem fuit medium per ſe inſtitutum à Deo, ſicut de fide explicita Chriſti, & dilectione Dei,eſt ſpeciale præceptum, & generaliter de omni medio ad ſalutem neceſſario,quod eſt actus in noſtra libertate poſitus vt dictũ eſt.c.2. obligat per ſe contritio in articulo aut in morali periculo mortis mortales homines ſup.c.3.vt tandem ſatisfaciant offenſæ Dei, quo tempore etiam obligat ex vi præcepti de dilectione ſui, & miſericordia vt ſe ipſum liberet in extrema neceſsitate conſtitutum à ſummo damno alias irreparabili. Quod ſi tunc omittat, & indirecte velit non pœnitere, peccat ſpeciali & noua malitia finalis impœnitentiæ. o grauius tamen peccat,qui formaliter ait,nolo pœnitere:quia peccatum fit magis voluntarium. Per accidens tamen accidit,vt homo decedat in vnico M.vt ſi ſubita morte præoccupatus dum decedit cum vno peccato,ideo non pœnitet de illo, quia ignorat eſſe tale præceptũ,aut non aduertit,aut quia illius peccati oblitus decedit cum finali impœnitentia:quæ tunc eſt tãtum circunſtantia peccati. Porrò ſi homo nunquam eſſet moriturus aut ſi immortalis Angelus eſſet capax pœnitentiæ poſt peccatum, obligaretur interdum in vita ad præceptũ pœnitentiæ,vt quod non tantũ obligat propter mortis periculum. Item obligatur quiſq; quantum ad ſpecificationem actus. ne vnquam poſt peccatum dicat,nolo pœnitere,quia obiectum iſtius actus videtur malum:& tamen,qui extra tempus præcepti id diceret,non peccat pluſquã venialiter actu otioſo,qui ex fine bono honeſtari poſſet. p Nec tamen, qui vult iſtud antecedens,nolo nũc pœnitere,cenſetur velle conſequẽs, nempe ſe peccaſſe: q nam cum eo antecedente ſtat, vt potius velit ſe nunquam peccaſſe.

5 Qui Chriſtianus peccatorum oblitus iuſtificatur per dilectionem Dei,vel attritus per aliud ſacramentum,quam pœnitentiæ, tenetur per ſe ad formalem contritionem, r nõ ex dilectione ſui,cum iuſtus ſit: ſed ex virtute pœnitentiæ, s vt Deo offenſo pro culpa compenſet quo ad poteſt. At qui cum attritione per abſolutionem iuſtificatur, non tenetur ad præceptum cõnaturale de cõtritione formali: t quia iam remedio per ſe inſtituto,& compenſatiuo ex applicatione meritorum Chriſti conſecutus eſt remiſsionem, & in æquiualenti impleuit priori, & meliore ratione finem totum in quem contritio ordinatur: contritio enim non remittit peccatum,nec compenſat,niſi vt includit votum,& vicem ſacramenti pœnitentiæ. quare compenſatione per ſacramentum applicata magis contentus eſt creditor Deus,quam compenſatione contritionis, alias ſi contritio dum haberi poteſt,eſſet neceſſaria, obligaret per ſe etiam dum ſuſcipitur abſolutio, quia tunc haberi poteſt. ac ſubinde Chriſtus in lege euangelica non leuigaſſet onus, ſed adiecisſet graue onus confeſsionis, præter neceſſariã contritionem,ſi etiam nunc contritionis morale præceptũ per ſe obligat ex iure naturæ, vt quidam dicunt, ſicuti olim ante ſacramentum pœnitentiæ obligabat, vt homo de ſuo compenſaret Deo, quo ad poteſt.

contritio niſi includat vt ſit propter Deum ſumme dilectum.cum tamẽ ſaluetur verus actus fidei,ſpei, religionis,& aliarum virtutum, abſque eo vt ita ſint propter Deum ſumme dilectum. 2. reducitur hoc præceptum ad dilectionem ordinatam ſui ipſius, Vega lib. 13. in Tridẽ. cum Scot. d. 17. q.1.art.1.& quidam Recẽt. ſicut nõ occidere ſe, aut conſeruare propriam vitã, & fugere mortis periculum,pertinet ad dilectionem ſui, maxime in ſpũalibus, quanuis Cano de pœniten.4.p.& Mãtius aiũt nos eſſe Dominos ſpiritualis vitæ & bonorum ſpiritualiũ: quippe quæ acquirimus propria & libera induſtria cũ Dei auxilio. At re vera non licet prodigere vitam animæ, nec vnquam amittitur ſine peccato M. contra aliquod pcẽptum.3. Caie.3.p.q.85. 2.reducit ad 1. decalogi d cultu Dei. quia falſo putat pœnitentiam nõ diſtingui à virtute religionis.

o in quo falſus eſt Victor.& Ledeſ.citati. c. 2.§. 1.& probant quia homo damnari poſſet propter vnum peccatum:nam D.Tho.2.2. q. 14. 2. negat impœnitentiam eſſe nouum peccatũ,ſed circunſtãtiam.At illa ſententia eſt temeraria contra Torrẽtem & D.Tho.ſup.a.1.ad.3.vbi diſtinguit de impœnitẽtia negatiua & poſitiua:& in.2.d.43.ar. 3. ad.3.in.4.d.14 q.1.1.2.arg.ſed cont.d.17.q. 2. 2. 3.ad.2.&.q.3.1.4.& expreſſe.3. p. q.85. 2. in arg. ſed cõt.Dur.d.17.q.10.Palu.d.14.q.7.Gabr.q. 3. Soto.lib. 1.de nat.& gra.c.22.&.d.17.q.2.arti. 6.

p Bella.lib.2.de pœnitentia,cap.8.prop.2. p Soto. d. 17. q. 2.6. q ſic defendi poteſt ſententia Med. tractat.1.de pœnitentia. q. 6.quem ſequitur Mantius, & quidam Recẽt. r ſic ſoluitur arg.fallax,vt in ſimili bene ſequitur, ego conteror,ergo peccaui: & tamen volo antecedens,& non conſequens: & iuſtus cõteritur,quãuis non ſit in peccato. ſic ſi hominem alijs negotijs diſtrictum vrgeã vt ſtatim pęniteat:licite reſpondet, nolo nunc pœnitere, quia tempus ſupereſt. s Quia formalis pœnitẽtia de peccato M. eſt medium neceſſarium & præceptum, vt fides explicita de Chriſto, aut ſacramentũ pœnitentiæ in re: ac proinde iuſtificatus per dilectionem Dei,tenetur ad contritionem vel ſacram.pœnitentiæ,cum memor fuerit peccati. t Cano de pœnit.p.4 Soto.d.17.q.2.a.6. & communis Recent. contra Vegam opuſ.de iuſtificatione. q. 13.ad. 1. cont.3.concl.& lib.13. in Trid c. 20. idem ſentit Medin.tract.1.de pœnitentia.q.3.& ſentit Victoria §.19.de baptiſmo.





6 Præter extremam neceſsitatem, & mortis articulum ſtando in ſolo iure diuino obligat contritio in alterius grauis neceſsitatis tẽpore: u quod vir prudens arbitrabitur pro ratione perſonæ, & circunſtantiarũ, & natura fineque huius præcepti:ſicut arbitrandum eſt de tẽpore, quo iure diuino obligat præceptum fidei,ſpei,caritatis,& religionis. cum enim contritio ſit medium,& neceſſaria diſpoſitio,vt reconcilietur amicitię Dei,nõ videtur licere,vt homo id reſeruet in finẽ vitæ,& per totam vitã perſeueret in peccato: id enim interpretatiue redundat in contemptum Dei offenſi. Quare Sancti graue & periculoſum crimen putant, pœnitentiam differre in tẽpus, quo mortis vrgentis admonitio compellit: x nec tamen pœnitentibus in eo mortis articulo neganda eſt abſolutio y pax, & communio. videturque tũc obligare, quãdo Deus inſpirat homini,& cum remorſu cõſcientiæ dictat ſe exigere rationem villicationis. z nam tunc eam pœnitentiæ dilationem, quaſi vocationis diuinæ contemptum carpit ſcriptura. 2. quando ex eo quod homo diu iacet in peccato mortali deſeritur & permittitur communiter cadere in alia mort. a quare qui aduertit morale periculum reincidendi in quod ſe coniecit, videtur peccare mort. pœnitentia enim non ſolum includit contritionem de præteritis, ſed propoſitum vitandi tam peccata in futurum,quã peccatorum ac damnationis morale periculum, inf.c.21.§.5. quia cui ſemper placuit mala vita, vix contingit bonus exitus vitæ, quare ex caritate Dei, & ſui ipſius, præter obligationem pœnitentiæ, tenetur conteri quibuſdam temporibus.

7 Nec contritio obligat per totam vitam continue, b quanuis peccatum dignum ſit pœnitentia totius vitæ,& pœna æterna, c ſatis enim eſt vt debitis temporibus homo repetat actus internos pœnitentiæ. nec obligat in omnibus feſtis& dominicis diebus, in quibus quidam dicunt obligari ad actum diligendi Deum:ſup.cap.3.§.2.quia contritio non pertinet ad virtutem religionis,quæ illo tempore obligat ad cultum quendam externum Dei, ſed ad pœnitentiam: nec ſub præcepto cadit finis inſtitutionis illorum,ſcilicet vt homo illis temporibus curet ſanctificationem ſui, vacans ab omni opere ſeruili. quidam putant per accidens obligare contritionem etiam de peccatis alias remiſsis, quando peccata memoriæ occurrunt practice, & cum vehementi tentatione. At ſane pro remiſsis,vt non tenentur quærere aliã 2. abſolutionem, ita nec aliam, ac aliam contritionem, d cum vna pœnitentia ſufficiat pro culpis: ſatis tunc eſt, negatiue ſe habere, & bonis cogitationibus occupationibuſque diuertere tentationẽ,& oratione implorare Dei auxilium ad victoriam,& alijs armis, & ſigno crucis ſe munire: in raro caſu vehementis tẽtationis,quando non facile occurrit aliud remedium,obligatur ex virtute pœnitentiæ firmo boni propoſito diſſentire tentationi, e fugere occaſionem propin-

u x u cit.cap.2.§.1. x Soto.d.19.q.2.ar.6.Augu. de vera & fal.pœnit.cap.17.dubitat de ſero pœnitẽtibus & ho.41.ex 50.c.ſi quis de pæni.d.7. Torr. 3.c.9.§.15.Cypr.c.idcirco Hugo li.2.p.14.c.5.ſed de nemine deſperandum eſt ſed timendum, nam ex duplici latrone qui iuxta Chriſtum defuncti ſunt, pro miraculo refertur vnũ in extremis fuiſſe ſaluatum: cum tamen vterque haberet Chriſtũ æquè proximum & propitium.Nauar. ca.1. n. 19.ca.26.n. 29.33. Bellar.2.de pænit.ca. 16. y Soto ſupr. bene probat quare in artic.mortis nullus eſt caſus aut cenſura reſeruata Trident. ſeſſ.14. cap. 7. z ſup. capit.3.§.3. Marſil.q.12. art. 1. vt in ſtatu naturæ poſt aliquot annos, puta quinquẽniũ obligaret pęnitentia. a Gregor. hom. 11. in Ezech.quod citat D.Th. 1.2. q. 109. 8. & ob id quidam ſup. putant pænitentiam obligare ſtatim, vt poſt peccatũ poteſt ſedata paſſione. b D.Tho.quæſt.84.9.Soto.d. 14. q.1.9. Ledeſ.q.25.9.& tamẽ quia homo ex vi naturali nõ ſatisfacit Deo,nec pro peccato mort.poteſt ſatisfacere ad æqualitatem: ideo poteſt ſæpius repetere eoſdem actus contritionis de peccato etiam remiſſo, & ſæpius confiteri & abſolui de eiſdem: quaſi nunquam ſibi ſatisfaciat·cum tamen qui homini de ſuo ſemel ſoluit plene debitum pecuniarium, non ſoluat iterum atq; iterum idem debitũ ex iuſtitia. c D.Thom.1.2.q.87.3.propter Matt.25.in ignẽ æternum.Marc.3.&.9.ignis non extinguitur,vt habetur Eſai.vlt.Apocaly.14.Caſtro.verb. infernus. hær.2.beatitudo hær.3. Arbor.lib.14. Theſoph.ca. 10.11.quod ſi quando Origenes oppoſitum errorem dixit,non permanſit in eo vt ipſe aſſerit, dialog. contra Candidum Valentianũ & in id Roma.11.nũquid ſic offenderunt. tract.19.in Matt. ho.9. in Hieremiam. ita Origenẽ excuſat Pamphy. apolog. pro Orig. Picus in apolog. 7. Soto d. 45. q. 2. a. 2.d. 50. q. vnic. ar.1. con.4. vide Sixt.li. 5. bibl. cap. 229.li. 6.c. 290. Hiero. apolog. contra Rufin. citat epiſtolam Orig.dicentis, diabolum poſſe ſaluari, nec mente captus dicere poteſt. d Nauar. ca. 1. num. 31. & 22. de pænit. d. 5. in gloſſ. 3.n.51.Soto. d. 17. q. 2.ar.vlt.Ledeſ.2.par.q. 3.1. Petrus Soto. lect. 3. Anton. 3. p.tit. 14. cap.18.§.2. Cathar. lib.5.cõt.Caietan.Sylueſt. contritio. §.2. n.4.Cano.de pænit.part.4.Caiet.q.84.ar.8.& tom. 2.opuſc.tract.17.ſeu opuſc.27.quæſtion.q.7. Med. tract.1.de pænit.q.6.Mai.d.17.q.5.&.9.Palac.q. 2. Adrian.quæſt.3.de confeſſ.Victor. & omnes Recẽt. add.q.5. ſi.qui vero ſignificant oppoſitum,interpretandi ſunt vt ſtatim lit. E. e ita interpretandi ſunt D.Tho.d.17.q.3.1.4.Palud.q.1.art.3. Bona. art.3.q.2.&.d.14.Gabr.d.14.q.3.art.3. dub.1. vbi Richard.ar.1.q.9.Marſil. quæſt.12.ar.1.p.5.Alex. 4.part.q.68.m.2.art.2.§.1.& ita illos interpreta-

tur. Soto.d.14.q.1.ar.9. Caiet.q.84.artic.8.&.9.& Recent. id vero propoſitum elici ex virtute pœnitentiæ, probat bene Mantius add.q.5.ſi. contra Sotum.d.17. f Soto.d.17. g Nauar.cap.1.nu.31.fin. cum Adria. de confeſſ.q.3. Fribur.ſumm.cófeſſ.f.88. Abul. in Mat.6.q.32. fauet Ledeſ.2.p.q.16.a.9. quæ tamē ſentētia eſſe falſa probatur in text. tenet Soto rel. ſecret. mem.2.q.3. conc.6. Bañes & Recent.2.2.q.33.a.5.&.q.44. artic.2. dub.2. conc.4. (vbi tamen addit, quod forte paſtor vt ouibus vtiliter prædicet, & pro illis oret, tenetur eſſe in gratia: nā qui ſibi nequā eſt, quo modo alijs bonus erit.) nec tenetur cōteri vt fratrem corripiat, nec vero qui ignorat fidē explicitā de articulis, aut alia ſuo ſtatui neceſſaria, tenetur eo fine conteri, vt Deus illum illuminet: ſed ſatis eſt facere diligentiam ſibi poſsibilem vt diſcat, vide Cordo. libr. 2. qq. q.8.

quam, idque ex vi etiam aliorum præceptorum, f vt furti aut homicidij vitandi in cuius periculo verſatur: nam peccat, qui non vitat morale periculum remedijs opportunis, in quod videt ſe expoſitum. alij addunt obligari, quando exiſtimat neceſſarium eſſe in gratia, vt feruenti oratione placet Deum in communi neceſsitate Reipublicæ. g At tunc ſatis eſt eſſe alios iuſtos: nec impetratio orationis nititur gratia orantis.

8 In habente conſcientiam peccati mort. obligat contritio. 1. quando occurrit tēpus de præcepto confeſsionis, nec tamen confiteri poteſt, h quia obmutuit, vel quia deeſt confeſſarius: tunc enim vice confeſsionis tenetur conteri, vt. 1. in mortis articulo. 2. videtur tempore paſchę. i quando finitur annus eccleſiaſticus, de quo ſup. c.4. pro confeſsione deſignatus: nec enim Deus præbet inducias vltra tempus præcepti per eccleſiam deſignatum ſup. cap.3. nec attritio ſola tunc ſatis eſſet vice ſacramenti: quamuis per verum ſacramentum informe impleatur præceptum, ſine conſecutione fructus & finis. per accidens obligat deficiente confeſſario, antequā communicet, aut celebret: ac ſubinde qui incontritus ſacrilege celebrat vnicam habet culpam ratione indignæ communicationis, vel alterius ſacramenti, quamuis ex multiplici ratione. k ante baptiſmum, & abſolutionem ſatis eſt attritio nota propter metum gehennæ, vel turpitudinē peccati concepta: nec hic attritus tenetur ad contritionem, quæ quaſi iure naturæ obligare videtur: ſuppletur enim per ſacramentum per ſe inſtitutum in remiſsionem peccati, vt. §.1. dictū eſt. per accidens obligat quando ſacerdos ex officio miniſtrat ſolenniter ſacramētum baptiſmi: aut ſi etiā ſecreto hominem abſoluat à peccatis, vel det communionem. m at hæc obligatio potius eſt ex virtute religionis, 5. ex vi caritatis obligatur ad contritionem, quando tenetur ad actum caritatis, at tunc non ſatis eſſet dolor de peccatis vt ſunt contra Dei amicitiam, ſed ex virtute pœnitentiæ. n 6. Diaconus peccator dum ſolenniter canit euangelium & ſacerdoti miniſtrat ad altare non videtur peccare mort. nec epiſcopus quando in occulto peccato ſolenniter prædicat, vt dicetur libr. de Ordine.

h de art. mortis id certum eſt. i Soto diſt.17. quæſt.2.art.6.& communis Recent. quanuis Caietan. verb. contritio ad fin. id negat: quia interior pænitentia tunc obligat propter ſubſtantiam exterioris confeſsionis: vt attentio propter obligationem orationis vocalis: qui autem excuſatur à principali & exteriori, videtur excuſari ab omni parte: ſed primum eſt probabilius. k quia vbi eſt vnum propter aliud, eſt tantum vnum moraliter. Soto. ſup. contra Canū.

l Trid. ſeſſ.14. cap.4. m D. Th. quæſt.64.a.6. Soto. d.1.q.5.ar.6. Bellar. libr.1. de ſacra. cap.26. n dolor ex ſola amicitia. & motione caritatis nō eſt ſatis pro remiſsione vt ſignificat D.Tho.1.2.q.113.ar.5.ad.1. & inf. cap.19. ſicut qui debet homini centum, & eidē ex amicitia donat 100. non ſatisfacit debito: ita Deus ad iuſtificationem requirit actū pœnitentię, quo ex affectione intēdat homo compenſare & ſoluere debitum.

## CAP. VII.

### Modus & quantitas pœnitentiæ eſt quadruplex. ſatis eſt dolorem eſſe maximū appretiatiue.

*§.2. Non eſt neceſſaria quantitas intenſionis aut durationis continuæ per tempus.*

*3 Quantitas obiecti vt ſit vniuerſalis contritio de ſingulis.*

7 Vel etiam intelligitur de peccato contra opera Spiritus ſancti & diuinitatis, hæc enim diſtinguuntur contra peccatum in filiū hominis, a Matth. 12. vt quando impius verba & opera quæ Spiritus ſanctus ſpeciali ratione dirigit ad conuerſionem & ſanctificationem hominis quæ tribuitur Spiritui ſancto, detorquet malitioſe in prauum ſenſum & finē, tribuens hæc ſpiritui malo & diabolo, quaſi autori. quod Matth. 12. de verbis & operibus à Chriſto virtute diuina dictis & factis in bonum humani generis, tribuebant Iudæi Beelzebub principi dæmoniorum. Porro patres quidam b dum interdum negāt pœnitentiam eſſe iterandam: de ea pœnitentia ſolenni exponendi ſunt quæ publice à quibuſdam agebatur, eccleſia enim non permittebat illam repeti, ne tanta medicina vſu fieret minus vtilis minuſque timenda. interdum ſcripturæ & patres negant placari Deum pœnitentia: non quaſi culpam aut pœnam æternam non cōdonet, ſed quia quędam peccata & ſcandala ſtatuit immutabili voluntate punire in præſenti vita in exemplum aliorum, vt dictum eſt.

8 Abſolutio non ſolum peccata quæ quis expreſſe confitetur tollit, ſed ea quorum poſt diligens conſcientiæ examen homo oblitus eſt, c vel quæ cauſa excuſante ſilet, d vt ne proximum infamet, & tamen poſtea cum oblitorum fuit memor, aut cum ceſſat cauſa, confitenda ſunt. 2. quandoque peccata quæ ſuperiori reſeruantur abſoluit vrgente cauſa inferior cum alijs indirecte, ita tamen vt ſuperuenienti prælato ſint confitenda vt directe abſoluantur, inf. lib. 3. cap. 15. onus ergo confeſſionis facilitate veniæ compenſatur, & multo plures ſaluantur poſt inſtituta à Chriſto ſacramenta, quę attritis proſunt, quam olim in ſtatu legis naturæ ſimul ac ſcriptæ.

9 Baptiſmus ratione characteris iterari non poteſt ad remiſsionem peccati: ſed excellit pœnitētia quia homo ſæpius abſolutus, ſi in eadem & grauiora peccata relabatur, abſolui poteſt plus quam ſeptuagies ſepties e Matth. 18. & eadem peccata

x Chryſo. ho. 42. Mat. Cypr. ſer. de lapſis. & epiſto. 52. & alias ſæpe. idē alij dd.

y ſic in Mat. 12. non remittetur in hoc ſæculo impune, ita Chryſo. ho. 42. quia quā uis dignam agat pœnitentiam, ſolet Deus ꝓpter ſcandalum punire in præſenti: nec flectitur oratione, vt hanc pœnā temporalem remittat. ſic 2. Reg. 12. & 14. Dauid poſt pœnitentiam punitus eſt morte filij. Num. 20. & 14. Moſes, & qui ei nō obedierunt, non intrarunt terram promiſsionis. Adam quem Deus Sap. 10. eduxit à delicto, incurrit pœnalitates & mortem: vt ponderat Auguſt. 2. de peccat. meri. c. 34. & 22. contra Fauſt. c. 67. ſic Ionas ait, quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus. nempe vt impediat euerſionem vrbis. nā de remiſsione culpæ, certum ei erat Deum placari pœnitentia. ſic id Matt. 12. explicat. Rich. libel. de ſpiritu blaſph. & idē ſignificat ibi Theoph. & Abul. & generaliter probant Patres, Deū pro quibuſdam peccatis quantum ad temporales pœnas non flecti pœnitentia & oratione. Grat. per multa cap. de pœnit. d. 3. D. Tho. add. q. 28. a. 2. Mag. d. 14. Dur. q. 4. Soto. d. 19. q. 2. a. 5. Viguer. c. 16. §. 4. verſ. 7. aut de pœnitentia ſolenni, quam eccleſia non remittebat, Taper. art. 5. colligit ex Ambr. 2. de pœnitentia. c. 10. Auguſt. epiſto. 54. poſt med. Orige. hom. 25. Leuit. Tertul. de pęnitentia poſt princip. Clem. Alex. 2. ſtrom. ante med. Chryſ. ſer. 1. in Epheſ. 1. in Laudem gloriæ Catechiſ. Pij V. Quare non debuit Bellar. impugnare hanc expoſitionem.

z Chryſoſtom. hom. 42. Matth. quare ex hoc loc. probatur Purgatorium eſſe, dicit Bellarm. lib. 1.

26. q. 6. & de Canon. pęnitētial. c. hoc ipſum. 33. q. 2. Nauar. c. 26. num. 7.

c Ledeſ. 1. p. q. 25. 5. dub. 6. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 6. D. Thom. add. q. 9. 2. ad. 3. Alexand. 4. p. q. 18. alias. 77. memb. 4. art. 2. §. 6. communis. d. 17. Bonau. Rich. a. 2. quæſt. 6. Turrecr. de pęnitentia. d. 5. c. conſideret. §. dolendum. n. 8. Tabien. confeſ. 1. num. 14. Ang. conf. 1. §. 11. 17. Arm. §. 9. Syl. conf. 1. num. 12. quia humano modo ſub alijs intelliguntur, & abſoluitur formaliter ab oblitis. Ledeſ. q. 9. a. 1. Vict. Mant. cont. Sotum d. 18. quæſt. 2. 3. ſi. quare ne addat in abſolutione à peccatis confeſsis. Nau. c. 26. num. 11.

d Ledeſm. 2. part. quæſt. 8. art. 2. dub. 14. Med. q. de confeſ. iteranda. Nauar. cap. 7. & dicetur inf. lib. 2. c. 9.

e Hieronym. in Matth. 18. exponit. 77. vicibus. 490. & tamen ponitur numerus finitus pro indefinito. Hilar. Chryſoſt. hom. 62. & apud Niceph. 12. c. 36. refertur Chryſoſt. quod decies millies & ho. in Pſal. 50. millies ho. 24. & 40. ad popu. Dam. lib. 2. paralell. cap. 86. Hieronym. to. 1. epiſt. 46. 48. Tertul. de pęnitent. c. 8. & ſeq. vbi bene loquitur, & tamen Nouatus dixit poſſe ſemel tantū poſt



poſt baptiſmum remitti peccata, quod quidam falſo tribuunt Tertul. contra quod. Tri. ſeſ. 14. c. 2. & can. 1. quoties. ſeſ. 7. can. 9. & D. Thom. 2. 2. q. 24. a. 11.

l m p. quæſtione. 89. 3. ad. 1. Soto. Ledeſm. l m Caieta. 2. 2. quæſtione. 152.

rite abſoluta ſi noua confeſsione explicentur poſſunt per infuſam gratiam de ſe remiſsiuam peccatorum nouo titulo ſup. cap. 12. iterum atque iterum abſolui. Dum vero Apoſtolus ad Hebræos. 6. ait impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam: loquitur de baptiſmo f iuxta communem patrum expoſitionem. quod ſi de ſacramento pœnitentiæ ſimul expona, ſumit per exaggerationem impoſsibile pro difficili. g

10 Quædam virtutis integritas & ſtatus non reparatur per pœnitētiam, vt innocentia, h quanuis eſſet virtus vt quidam aiunt, ideo reparari non poteſt ſi intercidatur peccato præterito, quia impoſsibile eſt præteritam peccati interruptionē nunquam fuiſſe. Virginitas non eſt habitus infuſus, i ſed quaſi innocentia perpetua caſtitatis in finem diuini cultus. Hæc irreparabiliter amittitur per eam culpam M. qua fit ſpontanea ſeminatio k aut pollutio, vel abſq; peccato amittitur per actum coniugalem in vtroque coniuge, ſi fiat ſeminatio intra vas fœminæ etiam abſque fractione corporalis integritatis. ſatis tamen eſt ad irreparabilē amiſsionem, ſi abſque ſeminatione fiat congreſſus cum penetratione, qualem puer, ſpado, aut frigidus habere poteſt. abſurdum enim videtur vt quis dicatur virgo & dignus aureola, qui tota vita dedit ſic operam venereis actibus, per propoſitum nubendi cum expreſſa intentione conſummandi matrimonium amittitur virginitas, ſed reparabiliter ſi opus non ſequatur, vt dicetur lib. de matrimonio. ſimiliter reparari poteſt, ſi virgo conſenſu mētis venereo, aut alio peccato vt periurio, virginitatem mentalem cum caritate amiſit: vel ſi complaceat de pollutione in ſomnis habita. l per venialem vero pollutionem nō perditur aureola virginitatis: m quia veniale propriè non contrariatur virtuti. Hactenus de proprio effectu pœnitentiæ qui eſt remiſsio culpæ M.

## CAP. XIIII.

Effectus ſecundus vt pœnam æternam commutet in temporalem, interdum delet totam temporalem ſenſus.

§. 2. *Patres in limbo ſine pœna ſenſus detinebantur pro peccato naturæ. quo ſenſu bonus latro dicitur à quibuſdam patribus primus ingreſſus fuiſſe Paradyſum.*

3 *Effectus. 3. eſt gratia ſacramentalis, id eſt, ſpeciale auxilium. effectus. 4. eſt tollere reliquias peccati.*

4 *Confert veſtem nuptialem pro conuiuio euchariſtiæ, interdum dat pacem conſcientiæ, & tanquam filius iuuatur à patre ſpirituali & prælato, non tamen contrahitur cognatio cum confeſſario.*

SEcundus effectus huius ſacramēti eſt homini attrito & adhuc impio pœnam æternam quæ de lege ſemper cum culpa remittitur, a cōmutare in temporalem à confeſſario b per claues iniunctam: attrito enim nunquam videtur ſola abſolutione remitti tota pœna, c ſed pars illius ſeruata proportione. Si vero magna contritio totam pœnam tollat, non dicetur commutare, ſed pœnam æternam gratis cum culpa remittere: quæ remiſſio non fit per ſolam non impu-

f Hebr. 6. impoſsibile eſt. ibi de baptiſmo exponunt Chryſo. Theodor. œcū. Theoph. Anſel. D. Tho. Amb. ibi & lib. 2. de pœnit. c. 2. Aug. expoſitione epiſt. ad Rom. ad fi. lib. de vera & falſ. pęnit. capit. 3. Bellarm. 1. de pęnit. c. 13. lib. 2. c. 16. D. Tho. quæſtio. 84. 10. ad. 1. Soto. d. 14. quęſtione. 1. articulo. 10. Ledeſ. q. 25.

g D. Tho. Soto, Ledeſ. Bellar. lib. 2. c. 16. Caiet. idem Ambr. 2. de pęniten. c. 2. Aug. de vera & falſa pęnit. c. 3. Hierony. 2. contra Iouin. ſed Hugo. lib. 2. p. 14. cap. 4. impoſsibile eſt per vires humanas naturæ. ſic Matth. 19. impoſsibile eſt diuitem intrare, & ſubdit, apud homines impoſsibile eſt.

h D. Tho. q. 89. a. 1. & a. 3. ad. 1. Ledeſm. q. 29. Soto. d. 16. q. 2. a. 1. Hieron. epiſt. ad Euſtoch. de virgin. hinc Agathon apud Ariſt. 6. ethi. c. 6. hoc ſolo priuatur Deus, vt facta facere infecta non poſsit.

i Caietan. cum D. Thom. 2. 2. quæſtione 152. articulo. 3.

k Caietan. ibi & D. Thom. 3.

CAP. XIIII.

a Trident. ſeſsio. 6. cap. 14. facit. cap. 7. accipit remiſsionem per quam ex inimico fit amicus & hæres. & Roma. 8. nihil dānationis eſt. & inf. filij & hæredes. Ezech. 18. & 33. omniū peccatorum nō recordabor amplius. inter homines tamen remiſſa iniuria, manet obligatio ſatiſfaciendi damna. imo Scot. & Gabr. qui putant tranſeūte peccato, ſolū manere reatum pęnæ: vel ſecundum eos qui æternitatem pęnæ putant non reſpondere quantitati culpæ, ſed ſtatui auerſionis: impoſsibile eſt remitti culpā, quin tollatur ęternitas pęnæ: at ſane non implicat, vt bene Med. tractat. 1. de pęnit. q. 7. artic. 2.

b Sic loquuntur Theolog. D. Thom. d. 21. quæſt. 1. 3. 3. add. q. 7. 1. & inf. Soto. diſt. 20. quæſt. 2. 1. Taper. art. 6.

c D. Tho. expreſſe add. q. 18. a. 2. ad. 3. & 3. p. q. 86. 4. ad. 3. ſi. vbi Victor. & Peña, Ledeſ. 2. p. q. 4. ar. 1. fin. & eſſe communem tenet Durand. d. 16. q. 3. fauet Taper a. 6.

a.6.p.243. contra Sotum ſup. dicentem, eam opinionem D. Tho. eſſe incredibilem. [d] Trid. ſeſ. 6.c.7.16.& can.11. Chryſoſt. ho.5.& alijs de pœnit. Greg.9.mor.c.27.& hom.20. in euang. ex illo Luc.3. facite fructus: vbi Ambro. Eſai. 1. ſubuenite oppreſſo: ſicut nix dealbabuntur. Prouer. 16. miſericordia & veritate redimitur iniquitas. ſic Petrus Mat. 26. fletu amaro diluit plene peccatum.

radiſum ante Abraham & Moſem. nempe quia primus immediate è terra intrauit paradiſum, abſque tranſitu alterius loci, aut limbi. [k] Cypr. apud Aug. ſup. idem Aug. to. 7. lib. 1. de anima & eius orig. c.9. cum Cypr. Ianſen. ſup. quo admiſſo, Stephanus tamen dicitur protomartyr. quia primus totam paſsionem, & mortis cauſam tulit clare pro Chriſto.

tationem ad pœnam, [d] ſed quia homo formaliter fit iuſtus. [e] communiter vero contritio relinquit reatum pœnæ temporalis, [f] quæ per impletionem pœnitentiæ iniunctæ, [g] aut per alias ſatisfactiones tollitur, aut minuitur, interdum tamen poſt remiſſam totam pœnam ſpiritualem, punit in præſenti Deus peccatorem ſcandaloſum, in exemplum aliorum vt cap.13.§.7. dict. eſt.

2 Patres vero ſancti in limbo poſt remiſſam totam pœnam & culpam perſonæ, detinebantur ob peccatū totius naturæ, quouſque Chriſtus pro eo peccato ſolueret pretiū totius ſanguinis: deſcendente vero anima Chriſti ad limbum & facta reali ſolutione, ſunt ſtatim beatificati. [h] dicitur tamen à quibuſdam patribus bonus latro fuiſſe primus ante alios ingreſſus paradiſum: [i] quia primus accepit ſpecialem promiſsionem cum effectu, & primus eorum qui poſt Chriſti mortē mortuus in lege euangelica, abſque alio loco accepit gaudium Paradiſi, fuit bonus latro. dicitur etiam à quibuſdam patribus fuiſſe martyr [k] in proprio ſanguine baptizatus: vt qui forte propter Chriſti confeſsionem in cruce durius fuerit tortus, ac ſubinde ſine vlla purgatorij pœna trāſlatus eſt in paradiſum. ſed martyrem fuiſſe negat ſerio B. Aug. [l]

3 Tertius effectus eſt gratia ſacramentalis, [m] ideſt, ſpeciale auxilium diuinæ aſsiſtentiæ in eum finem, vt præſeruet à peccatis, & facilius homo perſeueret in iuſtitia. fit etiam homo per confeſsionem ex cognitione ſui humilior & cautior, & dictis auxilijs roborantur potētiæ eius vt fortius decertet ac vincat hoſtem humani generis: qui hanc Chriſtianæ virtutis arcem per hæreticos violenter impugnat, [n] ſciens quicquid pietatis & religionis in eccleſia conſeruatur, id magna ex parte confeſsioni tribuendum eſſe. [o] 4. tollit reliquias peccatorum, [p] vt propenſiones in praua obiecta relictas ex vitijs: & dat vigorem contra tædium & fatigationem animi, & corporis ex peccato relictā, & tepiditatem ſpiritualem.

4 Inter effectus connumeratur quod pœnitentia ante communionem ex præcepto diuino neceſſaria confert veſtem nuptialem, [q] qua diſponitur homo ad cœleſte conuiuium, ne repulſam patiatur. deinde dum etiam pœnas & venialia remittit, diſponit ad introitū gloriæ, [r]

[e] Trid. ſeſ. 7. c. 7. can. 11. D. Tho. 1.2.q. 113. artic. 1.

[f] Trid. ſeſ. 6.c.14. can. 30. ſeſ. 14. c. 2.& 8. can. 12. vt patet 2. Reg. 12. & 24. remiſit Deus culpam & non pœnam Dauidi. Greg. 9. mor. c. 27. Chryſo. ho. de pœnitentia. Aug. 2. de pecca. merit. c.33.34. Bellar. lib. 4. de pœnit. c.2. & ſeq. Soto lib.3. de natura & gra. c.6. d.19.q.1.a.3. Veg. lib.13.c.36. Michael. Medin. de indulg. q. 1. Cord. lib.5. de indulg. q.1. Nau. c.1.n.43. aliquando tamen ingens contritio remittit totam pœnam. inf. c. 17. lit. O.

[g] Bellar. c.5. Trid. ſeſ.14.c.8. can.15. Cypria. ſer. de lapſis. Leo epiſt. 91. ad Theodo. Grego. in. 1. Regum. lib.3.c.7. conci. Nicen. can.12. Carthag. 4. can.76. Martin. epiſc. Brachar. in collectione. ſyn. Græc. c.83. c. ab infirmis. 26. q. 7. Florent. ſeſ. vlti. de ſatisfact. c. omnis. c. Deus qui. de pœnit. & remiſ. Aug. ho. vlt. ex. 50. de ver. & fal. pœni. cap. 18. Ambro. ad virgi. lapſam. c.3. Tertul. de pœnit. cap.9. vbi Pamel. Soto. d.15.q.1.ar.4.

[h] D. Tho. 3.p.q.1.a.4. ad.2.q.31.1.

[i] Cypr. quem refert Auguſt. 4. de bapt. cont. Don. c.22. Bellar. de bapt. c. 6. col.1. fi. ſup. de bapt. c.5.§.4. Ianſen. concord. c. 143.& citat Aug. ſer. 130. de tempore. qui eſt ſer. 1. in paraſce. Amb. ſer. 45. ad princ. Hiero. in id Zachar. 9. tu quoque in ſang. Chryſoſt. to. 2. ho. 1. de. diuite: Leo Pap. ſer. 2. de paſsio. Dñi. Beauxā. tract. de paſsio. in illa verba, hodie mecum eris, ſed præ cæteris Cyril. Catech. 13. ait latronem intraſſe pa-

[l] Augu. 4. de bapt. cap. 22. Bellar. de bapt. c. 6. ſup. lib. de bapt. c. 5. §. 4.

[m] D. Tho. & Cai. 3.p.q.62. 2. Soto. d.1. q. 3.2. diſtinct. 7. artic. 7. ad tertium. Ledeſm. 1. par. quæſt. 3. artic. 2. Doct. diſt. 1. Bonauent. artic. 6. quæſt. 1. Richar. art. 4. quæſt. 4. Marſil. quæſtione. 5. art. 4. ſup. lib. de ſacram. cap. 12. §. 5. quidam characterem in tribus ſacramentis putant dici gratiam ſacramentalem: quibus fauet Caiet. cum D. Thom. quæſt. 72. 7. ad. 5. de confirmatione. At falſo: nam gratia ſacramentalis nunquam eſt ſine gratia iuſtificante. Alij putant eſſe ornatum habitualem vt olim D. Thom. diſt. 1. quæſt. 1. 4. 5. Palud. quæſtione. 3. Capreol. q. 1. Alexan. 4. par. quæſt. 26. mem. 1. contra quos lib. de ſacram. c. 12.

[n] [o] Conci. Trid. ſeſ. 14. cap. 1. & Pius V. in Catech.

[p] D. Thom. quæſt. 86. 5. Soto. diſt. 15. q. 1. art. 5 Ledeſm. quæſt. 27. art. 5. ſic plenius extrema vnctio datur contra reliquias peccati. & Tridentin. ſeſsione. 14. in procem. de vnctione, eſt ſacramentum conſummatiuum pœnitentiæ ſup. lib. de confirm. cap. 9.

[q] Matth. 22. quod exponit Auguſt. Gregor. homil. 28. in euang. & Patres de veſte caritatis: & ante communionem requiritur confeſsio, & probatio per eccleſiam Tridentin. ſeſsione. 13. capit. 7. & can. vltim.

[r] D. Thom. add. quæſt. 10. artic. 3. &. 3. p. q. 86. 4. quia remittit quaſd. pœnas, & q. 87. 1. tollit venialia.

s ſup.



[s] Sup. de bap. c.16. D. Tho. q. 69. 7. non ita olim circuncisio. q. 70. 4. ad. 4. [t] Trid. ſeſ. 14. c. 3. fin. Colonien. Catech. Pij V. [u] ſic ſecreta etiam grauia reuelantur amico fideli & parenti. [x] D. Tho: add. q. 56. 2. ad. 8. Sot. d. 42. q. 1. ar. 2. & tamen grauiter punit.

c. omnes. c. fin 30. q. 1. D. Th. opuſ. 64. cap. 22. Berna. Diaz pract. c. 77.

ita nec auerſionis in habitu: & priuatio gratiæ vel nitoris, vt eſt voluntaria ex actu, pertinet ad peccatum D. Thom. 1.2. quæſtione 76. 2. ad ſecundum. Marſil. 2. quæſtione. 18 ſic in priuatione iuſtitiæ debite conſiſtit peccatum origin. ita Deus non eſt autor aliqualis maculæ, quæ relinquitur ex peccato veniali.

& per claues aperit ianuam cœli; quem effectum baptiſmus totam pœnam cum culpa remittens habet efficacius. [s] Interdum in viris pijs qui deuote confitentur, ſequitur magna conſcientiæ pax & tranquillitas, [t] cum ſpiritus iucunditate. fruitur pœnitens officio confeſſarij, qui doctor eſt ignorantis & ſcrupuloſi; dum intellectum conſilijs illuminat: & vt pater ſpiritualis & amicus [u] iuuat impotentem vt facilius exequatur ea ad quæ tenetur: maxime ſi prælatus ſit, qui ad intus notitia confeſsionis, gubernat prudentius ſubditos ſibi intus & in cute notos: & ſaluo ſigillo, aut de pœnitentis licentia curat impedire mala quædam imminentia, vt lib.3. cap.23. dicetur. Ex hac tamen paternitate non contrahitur cognatio cum filiabus ſpiritualibus, [x] quaſi circunſtantia ſpeciem mutans & neceſſario confitenda. qui tamen filias intra confeſsionem aut circiter ſolicitat ad turpia, denunciandus eſt cenſoribus fidei, quaſi videatur de ſacramento male ſentire.

## CAP. XV.

Venialia licet non ſint materia neceſſaria, remittuntur per abſolutionem. &. §. 3. per alia ſacramenta: quæ tamen per ſe non ordinantur contra venialia.

*2. Remittūt venialia alijs remedijs.*

*4 Vt per ſacrificium miſſæ, & per contritionem per modum contrarij.*

*5 Per feruentis caritatis actum.*

*6 Oratio quomodo impetret liberationem animæ à purgatorio.*

*7 Numerantur nouem remedia contra venialia.*

*8 Animæ dum intrat purgatorium remittuntur culpæ veniales per dilectionem feruentem.*

QVidam putant tranſeunte actu peccati venialis nihil culpæ, aut maculæ [a] remanere: ſed reatum pœnæ temporalis, [b] at re vera in habitu manet aliqualis macula, [c] cuius Deus autor eſſe non poteſt, [d] præter obligationē pœnæ à Deo illatæ. Quædam remedia ſunt immediate inſtituta contra culpas veniales, vt pœnitentia, dilectio Dei feruens [e] aqua benedicta, & ſacramētalia. quædam immediate ad remiſsionem pœnæ, vt ſatisfactio etiam aliena, & indulgentiæ. Sublato vero toto reatu pœnæ tollitur ex conſequenti culpa: [f] quanuis communiter prius eſt remiſsio culpæ quam pœnæ, vt ſemper fit in remiſsione peccati M. conſiſtit culpa venialis [g] in eo quod animam ſubobſcurat, & habet imperfectam conuerſionem ad bonum commutabile, [h] impedit à feruoroſis actibus caritatis, [i] familiaritate amicitiæ, ſpirituali cōſolatione & illuſtratione, priuatque copioſis auxilijs quæ communiter Deus confert feruoroſis. Dum vero remittitur culpa venialis tollitur dictum impedimentum, & redditur homini ſpecialis familiaritas cum peculiaribus auxilijs, tollitur inordinata cōuerſio, & minuitur pœna ſenſus cōuerſioni reſpondens. Interdū veniale remittitur abſq; vllo merito proprio, aut infuſione gratiæ, [k]

CAP. XV.

[a] [b] Almai. 4. d. 21. Maior. d. 41. q. 1. col. 4. Med. tract. 1. de pœnit. q. 3. & de reſtit. q. 7. Ekius de colloquio Vvormat. & propendet Taper. a. 2. & probabile dicit Scot. d. 21. q. 1. vbi Almain. & propendet Gab. d. 16. q. 5. a. 1. not. 2. & problema dicit Cord. lib. 5. q. 8. & 11.

[c] cōmunis Theolog. D. Tho. 3. p. q. 87. a. 1. & 3. ad. 1. cum Augu. de pœnitentiæ medicina. c. 5. de ver. & falſa pœnit. c. 18. Quanuis D. Tho. 1. 2. q. 89. 1. non ſatis ſe declarat. tenet Durand. d. 16. quæſtione. 2. diſtinct. 21. quæſt. 1. Sot. diſt. 15. quæſtione. 2. 2. Ledeſm. 1. part. quæſtionē. 27. 4. quæſtione. 28. 1. fauet D. Thom. de mal. quæſt. 7. art. 12. Vega lib. 12. in Trident. c. 26. lib. 14. cap. 17. Abulen. Matth. 25. quæſt. 711. Nauar. c. 14. nu. 31. K. qui diſtinguunt culpam etiam in habitu à reatu pœnæ.

[d] Quia vt Deus non poteſt eſſe cauſa peccati in actu vt probat D. Thom. 1. 2. quæſtione. 79.

[e] inf. § 6.

[f] Communis & fatetur etiam Scot. & cit. lite. A. alias maneret in culpa, ſine vllo debito pœnæ.

[g] Diuus Thomas. 3. part. quæſt. 87. 3. & 1. 2. quæſtione 88. Aſten. lib. 5. titul. 4. articulo 2. ſummiſt. verb. peccatum. quare etiam venialia ſunt fugienda. 22. q. 2. c. 1. & alijs. 4. ſequent. gloſ. cap. ſi aliquid. 22. quæſtione quarta.

[h] Diuus Thomas. 3. part. quæſtione. 87. articulo. 1. & 2. ad tertium.

[i] Diuus Thom. 2. 2. quæſtione 24. 8. ad ſecūdum quare in ſtatu innocentiæ ob perfectionem caritatis non eſſet peccatum veniale. 12. quæſt. 89. 3. nec in Angelis. art. 4. nec fuit in Beata Virgine Tridentin. ſeſsione. 6. can. 23.

[k] Diuus Thomas. 3. part. quæſt. 87. 2. Palud. diſt. 16. quæſt. 1. 2. Soto. diſt. 15. quæſt. 2. 2. Ledeſm. q. 28. art. 2. ſic in purgatorio remittuntur ſine augmento gratiæ. D. Thom. de mal. quæſtione. 7. articulo. 11. ad. 16.

l D.Tho.

[l] D.Tho.q.87.1.vbi Caieta.&.d.16.q.2.2.2.de mal.q.7.a.11.Palu.d.16.q.1.a.2.& ponunt regulam: dilectionem Dei tunc eſſe virtualem pœnitentiam venialium, quando homo ita eſt affectus, vt ſi de illis cogitaret, doleret: cum nulli peccato ſit virtualiter affectus. quam regul. Soto d.16.q.2.1. Ledeſ.q.28.1.dub.7. ſine cauſa impugnant, ex eo quod homo fragilis interdū ita eſt diſpoſitus, vt tentationi graui ſuccumberet, & tamē habet feruē tem dilectionem Dei. At re vera hic non eſt virtualiter affectus vlli peccato, de quo agit D.Tho. Dur. vero. d.16.q.2.nu.9.d.21.quæſt.1.fin.c.&ad.1.tenet requiri pœnitentiam formalem. nam Augu. epiſt.108. Enchy. c.71.& in fin.lib.50.hom.vocat pœnitentiam & ſatisfactionem, dicere orationem Dominicam, qua remittuntur debita noſtra.1.venialia.&Caniſi.in Catech.c.5.q.19.ſed re vera illa non eſt formalis pœnitentia.

mal.q.7.art.10.d.16.q.2.1.2.&.3. ibi Rich. art. 5. q.2.Palud.q.1.a.1.con 3.Bonau.d.21.art.1.q.1.161 Richar.a.2.q.3.Alexand.4.p.q.65.memb.3.a.3.§. 4.Soto.d.15.q.2.art.4.Pet.Sot.lect.18.Capreol. Caietan.Abulen.Matth.18.q.140.Richar.Victor. opuſ.de differentia venial.& mor. omnes Recent.

vt per indulgentias & alienam ſatisfactionem alteri iuſto applicatam.

2 Abſque ſacramento in re vel in voto, vel abſque formali dolore pœnitentiæ, [l] remitti poſſunt venialia varijs remedijs, quibus hominem vti decet. 1. non per ſolam vim naturæ, vt quidam putant: [m] nam remiſsio venialium pertinet ad ſanctitatem ſpiritualem qua diſponitur homo ad ingreſſum cœleſtis beatitudinis, quæ proinde non habetur abſque ſupernaturali remedio & virtute quam participat ex Chriſto paſſo [n] & aduocato noſtro. 2. non poteſt homo ſine gratia habituali, [o] ſatisfacere pro veniali per opera propria, quanuis fiant ex ſupernaturali auxilio Dei: quia ſine gratia non habent valorem meriti & pretij apud Deum: [p] quanuis quidam [q] dicant oppoſitum: vt rex remittere non ſolet leuem iniuriam ei qui pro grauiori non vult ſatisfacere. quare venialia in quibus homo decedit cum mort. puniūtur per accidens in æternum. [r] ſi vero admittatur caſus, vt paganus decedat cum originali & venialibus tantum, [s] hic æterna pœna ſenſus damnabitur pro veniali ſic adiuncto: [t] ſed mitius, quia nec habebit formale odium Dei, nec triſtitiam de carentia diuinæ viſionis. re vera tamen paganus communi lege ſi poſt plenum rationis vſum nō conuertatur, & præſertim vrgente mortis articulo, peccat. mort. [u] atque ita in infernum damnabitur cum pœna damni, triſtitia & pœna ignis.

3 Ad venialium remiſsionem nec extrema vnctio, nec aliud ſacramentum per ſe inſtituitur, ſup. lib. de cō fir. cap. 9. cum minora remedia ſufficiant. remittuntur tamen per omne ſacramentum digne receptum, ſicut & remittitur. m. quod grauius eſt. 1. baptiſmus remittit omnem culpam & pœnam, & martyrium. Si tamen cum obice venialis complacentiæ recipiatur, non impeditur principalis effectus circa reliqua tantū peccata, vt ſup. lib. de bapt. c. 26. dictum eſt. 2. venialia ſunt materia ſufficiēs ſacramenti pœnitentiæ, quanuis nō neceſſaria. quare licet Ioan. c. 20. fauor clauium extendatur ad venialia vt abſolui poſsint, non tamen rigor vt ligari & retineri valeant: [x]

[p] 1. Cor. 13. ait eleemoſynam & martyrium ſine caritate nihil prodeſſe. Eſai. 1. quid mihi multitudo victimarum. Eccleſi. 34. dona iniquorum non probat altiſſimus, nec in multitudine ſacrificiorū propiciabitur. alias enim Pagano ſine fide & applicatione Chriſti remitterentur venialia.

[q] Dur. d. 16. q. 2. ait in præſenti remitti per actum bonū, qui repugnat veniali: vt fides in peccatore augetur diſpoſitiue per actum ſupernaturalem, qui eſt proportionatus. at Scot. admittit remitti in futura vita & Gab. d.16.q.3.a.3.dub.2.&.d.21.remitti etiā in inferno, dum ſoluitur pœna finita, quæ debetur veniali. quæ ſententia eſt valde falſa.

[m] Sentit Dur. Vtroque loco. Gabr. d. 16.q.1.ibi. Maior.& Nominal. Scot.d.15.q.2.quanuis dubitet. d.21.q.1.quæ ſententia forte haberet verum, ſi homo in puris naturalibus creatus peccaret venialiter: qui vt mereretur temporalia bona, ita ex benigna Dei prouidentia ſatisfaceret per vim naturæ cū non ſit inimicus.

[n] D.Thom.q.87.2.&.4. Pet. Sot.de pœnit.lect.18.gloſ.interl.in id Pſal.31.Beatus vir cui non imputauit.quod gloſ.intellexit etiā de venial.ſic pro venial.fit oratio Dominica, vt ait Aug.ſup.& concil.Mileuit.c.6.item nemo liberatur ab vlla miſeria niſi per Chriſtum Trid.ſeſ.6.c.11.facit Arauſic.2.cap.14.&.22.quod etiam de venial.exponit Auguſt.tract.1.in.1.Ioan.2.ſi quis peccauerit aduocatum habemus Chriſtum.&.c.1.ſanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato:& ſubdit ſi dix. quia peccatum.facit Med.tract.3.q.de ſatisf.Suar.3.p.q.1.a.4.dub.4.§.9.

[o] communis D.Thom.3.part.q.87.4.&.12.quæſt.87.5.ad.3.

[r] D.Tho.1.2.q.87.5.ad.3.& communis Thomiſt.

[s] Vt admittit Scot.Nau.ſed non admittūt Caiet.cum D.Thom.12.q.89.6.ibi.fr.Med.& add. q.69.7.ad.2.Alexand.4.p.q.65.mem.3.a.4.§.1.Soto.d.45.q.1.a.1.D.Thom.de mal.q.5.a.2. ad. 8.& 2.d.42.q.1.5.ad.7.Capreo.Henr.quolib.

[t] Fatentur Alex.D.Th.1.2.q.89.6.& in.2.d.33.q.2.2.ad.1.ibi Dur.q.3.nu.5.imo.d.16.q.2.d.21.q.4.ait quod tali veniali debetur pœna damni.quē in hoc taxat Carthuſ.d.21.q.6.idem Richar.d.21.a.2.q.3.d.45.a.1.q.2.& dicit communem Victor. relect.de vſu rationis.Cano relect.de ſacram.

[u] D.Tho.& alij autores, quia iſti pueri ſcient in die iudicij ſe habuiſſe proximam potentiam conuerſionis & gratiæ, dolebunt de priuatione beatitudinis, quam habere neglexerunt.

[x] Hæc omnia dicuntur in conc.Trid.ſeſ.14.c.5.can.7.Richar.d.21.a.3.q.1.Duran.q.3.Nauar.c.2. nu.6.



num.6 communis & certa ſententia.D.Thom.3.p.q.65.1.ad.8.Sot.d.1.q.6.1.quare venialia non dicunt ligari & retineri, ſed mor.quod claudit ianuā cœli, vt dicit D.Thom.q.84.2.Tap.ar.5.fol.112. communis.

[y] Sot.d.18.q.3.a.3.Palu.d.17.q.2. art.4. Syl. conf.1.§.13.

[z] ſup. c.4.B. quod ſupponit D. Thom. d.17. quæſt.3.1.3.

[a] ſup.c.4. B.tenet Bona.d.17.in 2.p.illius articul.4.q.1. quanuis art.2.q.1.ſolū. dicit, quod tenetur de veniali agere pęnitētiā. idem Rich. artic.2.q.4.ad.1.Almain. artic.2.ſupplem. Innoc.quod hic per accidens tenetur confiteri.

[b] propendet Richar. & tenet Alexan. 4.part.quæſtione.77.memb.1.artic.1.&.2. Ang. conf. 2.§.penult. quod Soto ſine cauſa impugnat. addit Rich. ob confeſsio nē venialiū in genere poteſt abſolui, quia de ſolis mort. tenetur in ſpecie.

[c] Diuus Thom. quæſtione. 79. 4. Ambroſ. 5.de ſacram. c.4. Petrus Sot. de pœnit. lect. 8. Bellar. lib.4.euchar. cap.19.ad fin. Soto. d. 11.q. 2.artic.4.

[d] D.Thom.3.p.q.87.2.Bonau.d.21.a.1.q.2.Petrus Soto.lect.11.Sot.d.15.q.2.3.Ledeſ.1.p.q.28.art.3.Alexand.4.p.quæſt.65.memb.3.arti.4.§.3. Recent.

[e] Quod tamen ſignificat D.Thom.q.79.4.& Pet.Sot.lect.18.ſed D.Th.q.86.2.Soto & Ledeſm.probant oppoſitum cum Alexand.

nec eccleſia facere illa poteſt materia neceſſaria, [y] ita vt alijs remedijs quā per abſolutionem vel in ordine ad illam non remittantur, poſſet tamen compellere omnes ad confeſſionem annuam, ita vt liget eos qui non habent conſcientiam peccati mortalis: [z] quia licet primarius finis huius ſacramēti in iſto ceſſaret, obligaret tñ præceptum ob finē ſecundariū vtilitatis noſtræ & cultus diuini. Sic enim obligat ad communionē paſchæ, quo tamen tēpore ius diuinum non obligat, & obligare poſſet ad ſacramenta cōfirmationis & extremæ vnctionis, vt quidā obligaſſe putant, de quibus lib. de cōfir. c.1.&.7. poſito eo præcepto ſatis eſſet homini iuſto confiteri vnū veniale, aut aliquod ex peccatis rite abſolutis, vt fieret vera confeſsio. de facto tamē eccleſia generali præcepto neminē obligat ad confeſsionē, niſi eū qui poſt præcedentem abſolutionē habet conſcientiam peccati mor. quanuis quidā [a] ſignificent de facto ad ven. obligare c. omnis vtriuſq; ſexus, at ſatis eſſet vt hic in paſcha ſe præſētet parocho ante cōmunionē, & dicat ſe non confiteri, quia non habet conſcientiam peccati mor. [b] ſtatuto tamē religionis ex tacito regularium conſenſu quidā obligātur ſub veniali, cōfiteri ſaltem venialia aliqua quolibet menſe, ſup. c.4.§.10.

4 Extrema vnctio vt eſt cōtra reliquias peccati, ita ex conſequenti contra ea venialia quæ ex fragilitate & fomite fiunt, ſup. lib. de confir. c.9. euchariſtiæ receptio quia per ſe cauſat vel auget feruentē actū deuotionis, tollit venialia, [c] quæ impediunt feruorem caritatis, & generaliter omne ſacramentū vt cauſat gratiam, ita de ſe efficax eſt ex operato tollere venialia, [d] ſi affectum virtualem peccati homo non habeat: quia hæc ſunt medicamenta contra morbos ſpirituales, & vt recta perducant in gloriam qua ratione omne ſacramentum interdum attrito remittit m. ac ſubinde venialia ei coniuncta, nec oportet vt euchariſtia excitet feruentem actum, per quē tollat venialia, [e] ſed ſatis eſt ad hunc effectum gratia quam cōfert ex operato, vt de baptiſmo & de martyrio conſtat: nam & hoc modo remittit m. ex operato quod maius eſt. nec ad remiſsionem venialium ſacramentum requirit aliam præuiam diſpoſitionem, quam vt homo velit ſuſcipere ſacramētum in remedium peccatorum, & re ipſa digne ſuſcipiat: [f] atque ita nō tantum baptiſmus, ſed extrema vnctio & abſolutio quæ extenditur etiam ad oblita (ſup.c.13.§.8.) remittit omnia venialia quo ad culpam, & id præſtat omne ſacramētum niſi obicem inuenerit: quia nō eſt minor ratio de his quam de illis venialibus; qui vero putant ſacramenta non expellere venialia, niſi quia excitant bonum motum vt dictum eſt, aiunt non remitti niſi ea quibus bonus ille motus opponitur, quaſi pœnitentia virtualis. ſed horum quoſdam interpretari poſſumus de plena remiſsione venialium quantum ad pœnas.

5 Tandem per ſacrificium miſſæ ijs qui ſunt offerentes, aut pro quibus ſacerdos ſpecialiter offert, confertur ſatisfactio pro pœnis ex opere operato. [g] propter quod inter remedia contra venialia numeratur auditio miſſæ: ſublata vero omni pœna, ex conſequēti tollitur culpa. Quidam ita grauem putant malitiā culpæ venialis, vt negent iuſtos mereri de condigno veniam illius. [h] At ſane mereri ita poteſt: [i] ſicut & de iuſtitia ſatisfacit pro reatu talis culpæ, & generaliter ex opere operātis per omne opus meritoriū pprium remittitur ſaltē pars pœnæ venialibus debitæ: [k] quia omne meritū eſt ſatisfactoriū, & qui meretur finem glorię, meretur tolli impedimēta cōſequendi gloriā, ſaltem ex parte. 2.

[f] nam & D. Tho. q. 86. 1.ad.2. fatetur remittere mortalia ex operato, quod maius eſt Ledeſ.& Soto, d.15. Recēt. cum tamen idem Soto, d.11.q.2.a.4. Videtur negaſſe.

[g] Trident. ſeſsione.22. capit.2.

[h] Petrus Sot. de pœnitētia. lec. 18. & tribuit Diuo Thom. 3. quæſtione 87. 4. & Anſelm.

[i] Communis. Diuus Thomas, quæſtione 87.3. ad tertium, & facit prima ſecundæ, quæſtione 72. 5. Paludan. diſtinctione 16.quæſtione prima, numero.27. Gab. quæſtione ſecunda, Mai. quæſtione quinta, articulo primo. item Durand. diſtinctione 21.quæſtione.1. Scot. quæſtio.1. Suar. 3. part. quæſtione. 1. articulo.4. dub.4.§.9.

[k] Nam opus meritorium, etiam remiſſum,

per generalia opera pœnitentiæ & miſericordiæ, [l] vt per eleemoſynā & remiſſionem iniuriarum, præſertim cum intentione ſatisfaciendi [m] pro culpis. 3. per actum generalem contritionis vt remittitur omne. M. ita & omnia venialia, [n] quorum homo non conſeruat virtualē complacentiam: contritio enim eſt exuperans ſatisfactio, & per modum contrariæ diſpoſitionis expellit inordinatam conuerſionem relictam ex venialibus. nec mirum quod iuſtus ad breue tempus maneat abſq; omni culpa. [o] ſed quia venialia cōnexa non ſunt, fieri poteſt vt homo ſpeciali ratione deteſtetur vnum genus peccati, puta omne mendacium, nec tamen remittatur ſibi aliud veniale, [p] quod nullo modo deteſtatur, aut cuius retinet virtualem complacentiam. 4. per attritionem quandam venialibus oppoſitam: hæc iuſto remittuntur: vt quæ habetur ob turpitudinem peccati, & propter pœnas purgatorij [q] aut inferni: hæc enim cum ſacramento ſatis eſt ad effectum gratiæ & remiſſionem M. [r]

6 Tandem directe tolluntur per feruentem caritatis actum, [s] cum propoſito firmo vitandi omnia venialia diuiſiue, [t] id enim habere poteſt & implere iuſtus ad breue tēpus, quia hic actus habet connaturalem repugnantiam non minus cum omnibus venialibus quā cum vno, & eſt illorum virtualis pœnitentia, ſecluſa ratione meriti. vt lapis dum feruenti impetu fertur in proprium locum rumpit impedimenta viæ, & Sampſon impetu rupit vincula quibus ligatus erat. tepida dilectio non ſic expellit omnes veniales culpas ſtatim per modum diſpoſitionis cōtrariæ: ſed cum ea ſecundum quoſdam, [u] ſtare ſimul poteſt inordinatus & venialis motus appetitus, aut certe ſtat virtualis complacentia in peccato veniali: non tamen culpa, [x] ne alias admittamus hominem apud Deum ſimul mereri ac demereri, quanuis per diuerſos actus.

7 Importuna oratio per modum impetrationis obtinet remiſſionem venialium, ſine alio actu, vt quidam dicunt. [y] ſic enim iuſtus interdum impetrare videtur ſecundum quoſdam liberationem animæ à purgatorio: [z] & Chriſtus ſecluſa ratione ſatisfactionis pro pœna, & redemptionis ſacrificij què contra culpā, & cauſæ meritoriæ, [a] impetrauit nobis per orationem ſuam omnia bona: [b] ſed veroſimilius eſt nunquam ſola impetratione hominis cōcedi eidem aut alteri veniā culpæ aut pœnę, niſi aliqua via applicetur ei ſatisfactio, [c] aut impetretur bonus motus voluntatis, per quē ſalua

meretur augmentum gratiæ & caritatis non quidē per modum diſpoſitionis quia non augetur ſtatim, D.Th.1.2.q.vlt.a.8.ad.3.&.2.2.q.24.6.ad.1.& ibi Caiet.fr.Med.Bañes.& Recent. ſed per modum meriti, cui ſuo tempore dabitur gloria. [l] Recent. & de operibus miſericordie colligit, ex ſcriptura & Patribus cit. de bap.c.35.Bell.lib.4.de pœnit.c.3.&.4. [m] Sic limitandi ſunt Ledeſ.q.28.a.1.dub.10. & quidā qui requirūt intentionē ex fine pœnitētiæ. [n] contritio eſt optimum remediū: & licet nō dolet de veniali ſuper omne deteſtabile. 1. ſuper mortale, ſatis eſt quod doleat ſuper omne malum pœnę. ſic feruēs actus temperantiæ per modū diſpoſitionis contrariæ tollit venialem intemperantiā D. Tho. de mal. q. 7. a. 11. & 4. d. 17.q.2.2.4.ad.3. Caiet.q.87.1.fin. Ledeſ. q. 28.3. Soto.d.15.q.2.3. non tamen remittit contritio omnem pœnam venialium niſi feruens ſit, cum tamen tollat pœnam æternam damni cui contrariatur.

[o] D.Th.3.p.q.70.4.ad.2.Caiet.3.p.q.8.a.3.fi. vt probat Veg.lib.12.in Trid.c.9.21.22.25.lib.14.c.17.19.20.opuſ.de iuſtif.q.8.fr.Med.1.2.q.109.8.con.4.Soto lib.3.de nat. & gra.c.4.& citant Hilar. Cypr.Sixt.1.Amb.Hiero.dial.1. [p] Mant.& Recent. [q r] Communis, Recent. contra Led.q.28.a.1.dub.20. [s] D.Thom.q.87.1.d.16.q.2.2.2.mal.q.7.a.11.Palud.d.16.q.1.d.17.q.1.2. Rich.a.5.q.1.Soto.d.15.q.2.1.Ledeſ.q.28.1.Palac.d.16.q.2.d.22.q.1.ad fin.Viguer.c.18.§.4.verſi.6.c.18.§.4.verſi.8.Pet.Soto tit.de venial.& eſt communis & certa ſententia. [t] D.Th.1.2.q.109.a.8.vbi fr. Med. [u] Vt aiunt Caiet.2.2.q.33.2.ad.3.q.83.art.13.Angeſt.in morali.c.14.Med C.de reſtit. q. 27.Victor.rel.de augmen. carit. putat eſſe certum. & Veg. inficiat Adam in.2.ſentent. fin. Guillel.de bel.mon.Monal. & Dauid de Caſtro nouo, quod probabile putant Almain.tract.1.moral. c. 12. D. Thom.1.2.q.114.art.10.ad.2.Mant.Peña,fr.Med. prælect. atque ita obſtetrices meruiſſe aliquid, licet bonæ intentioni admiſcuerint mendacium Exod. 1. D. Thom.2.2.q.110.4.ad 4.cum Grego.18. mor. cap. 2. &.4. Auguſt. enchyr. c. 12. 13. lib. cōt. mendac. Abule.1.Reg.c.19. quæſt. 21. Adria. quodl.8.ar.1.glo.cle.1.de reliq. & vener.ſanct. & ſimul ſtare hos duos actus ſignif. D. Thom. 1.2. quæſt. 88.1.ad.2.&.3. Naua. de indulg. not.32.nu.45.& in prę lu.7.nu.21. [x] Communis Theol.2.diſt.40. vbi D.Tho.q.1.4. Scot. Gab.Almai. Dur. quæſt. vlt. Bonau. d.41.q.1. Gregor.d.42.quæſt.vnic.articulo.1.arg.3.Mai.1.d.17.quæſt.11.Marſil.1.quæſt.17.Abulen. Matth.6.quæſt.8.& retractans Caiet.opuſ.17.qq.to.1.q.14.& in Matth.6.Taper art.11.Bañes.2.2.quæſt.24.art.6.p.971.& Recent. eſſe probabilius. Veg. lib.11.in Trid.cap.27.Cord.lib.1.qq.quæſt.8.col.pen.& quæſt.50.p.403.lib.2.quæſt.23.col.7.cum Gerſ.Med.Nauar.de orat.not.1.nu.6.not.2.nu.8.not.6.n.2.32,not.13.num.38.47.Latin.not.3.nu.49.colligitur Matth.6, attendite ne iuſtitiam, & Trid.ſeſſio.6.can.25.quod ſi longe orationi admiſceatur diſtractio venial. interrumpit meritum pro eo tempore.D.Tho.2.2.q.83.a.13.ad.3.cum Baſil. [y] Vega lib.6.in Trid.c.38. [z] Caiet.tract.2.de indulgen.q.5.Nauar.add.§.in Leuit.not.22.n.15.& not.20.n.46.probat apto exemplo iuncto.n.44.&.49.fauet Greg.c.animæ.13.q.2. [a] D.Tho.3.p.q.48.per totam &.a.6.ad.3. [b] D.Tho.3.p.q.81. [c] Hoc ſignificat Soto.d.45.q.2.a.3.ante.2.conc. ad fin.



diuinæ iuſtitiæ lege id fiat.

8 Per ſacramentalia quæ eccleſia inſtituit poteſtate ſibi diuinitus data, [d] remittuntur culpæ veniales, aut ſaltem pœnæ: non ratione impetrationis tantum, aut quia excitant motum pœnitentiæ vel caritatis, [e] ſed ex opere operato: [f] numerantur vero nouem remedia. 1. aqua benedicta ab Apoſtolorū tempore. [g] quæ habet eximios effectus. 2. panis benedictus. [h] 3. vnctio quædā ſacra, vt quæ fit ante baptiſmum, & dum conſecrantur manus ſacerdotis caput epiſcopi, aut regis vncti, vt lib. de ſacram. c. 11. dictum eſt. 4. benedictio Epiſcopalis. [i] 5. confeſſio generalis, [k] & tunſio pectoris. [l] 6. ingreſſus in eccleſiam conſecratā, vel oratio facta in illa. [m] 7. oratio Dominica, [n] aut ſimilis qua petimus dimitti debita noſtra quotidiana. 8. auditio miſſæ, de qua ſuo loco dicetur, in qua audientes ſimul offerunt, & participant fructum ſacrificij. 9. audire concionem ſacram.

9 Interdum homo iuſtus vſque ad finem vitæ, durat in peccatis venialibus, quæ non remittuntur in præſenti vita per gratiam finalem, quaſi fomes ſit extinctus, aut ligatus, [o] hoc enim nulla ratione probatur, nec fomes ante mortem extinguitur: [p] nec externo mortis dolore remittuntur ex operato, ſed cum primum homo non eſt, anima elicit feruentem actum caritatis per quem ſibi datur totum augmentum gratiæ & caritatis quod meruit per totam vitam, [q] & eo actu per modum contrariæ diſpoſitionis remittuntur ſtatim omnia venialia quo ad culpam, [r] ſimulque

& fin. Medi.tract.6.de orat.q.5.Ledeſ.2.p.q.16.a.13.col.4.D.Tho.add.q.72.fin.Dur.3.d.22.q.4.& in.4.d.45.q.1. [d] Dictum eſt de ſacram.c.10.& Bellar.lib.2.de ſacram.c.27.lib.4.de verbo Dei. c.3.lib.3.de cultu ſanct.c.7. agens de aqua benedicta. ſic poteſtas dandi indulgentias, abſoluendi à cenſuris, definiendi res fidei & morum, canonizandi ſanctos, inſtituendi beneficia, eſt diuinitus data Eccleſiæ à Chriſto. Nauar.add.lat.c.23.n.108. cum Caiet. to.2. tract.9.q.1.& D.Tho.2.2.q.100.a.4.c. dilecto. de præbend. Vt videtur dicere D.Tho.3.p.q.87.3.ad.1.&.3.& de exorciſmo.q.71.3.&.d.16.q.2.4.4.mal.q.7.a.12.ad.4.Palu.d.16.q.1.a.4.con.4.Syl.verb.aqua benedicta.§.1.Pet.Soto.tit.de pœnitentia.lect.18.ſic conſecratio eccleſiæ vt Dei inſtrumentum, excitat deuotionem orantibus in ea D.Tho.q.83.5.ad.3.Soto.d.13.q.2.3.ad.3. addit Paiua lib.3.orthodox.explicat.p.326. Deus reſpiciens ad orationem eccleſiæ inſtituentis, excitat deuotionem in recipiente aquam luſtralem, & ſic remittit venialia. hæc ſententia vtilis eſt vt curemus cum deuotione recipere ſacramentalia. [e] Soto d.6.q.2.3.d.15.q.2.a.1.&.3. addunt Ledeſ. q. 28.a.3.Cano lib.12.de loc.c.13.ad.9.Victor.Mant.& Recent. quod ſi quis cum dolore de ſe inſufficiente ſuſcipiat deuote aquam benedictam, reputatur ſufficiens ad maiorem indulgentiam, vt minor diſpoſitio cum ſacramento eleuatur: quod ſignificat D. Tho.ſup.& Alex.Pap.d.c.aquam. de conſ.d.3. ſatis tamen eſt vt quis aſpergatur aqua benedicta, dū adeſt in eccleſia, vt ſpiritualiter proficiat per ea quæ ibi aguntur: vt qui benedictionem epiſcopalē ſuſcipit dum ibat ad comitandum epiſcopum.

[f] Bellar.ſup.Caniſi. catechiſ. Turrian.lib.3. pro epiſt.Pont.c.6.Beauxam to.2.harmo.in Matt.14.p.526.Vvald.to.3.ſacral.tit.4.ſeu vlt.c.68.Soto d.15.q.2.3.Cano.relect.de ſacra.1.p.ad.6.nec Alex. I. fuit inſtitutor aquæ benedictæ: quia eā refert vt rem antiquam: cuius meminit Diony.de eccle.hier.c.de bap.Clem.lib.8.conſt.Apoſt.c.35.vbi Turrian. [g] Turrecre.tract de aqua benedicta refert.10.effectus: fugat dæmones: quietat intellectum ab illuſionibus dæmonis, cordis tractum temperat: remittit venialia: mundat & diſponit cor ad bene orandum. 6. diſponit vt deuote exerceat myſteria diuina, & digne ſuſcipiat res ſacras. 7. tollit ſterilitatē. 8. auget fructus. 9. affert ſalutem infirmis. 10. mundat aerem peſte infectum. item Clichtouæ, in elucidatori eccleſiaſtico & B. Vincent. Ferrer.3.p.ſer.9. de ſanct. lit. F. addunt. 11. quod defendit à ferarum impetu. 12. contra fulmina, & tempeſtates grandinis: vt habetur in benedictione aquæ. 13. mitigat tempeſtates & fluctus maris. 14. & furiā inimicorum viſibilium, 15. extinguit incendia ignis. [h] Colligitur. Matth. 14. Luc. 9. Chriſtus benedixit panes. de quo Cyril.lib.3.in Ioan.c.17. Petrus Apoſtolus abegit dæmones ſeu canes, iniecto pane benedicto: quos Simon Magus excitauerat, refert Abdias lib.2. hiſto. Apoſt. Bellarmi. Vvald. Beauxam.ſup. [i k] Palud.d.21.citat.c.de quotidianis. c.quamobrem. de pœnitentia. d. 1. ſed ibi nihil ad rem dicitur. ſatis eſt eſſe deteſtationem peccatorum, cum deprecatione facta à ſacerdote, vel ab alio nomine eccleſiæ: Victor.§.142.Ledeſ.2.p.q.7.a.3. ſed Soto.d.18.quæſt.4.1.fin. limitat, quando profertur à ſacerdote. alias D.Tho.Bon.Rich.Dur. ſolū aiunt prodeſſe per modum impetrationis.

[l] Aug.enchyri.c.71.epiſt.108. quia habet vicem confeſſionis generalis.

[m] Diuus Thom.3.p.quęſt.83.3.ad.3.Soto.d.13.quæſt.2.3.ſic.3.Reg.c.8.&.9. petijt Salomon vt Deus exaudiret orantes in templo.

[n] Auguſt.lib.50.hom.fin.& lib.de pœnitent.medicina.cap.2.à quo ſumpſit Concil.Toletan.4.c.9.

[o] Quod tamen falſo putat Alexand.4.part. quæſtione.57.memb.8.ad.1.quæſtione.65.memb.3.artic.3.§.5.&.2.part.quæſt.124.memb.10. propendet Maior.d.21.q.1.

[p] Vt bene probat D.Thom.diſtinct.21. quæſt.1. articul.3. [q] Caietan.& Conrad. fra. Med. cum D.Thom.1.2.quæſt.114.artic.8.ad.3.

[r] Gregor.4.Dialog.cap.39.c.qualis.25.d. dicit, leuiores culpas remitti poſt hanc vitam. D. Thom. de mal.quæſt.7.artic.12.diſt.21.quæſt.1.3.1.ad.4. Bonau.Richar.Palac.quæſtione.1.ad fi.Sot.diſtinctione.15.quæſt.2.artic.2.Viguer.cap.18.§.4.verſi.5 ſed falſo Palud.diſtinctione.21.quæſtione.1.a.2.conc.3.putat, culpas in purgatorio remitti

paulatim,per plures actus dilectionis . imo & Scot. d.21.q.1.Gabr.ibi &.d.16.q.5.a.1.Almain. fatentur culpas ſtatim remitti ob merita quæ in vita prę ceſſerunt: manere tamen reatum pœnæ.cum tamen Scot.non putat culpam in habitu diſtingui à reatu.

s ſ Cō munis Soto. d. 19. q. 3. a. 3. non dicitur ſatisfactio, ſed ſatiſpaſsio.

t t Caietan. 1.p.q.63. a. 5.dub.1. fin. & ar.6. quia Angelus meruit in termino viæ, in quo confirmatus eſt in gratia & ita D.Thom.d. 21. vocat meritum de congruo, quaſi complementum meritorum viæ.quod intendit Alex. & Maior ſup.vt in virtute merito rum viæ & gratiæ finalis, ea ferrens dilectio, remittit venialia. idem Caiet. 1.p.q.64. a. 2. col. 4. tenet quod anima in inſtanti ſeparationis,dicitur mereri aut demereri.&.2.2.q.124.a.4.ad.4. quod martyr in termino viæ meretur aureolam.&.3. p. q.50.a.6.idem ait de anima Chriſti. At probabilius eſt non fieri ratione meriti,ſed per modum diſ poſitionis contrariæ:D.Thom de mal.quæſt.7.art. 11. Bonauent. Richard.diſt. 21. & id ſentit Scot. Gab.& alij , nec Angelus meruit in termino viæ. Ferrar.lib.3.contr.gent.c.110.fi,& lib.4. cap. 95. Suar.3.par.quæſt.19.3.dub.39.fi.

u u ſignificat Scot.Bonau.Gab.& innuit Auguſt.

per ſpontaneam acceptationem pœnarum,quæ eſt virtualis pœnitentia, nec tamen remittuntur omnes pœnæ,ſed paulatim ſoluuntur per s ſatis paſsionem: s & ſicut animæ iuſtæ debetur gloria de iuſtitia, ita huic actui caritatis per modum cō trarię diſpoſitionis,& fortaſſe meri t ti de congruo, t debetur remiſsio culpæ venialis aut alicuius pœnæ: quia cum actui debetur gloria, de- u betur ablatio impedimētorū eius, u ſi homo præſtet quod in ſe eſt.

## CAP. XVII.

Effectus ſecundarius eſt tollere obicem.2.reuiuiſcit ſacramenti opus,ſatisfactio miſſæ,& indulgentia : quia eſt opus Chriſti.

*§.3.Opera in peccato facta non reuiuiſcunt, & tamen dicuntur prodeſſe vt iudicium ſit tolerabilius.*

4 *De his tamē bonis complacet beatus, teſtator confirmet teſtamentum dum ſe reputat in gratia.*

5 *Opera viua ſi peccato ſint mortificata, quomodo reuiuiſcant, de quo infra,c.33.*

### CAP. XVI.

a DIuus a Thom.diſtinct.17.quæſtione.3.3.1. add.quæſt.9.articul.1. Palud. diſt. 17. quæſt. 7.videtur Capreol.quæſt.vlt.Palac.quæſt . 8. Sylueſt.conf.1.§.22.Grat.cap. quærat. §. quod autem 3.diſt. vbi id ſacramentum vocat ſatisfactionem. Caietan.opuſ.de ſatisfact.quæſt.2.Cano rel. de pœnitentia.p.5.ſignificat Victor.§.157. Couarr. cap. alma.1.p.§. 4.num. 12. Mantius, Peña, Gueuarr. & communis Recent.vid.Veg.de iuſtif.quæſt.7. & 13. b b Maior.d.17.quæſt.3. &.9.Adr.quæſt . 5. de conf.dub.5. c c Alij concedunt veram confeſ ſionem,nec iterandam: & tamē ea peccata non remitti niſi per accidens per.2.abſolutionem. Gabr. di.17.quęſt. 1.ar.3.dub. 2.Med. tractat . 2. de confeſ. fol. 71.Soto diſtinct . 18. quæſtion. 3. articulo . 3. ad quartum & lib . 2. de natura & gratia . cap. 4. quia Soto putat ſolum baptiſmum reuiuiſcere . d. 6 . quæſtione.1. articulo. 8. citans D . Thom. quæſtione 69.articulo 10. & addit Sot.diſtinct. 19 . quæſtione. 1. articulo . 5 . non conferri duplicatā gratiam ratione vtriuſque ſacramenti . ſed falſo loquūtur.

POEnitentia habet effectum ſecundarium dupliciter. 1. remouendo prohibens. 2. quia ſecundario actu clauium ſacerdos ligat pœnitentem iniuncta ſatisfactione. remouet ergo prohibens,primum homini qui cum obice receperat bap- tiſmi , vel pœnitentiæ ſacramen- a tum informe( a falſo enim id ſacra mentum quidam negant dari infor b me: b alij autem negant reuiuiſce c re) c aut quædam alia ſacramenta: vt dictum eſt lib.de ſacra.c. 25. quo remoto confertur homini duplicata gratia virtute vtriuſque ſacramēti,putà tum præſentis, tum baptiſmi in formis,aut abſolutionis cum attritione inſufficiente receptæ:aut ſaltem virtute contritionis quæ ſuppleat vicem vtriuſque ſacramenti. interdum attritio tollit obicē , ſup. lib.de ſacram.c.12.§.6.& cap.25.lib. de bapt.cap.27.

2 Quædam opera hominis quia dicūtur ſpeciali ratione opera Chriſti(vt pœnitentia à confeſſario iniuncta, quæ eſt pars ſacramenti,) quanuis impleantur in peccato , non ſolum ſatisfaciunt præcepto confeſſarij , ſed obtinent pro pœnis temporalibus proprium ſatiſ d factionis effectum: d non quidem

d d Caieta. Cano,Nauar.c.3.nu.5.fr.Medin.lib.2.inſtru.c. 7. D.Thom,d.20.Recent.communiter,& fatētur probabile, Victor.Led.Cou.Palac.d.15.q.4.con.5, at Adria. dicit ſatisfacere de congruo. Dur. d. 15. q. 2.refert quod D.Tho.fuit varius,quia.d. 15. q. 1. 3.3.ad.3.limitat ſatisfactionem,quæ relinquit effectum reuiuiſcere(in quo illum ſequitur Palu.q. 1. a.2.Capr.q.3.Albert.Syl.ſatisf.§.7.Arm.§.5. Viguer.c.16.§.4.verſ.24.fi.Ant.3.p.tit.14.c.vlt. )at hæc limitatio eſt voluntaria ſine autoritate ſcripturæ & Patrum.& ideo D.Th.3.p.q. 89.5.negat vniuerſaliter reuiuiſcere.idem Soto.d.19.quæſt. 1. 5. Pet.Sot.de ſatisf.lec.vlt.videtur Vict §.201.Lede. 2.par.q.13.art.3.dub.1.Caiet.verb. ſatisf. ibi Tabien.§.vlt.Angles flor.Theol.tit.de ſatisfa . Palac. quæſt.4.Couarr.§.4.numer.5. Alcoc. cap. 33. ſed D.Thom. interpretandus eſt de ſatisfactione quæ non eſt pars ſacramenti;de qua ſimiliter negant reuiuiſcere,antiqui Altiſ.lib.4.tract.6.q.6. Alexand. 4.p quęſt.85.memb.1.Bonauent.d.15.ar.1. quæſt. 4. Richard.art.1.quæſt.1.Argent.Henric.quodl.8. q.18.falſo autem Archid.de pœniten. d.5.& Pan. c.quod



c.quod quidam.de pœnit.& remi.dicunt pœniten- e tiam in peccato impletam eſſe repetendā. e Scot. d.15.q.1.fin.Maior.q.1.Almain. ſed Marſil. q.11. a.3.ſine magna aſſeueratione:Gab.d.16.q. 2. dub. 2.&.q.5.dub.2.Angel.pœnit.§.6.&.14.Med.C.de ſatisfactione.fol. 100. Nauar. c. 3. nu. 5. quod probabile dicunt Alber.d.15.ar. 2. at falſo Scot . dicit prodeſſe etiā damnatis. f ſed ait ſe loqui ſine præiudicio.

f f Gab . in can.lect.57. inf . lib . de miſſa.

g g Syl . indulgent . §. 7.verſ. 3. n. 32.cū Palu. 4.d. 20.q.4. quod inſufficienter impugnat Naua.§. in Leuit . de indulg.not.19 n.9.not.17. n.2.not.31. nu.29. quia Doct. negāt prodeſſe exiſtenti in peccato.m.& tamen ſatis eſſe vt tēpore vltimi operis ſit in gratia. D.Tho.quodl.2.art.vlt.& add.q.25.1.ad. 3.q. 27. 4.extrau.vnigenitus.de pœnit.& rem.Nauar. not. 10.& 17.& not.32.n.46.cū Syl.§.10.verſ.5.ſupple.Soto.d.21.q.2.a.3.Ledeſ.2.p.q. 29. a. 1. Petr. Sot.tit.de indulg.lec.3.Ant.1.p.tit.10.c.3.§.4.&5 Tab.indulg.§.4.Mich.Med de indul.c.vlt.ſed ſunt interpretandi, non prodeſſe dum manet in peccato.

h h inf.c.33.Soto.d.19.q.1.a.5.d.14.q.2.a.6. & lib.2.de nat.& gratia.c.4.Doct.d.15.

i i D. Th. 1.2.q.109.5.q.114.2.vbi fr.Med.ex Gen.4.reſpexit ad Abel.colligitur Greg.22.mor. c. 12. concil. Arauſi.2.c.18.Mileui.c.4.5.Trid.ſeſ.6.can.2.DD. 1.d.17.Ferr.3.cont.gent.c.150.Heruæ. quodl. 9. q.4.At de potentia Dei poſſet eſſe meritū ſine gratia & caritate habituali Soto.d.1.q.3.1. Scot.1. d. 17.q.2.a.2.Greg.q.3.Gab.2.d.27.Marſil.2.q. 17. a.3.q.18.a.4.& Recent.

k k Fr.Med. & communis Recent.3.p.q.7.a.1.Sot.lib.3.de nat. & grat. c. 6.d.19.q.1.2.& videtur Rich.3.d.13.a.1.1.ad.vlt. Veg.lib.7.in Trid. c.9. per accidens enim eſt quod gratia vnita ſit qualitas cont:Bona.Durand.Capr. Palud.3.d. 13. Marſil. q. 10. Dried.de capt. & red. tract.2.c.2.p.3.ar.4.ad.3.

ſtatim vt quidam putant: e ſed reuiuiſcunt in eo effectu dum homo per pœnitentiam reſurgit: vt reuiuiſcit ſacramentum cum obice receptum tanquā viuum Chriſti opus, & opera viua iuſti ſi mortificentur per peccatum,reuiuiſcūt per pœnitentiam.idem eſt de miſſarum ſatiſ- f factione, f quæ applicatur offerentibus,aut ijs pro quibus ſpecialiter miſſa offertur ex opere operato,tanquam opus Chriſti. idē videtur de g indulgentijs, g quæ per modum abſolutionis applicantur per claues ex ſatisfactione Chriſti & ſanctorū, & habent effectum quendā ex operato. Nam hæc omnia licite recipi poſſunt à peccatore: nec enim peccat, ſi iniunctam pœnitentiam impleat in m.vel recipiat ſatisfactionē miſſæ aut indulgentiarum ſibi applicatam.

3 Cætera peccatoris opera quanuis eximia & ſupernaturalia ſint, proſunt quidem vt diſponāt ad gratiam,& pro quibuſdam donis impe h randis:ſed dicūtur mortua, h ſicut fides ſine operibus mortua eſt Iac.2. quia non ſunt meritoria glorię apud Deum:ratio enim meriti de lege cō muni pendet ex gratia & caritate i operantis. i Chriſtus tamen ſine k gratia habituali meruiſſet, k quia ex gratia ſubſtantiali vnionis ſeu ex diuina perſona,anima Chriſti eſt infinite grata Deo. ſed reſpectu boni temporalis , ſatis eſt opus fieri à l Deo per auxilium ſpeciale ordinante in tale præmium: l ſic enim cō gruentia quædam & ſimilitudinaria m iuſtitia, m ſe tenet potius ex parte Dei,quem decet remunerare opus ſuum, quā ex parte operis noſtri. Deinde qui fecit bona opera pecca n tor patietur tolerabilius iudiciū, n quam ſi non feciſſet.non quia miti o gent pœnas inferni, o aut quia ſub p iectum ob hęc fortificetur vt minus doleat de pœna, p ſed quia propter eleemoſynas & alia pia opera præſeruat eum Deus à multis peccatis, in quæ alias incidiſſet: & peccat cū minori conſuetudine & contemptu,& quia implet præcepta multa in peccato, quæ ſi violaſſet punire- q tur grauius. q

4 Hæc opera mortua nunquam reuiuiſcunt ad gloriæ meritum, aut ad ſatisfactionis debitæ ſolutionem: quia nunquam habuerunt

l l Bellar.lib.4.de pœnitentia.c.11.ex Aug.5.ciui. c.15.Greg.ho.40.in euang.D.Thō.1.2.q.vlt.a.vltimo.& d.15.q.1.3.4.Capreo.2.d.28.q.vni.art. 3. ad.8.contra ſecundam conc.Medin. de ſatisfact. q. 2.Adria.q.de ſatisfact.ſignificat Hiero.c.ſi quando, inf.Chryſo. hom. de diuite & Lazaro. & homil . 67. ad popul . cap. quid ergo . de conſec. d.3.Hieron. in Ezechi . 29.vbi Deꝰ ait de Nabuchodonoſor, ſeruiuit mihi & merces non eſt reddita ei. & in Aggæi. 2 . Ambroſ. refertur in glo.in Rom. 2 . dicens nullum bonum irremuneratū , nullum malum impunitum . At id Hieronymus explicat D. Th. 3.p. quęſtione. 89. 6.ad tertiū, Soto diſtinctione. 16. quæſtio . 2. 6.& diſt.19.&.d.14.quæſtione.2.artic. 6. & lib.2. de natura & gratia.cap.4.Durand.diſt.15. quæſtione.2.ſed falſo,Soto negat hunc mereri de congruo aliquid temporale.

m m Sic vocat D.Thom.diſt.15.& Anſel.dicens,cū parcis impijs iuſtus es,quia ſic decet tuam bonitatem.

n n Ita loquitur Auguſt.enchyr.c.110.cap. tempus quod inter.13.quæſt.2.Sebaſt.Perez lib.de ſacrif. miſſ. cap. 24. Bellarmin.lib.2. de purgator. cap.18. ad primum. Sot. diſt. 19. quæſtione. 1. 5. nam Auguſt.21.Ciuit.à cap.17. vſque. 24. probat ex ſcript. non minui pœnas damnatorum. Et Diuus Thom. 3. part. quæſtione. 52. articulo.6.add. quæſt.71.articulo.5.

o o In quo errant Præpoſitiuus Theologus antiquus, & Auguſt. de Anchon. lib. de poteſtate eccleſ.gloſ.d.c.tempus.13. quæſtione. 2. & gloſ. cap. cum Marthæ.de celebrat. miſſ. quos damnant Doctor.4.diſtinctione. 45. Soto. diſtinctione.9.quæſtione. 1. articulo. 5. Gabr . in Can.lect.56 . Durand.diſt.15.quæſtione.4.

p p Sic explicat Guillelm . Pariſienſ. ſed falſo.

q q Soto diſtinctione . 19. quæſtione prima , articulo quinto Bellarmin. Sebaſtia. liter . N. cit.

vitam, nec ſunt profecta à perſona grata, nec habent vim operis operati ex merito Chriſti: & tamen de his operibus à ſe factis complacere poteſt beatus gaudio accidentali, vt dicetur. c. 33. & 34. quod ſiquis dũ eſſet in peccato mort. fecit teſtamentum & pia legata, deberet dum eſt in gratia denuo confirmare teſtamentũ, [r] vt ſic ea opera quæ illius nomine mandabuntur executioni poſt mortem eius, ſint viua, & ſibi proſint ad meritum in vita, & ad ſatisfactionẽ poſt mortem. At ſi decedens in m. præſcitus, fecerat opera meritoria dum fuit in gratia, non defertur in locum aut campos Elyſios, [s] vbi retribuatur ei merces ante damnationem: [t] & tamen ea opera proſunt alijs membris eccleſiæ, [u] quia de illis gaudent & laudant Deũ, & ob illa recipiũt à Deo ſpecialia quædam auxilia: ſatisfactiones vero quas præſcitus habuit ſibi ſuperfluas, reponuntur in theſauro eccleſiæ pro alijs: quæ omnia ſunt ꝓpter electos, vt in eos tanquã in vaſa miſericordiæ Deus abundantius oſtendat diuitias ſuas.

5 Opera viua quibus vir olim iuſtus gloriam meruit, dicuntur peccato mortificata [x] in viatore reparabili: quia in acceptatione Dei hęc quatenus ſunt opera & dona Dei, retinent vitam & digna ſunt præmio, niſi obſtet impedimentum poſitum ex parte perſonæ. Hæc opera omnia & ſingula per pœnitentiam ſuſcitantur ad quendam gloriæ gradum, ſeruata proportione, non quod iuſtus ſemper recuperet ſtatim vna contritione tepida priſtinum gradũ gratiæ & meritorum, vt quidam opinantur. Sic enim cadens ex ingenti etiam gratia reſurgeret ſemper ad maiorem gradum quam prius: quod non videtur doctrinæ patrum & rationi conſentaneum. reuiuiſcunt ergo opera mortificata vt perinde ſe habeant, ac ſi profecta eſſent ex parua gratia & caritate qua tepidus reſurgit: idem enim opus ex perſona minus grata eſt minus meritorium. 2. ſi tandem ante mortem recuperet antiquam gratiam reſtituetur ei totus etiam gradus gloriæ correſpondens meritis. ſimiliterque recuperabit per multa opera bene diſpoſitus, ius gloriæ & gratiam [y] quæ ſibi gratis per ſacramenta data fuerat abſq; proprio merito, vt Rom. 5. vbi abundauit delictum ſuperabundet & gratia. Sic enim Dauid, Petrus Apoſtolus & filius Prodigus Luc. 15. poſt feruentem pœnitentiã ſunt reſtituti in priſtinum gradum dignitatis & gratiæ, de qua re dicetur fuſius cap. 33. & ſeq.

## *CAP. XVII.*

### Contritio habet quoſdã ex prædictis effectibus.

§. 2. *Quomodo contritio peccatum expellat aliquomodo effectiue.*

3 *Tollit interdum totam pœnam tẽporalem. & tamen abſolutio data contrito eſt vera.*

4 *Quæ contritio ſatis ſit cum ſacramento ad iuſtificationem: nec tamen mutat obiectum, quomodo dicitur res & ſacramentum ſimul.*

Contritio cum ſacramenti voto habet quoſdã ex prædictis effectibus ex opere operantis, vt cauſa iuſtificationis diſpoſitiua. [a]

ſic eſt exponendus Aug. enchyr. ſup. eccleſia orat pro defunctis, vt plenior ſit remiſsio, vel vt mitior ſit damnatio. idem dicit lib. de cura pro mort. c. 1. & qq. ad Dulcitium. q. 2. & ſane loquitur de animabus purgatorij. [r] Gabr. in Can. lect. 58. con. 2. Honcala opuſ. 4. f. 62 Sylue. verb. ſuffragiũ. §. 8. ſed ſupple. d. 45. q. 2. a. 2. ait ſat eſſe vt ante mortem decedat in gratia: quia per hoc virtualiter ratificat. ſed primum eſt tutius.

[s] Campos elyſios vbi poetæ fingebant eſſe paradiſum, in quẽ per fluuium lethęũ deducebantur, fuiſſe in Hiſpania apud limiam in Gallecia probat Viues ſuper Aug. 21. ciuit. c. 27. ex Homer. Pli. Sabelli. ene. 5. lib. 9. Florian. lib. 1. c. 2. lib. 3. cap. 38. & vid. c. 8.

[t] De quo Soto d. 16. q. 2. a. 4. ad. 2. irridet quendam Iuniorem.

[u] Sic verum habet id Amb. citat. in glo. in Rom. 2. nullum bonum irremuneratum. D. Th. 1. 2. q. 114. a. 10. ad. 2. & . 3. p. q. 89. 6. ad. 3. in. 4. d. 15. q. 1. 3. 4. Durand. q. 3. Gab. d. 16. q. 2. dub. 4.

[x] Ita vocat D. Tho. 3. p. q. 89. & in. 3. d. 31. Sot. d. 16. q. 2. 2. Ledeſ. q. 30. a. 2. Bañes. 2. 2. q. 24. a. 6. & cõmunis DD. infra. quanuis Grat. c. intermittentes. §. dicens de pœnitentia. d. 4. hæc iuſti opera vocet mortua. pro mortificata. in eo autem qui damnatus eſt in inferno ſunt ei mortua & inutilia.

[y] Dicetur cap. 34. Hieronym. cap. quicunque. 1. d. D. Thom. quæſt. 89. 5. ad. 3. ibi Caietan. & in. 3. diſt. 31. quæſt. 1. 4. 3. ad quartum fra. Mathias de Paz] relect. de reuiuiſcentia meritorum Capreol. diſtinctione. 14. quęſtione. 2. ad argumenta Scot. contra ſecundam concluſ.

[a] Trid. ſeſſione. 6. capit. 7. in princi. hanc diſpoſitionem ſequitur gratia. & inf. ſecundum diſpoſitionis quantitatem dari gratiam, & capit. 14. can. 3. 7. & 9. ſeſſione. 14. capit. 4. D. Thom. 3. par. quæſtione. 86. 6. actus pœnitentiæ ſe habet quaſi materialiter. quæſtio. 89. 1. ad ſecundum. articulo ſecundo, & . 1. 2. quæſtione 113. 8. ad ſecundum, diſtinctione 17. quæſtione. 2. 5. 1. Paludan. quæſtione prima. 1. Durand. quæſtione prima. Scot. diſtinctione. 14. quæſtione. 2. articulo ſecundo. Gabr. quæſtione prima, articulo ſecundo, con. 4. Altiſ. libro quarto, tractat. 6. capit. ſecundo, quæſtione ſecunda & quarta. Soto diſtinctione. 15. quęſtione prima, articulo ſexto. Ledeſm. 2. part. quæſtione. 27. articulo. 6. & late Vega lib. 6. & lib. 7. cap. primo. 2. 24. Pigh. contro. ſecunda &. 9. Stapheronius libro. 5. de iuſtificat. in prolog. 1. & capit. 28.

b D. Tho.



primum omnem culpam [b] ſimul cum æterna pœna, [c] tollit diſpoſitiue: quæ diſpoſitio reducitur ad cauſam materialem. doloris etiam actio tollit actiue, & inchoatiue inordinatam conuerſionem voluntatis ad creaturam, [d] & dilectione in Deũ conuertitur: atque ita fit ex vtraque vna diſpoſitio comes gratiæ iuſtificantis, [e] per quam gratiã cum habitibus infuſis fit in genere cauſæ formalis, iuſtificatio ſic dicta à iuſtitia virtute generali. [f] ad hoc genus cauſæ formalis partialiter reducitur contritio & dilectio Dei recepta in homine adulto; quia his etiam actibus rectificantur potentiæ. vt meritum gloriæ in adulto completur ex gratia iuſtificante & operatione libera hominis: vt conſequitur aliquo modo gratiam. [g]

2 Deinde contritionis actio in genere cauſæ effectiuæ expellit inchoactiue peccatum quantum ad conuerſionem inordinatam, ſicut & actio peccati expellit effectiue caritatem & gratiam. ſed multo magis contritio ſeu attritio quando actu fit pars ſacramenti concurrit cum abſolutione vt inſtrumentum Dei actiuum quo producitur gratia cum habitibus infuſis, atq; ita contritio eſt cauſa iuſtificationis: & per eam homo cum Dei auxilio dicitur in ſacra ſcriptura viuificare animam ſuã, vt probatum eſt cap. 11. ſed contritio non compenſat ex æquali iuſtitia pro offenſa Dei vt dicetur. c. 31.

3 Deinde per contritionem tollitur pœna temporalis: & tanta aliquando eſt vt pro tota pœna ſatisfaciat. [h] ſed. 2. contritio quæ de ſe ſufficiens eſt tollere pœnam dãni æternam, non ſemper tollit omnem pœnam temporalem ſenſus, quam iuſtus debet: quia hæc eſt alterius rationis. Hic contritus quanuis nec culpam nec vllum debitum pœnæ habeat, tenetur ex præcepto diuino confiteri, & vere abſoluitur à peccatis directe, ſup. c. 12. quia confertur ei gratia de ſe remiſsiua peccatorum per ſacramentum, ſub cuius voto & onere contritio prior remiſerat peccata. 2. contritio remouet obicem ſacramento informi, & ſacramentali ſatisfactioni & meritis mortificatis: quo remoto ſortiuntur efficaciter proprium effectum. ſup. c. 16.

4 Quoddam attritionis genus vt ob turpitudinem peccati, vel metum gehẽnæ, ex auxilio Dei, quãuis ſine ſacramento per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: eum tamen ad gratiam in ſacramento pœnitentiæ impetrandã diſponit: [i] quia ex coniunctione abſolutionis quaſi ſigillata merito Chriſti, eleuatur in genere moris, vt ſit ſufficiens gratiæ diſpoſitio: & hæc attritio eleuata dicitur res & ſacramẽtũ ſimul, [k] que præcedit grãm [l]

[b] D. Tho. q. 86. 1. & . 3. Soto. ſup. q. 1. a. 1. Ledeſ. Nau. c. 1. n. 27. [c] Trid. ſeſ. 6. c. 14. Palac. d. 15. q. 1. d. 17. q. 1. p. 220. quid autem ſentiant Hugo. Richar. Victor. d. eſt. c. 12. H. [d] vt illuminatio actiua pellit tenebras: & actio virtutis pellit habitum contrarium: D. Th. q. 85. 2. ad. 3. q. 86. 3. & . art. 4. ad. 1. Ferrar. 4. contra gent. c. 72. col. 9. Soto d. 14. q. 2. 2. ad. 3. d. 15. q. 1. a. 6. Ledeſ. 1. p. q. 27. 1. (ſed falſo Soto limitat de cõtritione vt formata) ſic è contrario actio peccati pellit effectiue habitũ caritatis & gratiæ, D. Tho. 2. 2. q. 24. a. 10. & 12. vbi Bañes. hoc ſignificant qui aiunt contritionem eſſe meritum de cõgruo: meritum enim reducitur ad moralẽ cauſam effectiuam.

[e] Sola cõtritio non eſt tota & efficax cauſa remiſsionis, quia requirit actum fidei ſpei & caritatis: & inſuper completur iuſtificatio per habitum gratiæ & iuſtitiæ, per quem de eſſentia animæ expellitur priuatio gratiæ & iuſtitiæ: quæ pertinet ad culpã. 1. 2. q. 76. 2. ad. 2. Marſil. 2. q. 18. ſic enim peccatum origin. eſt priuatio iuſtitiæ vt huic puero eſt voluntaria voluntate Adæ. 12. q. 83. 2. vbi fr. Medin.

[f] Sic iuſtificatio à iuſtitia includit gratiam & omnes virtutes quibus rectificantur omnes potẽtiæ hominis per peccatum læſæ. Trid. ſeſ. 6. c. 7. & . c. 4. can. 11. D. Tho. 1. 2. q. 113. 1. vbi fr. Med. Taper. a. 8. Vega lib. 15. in Trid. & lib. 5. c. 4. Soto. lib. 2. de nat. & gratia c. 6. Lindan. lib. 3. panop. c. 18.

[g] Contritio & dilectio vt ſecũdũ modum procedit ab homine grato eſt meritoria gloriæ Cano, relect. de pœnitentia. & cit. c. 11. M. fin.

[h] Nauar. cap. 1. num. 43. §. 23. cum gloſ. c. menſuram verſ. doloris de pœnitent. diſtinct. 1. & alijs gloſ. D. Thom. in. 3. diſt. 19. art. 3. 1. & in. 4. diſt. 15. q. 2. 2. 3. diſt. 17. quæſt. 2. art. 1. 1. Alexand. 4. p. q. 40. memb. 4. art. 2. Altiſ. lib. 4. tit. de pœnit. Marſil. 4. quæſt. 12. art. 2. Caietan. opuſ. de cont. q. 2. Soto diſt. 19. quæſt. 1. art. 3. col. 3. quæſt. 5. art. 1. d. 20. q. 2. articul. 1. fin. Ledeſm. 2. p. quæſt. 20. 2. fin. Durand. 4. d. 5. q. 2. numero. 9. Hoſi. inſtitu. c. 47. Taper art. 3. Vega. li. 13. c. 39. lib. 9. c. 41. ex Canoniſt. Innoc. in. c. quod autem de pœnit. & remiſ. Calder. c. in noſtro. eod. tit. Felin. c. ſicut dignum de homic. Card. in ſũ. 50. d. vbi Præpoſ. ca. minor. Alcocer. ſum. cap. 33. Bellarm. lib. 2. de pœnitentia. cap. 11. fin. & ſeq. vid. ſup. cap. 14. F.

[i] Tridentin. ſeſſione 14. cap. 4. & inf. cap. 26.

[k] Caieta. cum Diuo Thom. quęſtione. 84. 1. ad tertium & clarius. 4. diſt. 22. quæſtione. 2. 1. 2. ad ſecundum. vbi Capreol. quæſtione. 1. articulo 3. cum Palud. diſtinctione. 14. quæſtione. 1. artic. 3. vocat ornatum. Ferrar. 4. contra. 72. at falſo Soto diſtinctione. 14. quæſtione. 1. articulo. 1. ad tertium putat rem & ſacramentum dici contritionem vt eſt poſt gratiam habitualem, & meritoria gloriæ. nam D. Thom. 3. p. quæſtione. 89. 1. ad ſecundum conſiderat contritionem vt vltimam diſpoſitionem eleuatam, ante receptionem gratiæ.

[l] Sup. lib. de ſacram. cap. 12. character qui eſt res & ſacramentum ſimul datur prius natura quam gratia: in euchariſtia corpus Chriſti quod eſt res & ſacramentum ſimul. quæſt. 73. 1. ad. 3. eſt prius quã effectus gratiæ: in matrimonio vinculum: vigor & hilaritas in vnctione, D. Thom. add. quæſt. 30. 3. ad vlti. Soto diſt. 23. quæſtione. 1. art. 2. ante ſolu. arg. ſup. de confirm. c. 9. ita in ſacrament. pœnitentiæ

attritio dicitur res & ſacramentum,& præcedit gratiam,tanquam diſpoſitio:ſimiliter præcedit contritio & aliquomodo cauſa eſt effectiua gratiæ, cũ ſit pars ſacramenti. m Diuus Thom. quæſt. 84. 1. ad tertium Ferrar.ſup.nam generaliter id quod eſt res & ſacramentum ſimul, eſt effectus ſacramenti, & prius natura quam gratia,atque ita contritio conſideratur.1.vt ſecundum entitatem ſuã ipſa vel attritio eſt pars ſacramenti.2.hic dolor vt in dignitate & valore eleuatus ex cõiunctione ad formam abſolutionis, fit melior diſpoſitio ad maiorem gradum gratię, qui datur virtute ſacramẽti:puta contrito vt duo dantur quatuor gradus gratiæ : vt cuprea moneta ſigillo regio eleuatur in valore.

atque ſimul eſt effectus abſolutionis & ſacramenti, m reputaturque apud Deum homo de attrito contritus,nec tamẽ oportet vt attritio mutato obiecto formali fiat contritio n vt quidam putant. n quod ſi diſpoſito ſecũdum duos contritionis gradus detur abſolutio,eleuatur contritio ex Chriſti merito, vt reputetur digna diſpoſitio gratiæ vt quatuor: vt finita gratia habitualis in humanitate Chriſti fit ex vnione Verbi,cum iuſdam dignitatis infinitæ: o & vile cuprum vel ſyngraphum ex regio ſigillo impreſſo habet maiorem valoris & honoris efficaciam.

## CAP. XVIII.

### Effectus vt confeſſarius ſecundario actu liget pœnitentem.

*§.2. Per clauem ſcientiæ agnoſcit quis ſit ligandus.*
3 *Ligat imponendo præceptum pœnitentiæ iniunctæ.*
4 *Effectus obligationis ſequitur in pœnitente vt impleat pœnitentias.*

n Palud.diſt.14.q.1.a.3.&.d.17.q.2.putat,dũ attritus abſoluitur, mutari obiectũ formale attritionis: quia ille dolor iam eſt propter Deum quem hic iuſtus ſuper omnia diligit ex caritate.Caiet.opuſ.de contritione.q. 2. & ſignificat. Soto lib. 2.de nat.& grat.c.14.quanuis enim.d.14.q.2.a. 1. ad.3.impugnet Caietan. concedit tamen dari contritionem in peccatore ſecundum ſubſtantiã actus. At communis ſententia vere negat mutari obiectũ: quia etiam in puncto iuſtificationis,manet communiter eadem attritio propter turpitudinem peccati,aut metum inferni:quam conc. Trident.ſeſs. 14. cap.4.negat eſſe contritionem,aut de ſe ſufficientem iuſtificationi.

o Diuus Thom.3.p.q.7.ar.11.ſup.lib.de ſacram. cap. 3. §. 4. gratia habitualis in Chriſto, & liberi actus erant de congruo diſpoſitio ornans & concomitans reſpectu gratiæ vnionis: qua ratione dicitur infinita , & quia concurrit vt cauſa, ad infinitum meritum & ſatisfactionem.

## CAP. XVIII.

SEcundario actu clauium ſacerdos cauſat effectum ligandi pœnitẽtem a ſubditum autoritate ſuæ ſententiæ. vt vero ſit Deo conſentaneum inſtrumentum & miniſter, debet claue non errante ligare eum quem Deus ligat & ligandum eſſe iubet. b Deus vero diuerſa ratione ligat ad culpam quàm ad pœnã: nam ad culpam cuius autor eſſe nõ poteſt nõ ligat,niſi indirecte: c quia non ſoluit auxilio efficaci, ſed permiſsiue derelinquit in peccato . Similiterque ligat ad pœnam æternã, quæ comitatur peccatum mort. ſed ad pœnam temporalem ligat directe Deus tanquam iudex , quia pœna ſit à Deo d tanquam medium per ſe ordinatum in finem ſalutis, & in plenam ſolutionem pro peccato.

2 Hic ſacerdos debet per clauẽ ſcientiæ iudicare de idoneitate pœnitentis.inf.lib.3.de pœnitentia. c. 1. quod ſi aduertat minus dignam diſpoſitionem afferre, vt quæ attritio non videtur legitima,vel manet in periculo ſcandali, vel occaſionis proximæ, vel non habet dignum emendationis propoſitum

a DIuus Tho.add.q.18.a.3.Soto.d.20 q.2.ar. 2. Vega lib.13.Tri.c.34.Tap.a.6.DD.cũ Mag. d.18.Ferra.4. cont.c.72.Abulen. in Matth. 16. q. 79.in Matt.18.q.42.Alex.4.p.q.79.Altiſ.lib.4. p. 179. Adria. q. de clau. Victor. titu. de claui. ad fin.& rel.de poteſt.eccle. Roſen.a.12. Turrec. lib. 1. de eccleſ. à.cap.93. & lib. 2.per totum. conc. Trid.ſeſ.14. c. 8. & can. 15. Aug. 1. doctrinæ. c. 18. & paſſim Doct. dum agunt de clauibus. V.valden.de ſacrament : cap.144.

b Diuus Thom. add. quæſt.18. a. 4. Soto. in quo cauere debet ne claue errante (vt aiunt) imponat grauia,quę non ſint proportionata pœnitenti & peccatis:Chryſoſt.hom.6.Matth.cap. alligant. 26. quæſt.vlt.& Greg.Nazian.orat.16. præſtat errare imponendo pœnitentiam minorem iuſto,quam grauiorem(vt refert Simanc.de cathol inſtit.c.47.nu. 79.)& vbi Dominus eſt liberalis,ne ſit diſpenſator auarus,quare Luc.16.laudat villicum,qui de ſumptibus Domini ſuam & aliorum inopiam largiter prudenterque ſubleuauit. oportet tamen non ſolũ oleum,ſed vinum infundere plagis. Luc. 10. &. c. omnis de pœnit.& remiſ.

c D.Tho.1.2q.79.a.3.vbi fr.Med. cũ Aug. epiſt. 105.Deus non obdurat impartiendo malitiam,ſed non largiendo gratiam Taper.a.7.Vega lib. 14.c. 17. ſic excommunicatio quæ priuat ſpiritualibus, per ſe ordinatur in medicinam,& bonum finem.(c. 1.de ſent. excomm.in.6.Soto.d.22.q.1.1.Couar.c. alma.in princ.nu.9.& lib.2. var.c.8.nu.1. Caſtro. verb.excomm.Sixt.lib.6.biblio.c.267.)ſic interpretandæ ſunt ſcripturæ dum aiunt,Deum indurare, aut deſerere impium in pœnam, quia non confert vberiora quædam & efficacia auxilia: cum tamen Deus prius deſeratur ab homine per liberum peccatum, vt ait Tridentin. ſeſsione. 6. capit. 11. &. 13.

d Quia pœna temporalis, licet ſit malum priuatum iſtius , eſt bona & in bonum finem per ſe ordinata , cuius autor poteſt eſſe Deus, Diuus Thom. 1.2. quæſtione. 87. articul. 7.&. 1.p.quæſt.48.artic.6.quæſt.49.artic.2. Doct. cum Magiſt.2.diſt.36.& ita leges pœnales ſunt iuſtę Sot.1.de iuſt.q.6.a.5. Caſtro.1. de lege pœn.c. 5.&.9.& in bonis tẽporalib9 famæ & pecuniæ punitur interdũ filius pro peccato patris:nõ tñ pœna corporali mortis, & verberũ. vt patet Exo.20.Cou. 2.var. ca. 8. Simãc.c.29. n.6. Dueñas regul. 345. F. Cyprian. ſup.ad Naũ. 1. ex te exiuit. Syluest. verb. pœna §.23. Diuus Tho. 2.2.q. 108. Abulẽ. 4.reg. 14.q. 5.



quia ſæpe iuſſus non reſtituit: dicitur ſacerdos illum indirecte & negatiuè ligare ad culpam & pœnam æternam(vt Deus ligare aut excæcare dicitur) quia non abſoluit,& pœnitenti oſtendit ſententia iuridica & declaratoria manere coram Deo ligatum vinculis peccatorum. quãuis forte eccleſia præſumat illũ abſolutum à confeſſario, nec excommunicet cũ his quos propter omiſſam confeſſionem communionem que Paſcha excommunicare ſolet : nam ob ſigillum ſecreti occulta eſt in foro exteriori eccleſiæ ea ſententia,qua peccator ligatus eſt à confeſſario.

3 Poteſt eodem modo confeſſarius indirecte ligare iuſtum ad pœnam temporalem in cõmuni, dum permittit pœnitentem manere obnoxium pœnæ debitæ, eo quod nullam pœnam iniungit aut leuiſsimã. contra monita conc.Trid.ſeſſ.14. ca. 8.tandem in particulari confeſſarius poſitiue ligat ad temporalem pœnam pœnitentiæ iniunctæ per claues,ad quam obligat pro grauitate materiæ,vt ca.8.dictum eſt.ſic Chriſtus inſtituit vt quanuis in hoc ſacramento applicetur ſatisfactio ipſius, qui plene pro omni pœna ſatisfecit quoad ſufficientiam,non tamen communicetur homini ſatisfactio Chriſti niſi ſecundum diſpoſitionem recipientis, e & cooperantis:vt ſic Chriſtianus pœnitens conformetur Chro in carne paſſo f Roman.8.Chriſtus tamen verbo ſuo cũ culpa remittebat totã pœnam , quia per poteſtatem excellentiæ dabat aut ſupplebat condignam diſpoſitionem:& tamen interdum in aliorum exemplum adiecit onus pœnitentiæ g vt eſſet medicina præſeruatiua.

4 Sic ergo in pœnitente ſequitur effectus obligationis ex ſacramento & clauibus, vt teneatur obedire præcepto & ſententiæ confeſſarij , ſuſcipiens & implens pœnitentias iniũctas.quæ ſententia quãuis pœnalis videatur , h obligat p claues in foro conſcientię,vt reus ſit vindex ſui & executor pœnæ impoſitæ: ſic in foro exteriori Papa & epiſcopus per claues ligat legibus & pœnis cenſurarum,quæ non requirunt nouam iudicis executionem. i qualis autem & quanta pœnitentia ſit iniungenda dicetur li.2.c.21.

## CAP. XIX.

### De prima parte materiæ quæ eſt contritio,vt pertinet ad ſpecialẽ virtutem, quædam virtutes verſantur immediatè circa malum arduum.

*§.2. Pœnitentia conuenit cum virtute religionis: & differt ab illa.*
3 *Et cum iuſtitia.*
4 *Vt declaretur obiectum pœnitentiæ contra peccatum,diſtinguitur in peccato triplex ratio, generalis & quædam ſpecialis.*
5 *Deteſtatio peccati ſecundum rationem ſpecialem non eſt ſatis ad remiſsionem peccati.*
6 *Qualis deteſtatio peccati ſecundũ rationem generalem non ſit ſatis.*
7 *Nec deteſtatio & dolor ex ſolo motiuo caritatis.*
8 *Hic dolor ſimul elicitur aliquando à caritate & pœnitentia. an cõtritio ſufficiat abſque formali dilectione Dei.*
9 *Pœnitentia eſt contra peccatum etiam vt malum proprium: vt deſtruat præſentem ſtatum peccati qui eſt in homine.*

e Trid. ſeſ.14.ca.8. in quo differt à bapt. vt dicit.c.2. Taper.ar 6. Bellar. li.4. de pœn.c.2. & ſeq. Vega li.13.c.39. Lindan. lib. 3.Panop.ca. 36. Soto. d. 19.q.1.a.3. ſi. Ayal. de tradit.tit.de cultu ſanct. Caiet.to. 3. tract.11.ca. 7. &. 12. & ita decenter inſtituit Chrs: quanquis infinita eius ſatisfactio ſit de ſe ſufficiẽs pro omnium peccatis.1.Ioan.2.ipſe eſt propitiatio.1.Petri.2. peccata noſtra ipſe pertulit in corpore Rom. 8. proprio filio non pepercit:quomodo non etiam cũ illo omnia nobis donauit. Coloſ. 2. donans nobis omnia delicta, delens.

f hæc eſt. 1. ratio quam colligit Triden.c.8.vt in præſenti membra ſint conformia capiti:& hoc eſt dignius,vt homo ſimul cum Chriſto ſit cauſa ſuæ redemptionis , dum ſatisfacit pro temporalibus:ſicut & quod iuſtus per opera ſua mereatur gloriam. 2. ratio de præterito in vindictam iuſtam confeſſarius ligat.alias infideles putarent vanum eſſe iudiciũ Triden.c.8. can. 15. D. Tho. q. 86. a.4.ad.1. ratio. 3.reſpectu futuri, vt freno pœnitentiæ fiat cautior & reſipiſcat.ſic infirmus cũ medicina cõcurrit ad pfectam ſanitatem. & de his etiã D. Th.4. cõtra gent. ca.72. &.1.2.q.87 6.c.ad.3.Taper.ar. 6.& alij. ſup. ob quas rationes Chriſtus ſatisfecit vt cauſa vniuerſalis,& cauſaliter: quia inſtituit cauſam noſtræ ſatisfactionis eſſe ſacramentum pœnitentię, quod p pro pœnis applicetur adhibitis operibus nřis in ſatisfactionẽ,D.Th.3. p.q.49.1. ad 3.

g vt Ioã. 5.tolle grabatũ tuũ vbi D.Thom.& Chryſ.h.68. impf.Beaux. to.2.har.p.274.cũ.Aug.epiſ.105.li.6.cõt.Iul.c.11. Baſil.cõſt.exerc.c.11.

h cũ tñ lex pænalis nõ obliget ad executionẽ pœnę ante iudicis cõdẽnationẽ:imo poſt illã nõ obligat reũ ad pœnã corporalẽ,vt ſe flagellet, nec põt obligare vt ſeipſũ inficiat aut mutilet.

i quę eſt rõ Sot.li.1.iuſt.q.6.a.6.F.Med.cũ.D. Th.1.2.q.96.a.6.

## CAP. XIX.

Poenitentia ſpecialis virtus diſtinguitur ab alijs priuatis virtutibus [a] (vt à moralibus circa bonum proprium quæ moderãtur proprias paſsiones, aut quæ ſunt circa bonum proximi.) quæ immediate verſantur circa bonum, quanuis ſecundario actu doleant de malis, vt ſub ſpeciali ratione contraria ſint proprio bono. ſic temperatus triſtatur de malo intemperantiæ, & qua ratione proſequitur bonum eadem fugit malum. at quandoque malum ratione excellentiæ requirit ſpecialem rationem virtutis non incluſam in bono contrario, [b] vt manſuetudo circa iras vincendas, iræ enim obiectum eſt malum vt arduum: [c] & fortitudo eſt circa audacias vincendas ac timores temperandos, timoris vero obiectum eſt malum. [d] ſic virtus pœnitentiæ eſt circa omne malum culpę [e] vincendum & expellendum, & quia vnum mort. ſine alijs expelli & remitti non poteſt, nec peccator meretur veniam, fit vt id malum ſit arduum ſupra vires & meritum hominis. quæ ratio ardui exigit virtutem, vt patet de ſpe theologica. augetur difficultas, quia vno ſimplici actu debet homo ſimul deteſtari omnia mort. quanuis materialiter ſint plurima & diuerſarum ſpecierum, atq; ita eſt vna virtus ſub vna ratione formali [f] ex ſupernaturali motiuo pœnitẽtię. acquiſita vero pœnitẽtia per actus ex vi naturali, non eſſet virtus. [g] hæc pœnitentia dicitur inter morales prima virtutũ, [h] quia in iuſtificatione impij habet perfectum actum, & introducit reliquas virtutes. nec dignitate inferior eſt, quia occaſione peccati ſit neceſſaria, nam & Verbi incarnatio, quæ eſt bonorum fons, fuit occaſione peccati prouiſa. [i] præcedit tamẽ actus fidei, [k] & deinde aliqua Dei dilectio. [l] quanuis interdum quædam pœnitentia præcedat dilectionem Dei, [m] ſaltem perfectam.

2 Pœnitentia multum conuenit cum virtute religionis. [n] vtraque enim exhibet Deo honorem quem debet, nec poteſt de ſuo reddere æquale: & à Deo cui omnia debet accipit id. 1. Paralip. 29. quo eidem ſoluit debitum, ſubmittens ſe humiliter Deo & recognoſcens propriã vilitatem: ſic enim cor contritum dicitur Pſalm. 50. ſacrificium in Dei cultum. vtraque eſt habitus per ſe infuſus ſimilis & maxime affinis virtutibus theologicis. [o] at re ipſa differũt [p] ex formali obiecto: quia religio exhibet reuerentiam & cultũ latriæ Deo vt principio creationis & gubernationis, quamuis Deus offenſus non eſſet: ſed pœnitentia deteſtatur peccata intendẽs ex affectu quandam compenſationem iuſtitiæ pro iniuria, & eo fine vt Deus recuperato honore deleat gratis peccatum, & homo recuperet Dei amicitiam. ſic reſpectu hominis diuerſa virtus eſt dulia quæ exhibet honorem principi quanuis læſus non ſit, & iuſtitia qua ſatisfacit honori principis quem lęſit iniuria, (etiam ob finem obtinendæ reconciliationis vt quia eget homo amicitia principis:) tenetur enim huius iniuriam compenſare, quamuis ei propter ſe ipſum nullum cultum deberet. & in Chriſto fuit virtus religionis, non autem pœnitentiæ: [q] vt nec fides & ſpes quæ requirunt imperfectionem quandam hominis. communiter tamen pænitentia imperatur nõ tantũ ex caritate ſed ex religione [r] vt Deo cultum exhibeat & honorẽ peccato ſublatum reſtituat.

3 Conuenit pænitentia cum iuſtitia commutatiua ſeu vindicatiua, & legali [s]: quia reſpiciunt rationem debiti ex legis diuinæ à ſe violatæ neceſſitate. & pœnitens affectu quodam iuſtitiæ contendit pro iniuria & offenſa peccati reddere Deo æquale, quoad poteſt. quod ſi vt Chriſtus ex proprijs & nullo titulo debitis ſatisfecit de rigore iuſtitiæ, poſſet pœnitens offerre Deo diuinum honorem æqualem offenſæ, teneretur ex iuſtitia. differt tamen à iuſtitia commutatiua: quia pro peccato & offenſa de ſe infinita non poteſt homo reddere Deo æquale, etiã ſecundum partẽ aliquotam: [t] ideoque confugit ad motiuum diuinæ miſericordiæ, [u] vt Deus contentus ſit ea compenſatione affectus, quæ nititur in Dei auxilio & gratia liberali: & homini per contritionem

a Communis. [a] d.14.D.Tho.q.1.1.3.Dur. q.2.in princ. Cano rel.de pœnit.p.2. conc.2. Soc.d.14.q.2.a.2. Taper.a.4. licet enim conueniat pœnitentia cum dolore quo tẽperantia dolet de cõtrario malo. ſed differũt ratione formali, quia pœnitentia ſub motiuo generali dolet, vt Deo cõpenſet ꝓpter Deum ſumme dilectum: & dolere de omni peccato in generali, nõ pertinet ad vllam ex priuatis virtutibus moralibus quã falſo Scot. d. 14. q. 2. Mai. q. 2. dub. penult. Altiſ. lib. 4. tract. 6. q. 3. dicũt quod poſtquã homo recoluit multarũ ſpecierũ peccata, ſatis eſt ob ſpecialia motiua deteſtari omnia ſimul: & hanc dici pœnitentiã de ſingulis. [b] vt ſingulariter ait D.Thom.1.2.q.60.ar.5.ad.4.

c [c] Caiet.cum D.Th.1.2.q.46.ar.2. obiectum odij & deteſtationis vt eſt in pœnitentia, eſt malum.1.2 q.29.1.&.2.2.q.34. [d] Caie.cum.D.Th.1.2.q. 42.a.1.&.2.&.2.2.q.19. [e] hoc vniuerſale obiectũ petit vt pænitentia ſit diſtincta virtus: Deus enim non exigit niſi à peccatore deteſtari omne peccatũ mort. vt Dei offenſam, cum dolore & affectione cõpenſandi D.Th.3.p.q.84.2.q.85.1.&.2.c.&ad.1.d. 17.q.2.2.Soto.d.14.q.1.2.d.17.q.1.2.Med. C. de pænit.tract.1.q.3. colligitur ex Trident.ſeſſ.14.ca. 1.&.4. pænitentia eſt ad deteſtandum omne peccatum. ſeſſ.6.ca. 6. per pænitentiam mouetur in odiũ peccati: Aug. de ver. & falſa pænit.c.2. &. 3. & per multa ca. de pænitentia.d.1. pænitentia dicitur dolor de peccato. & colligitur.2. Paralip. fin. in orat. Manaſſes. [f] D.Th. q.85.2.& clarius.d.14.q.1 1.2. vbi latriam ſeu religionem dicit diſtingui contra virtutẽ pænitentiæ (cõtra Caietan.d.q.85.2.& Suar.3.p.q.7.a.4.dub.19.§.1.) & d.15.q.4.7.1.ad 2.Rich. [g] quia nõ eſt diſpoſitio perfecti ad optimũ, nec aſſequi poteſt ſuũ finem (ideſt veniam peccati.) quẽ ex Dei auxilio & cõmuni lege gratię aſſequitur pænitẽtia infuſa quæ eſt vera virtus.q.85 3.ad.4.Ledeſ.q.26.3.dub.1.fi.D.Th.d.14.q.1.1.4 ad.2.Sot.d.14.q.2.3.col.4.a.5.ad fi. [h] D.Th.q. 85.6.vbi Caietan.Ledeſ.quęſt.26.6.Soto.diſtinct. 14.quæſt.2.6.idem Scot.Paludan.diſt.14.quæſt.2. Vega.lib.6.in Trident.cap 28. [i] vt probat D. Tho.3.p.q.1.a.3.& colligitur ex ſcriptura. Luc. 19.venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. [k] & ita fides dicitur prima virtutũ & fundamentũ. 22. quæſt.4.art. 7.conc.Trident. ſeſſ.6. ca.8. Hebr. 11. fides eſt ſubſtantia.i. fundamentũ quod ſubſtat. At Luther. imponit catholicis quod non requirant fidem ad pænitentiam. refert Bellarm. 1. de pænitentia.c.2. [l] ſi ſeruetur ordo prius natura eſſe debet actus dilectionis ſupernaturalis quam pænitẽtię: quia quamuis in motu ſucceſſiuo prius natura ſit receſſus à termino à quo, quam acceſſus ad terminum ad quem. in motibus tamen animæ prius eſt volitio & intentio finis, puta dilectio Dei, quam electio mediorum puta deſtructio peccati per pænitentiam propter Deum. vt ait D.Tho.1.2.q.113.8.ad.3.&.3.p.q.86. 6.c. ad 2.q.88.2.q.89.1. arg.1, opuſc.7. de. 10. præcept. §.2.Soto.d.14.q.2 a.6. quanuis non videtur penetraſſe hanc rationem D.Tho. idem Ledeſ.Maior.d. 14.quæſt.2.in princ.Marſil. q.12.ar.2.in.3. par. a. con.5. Durand.d.14.q.2.princ.&.d.17.q.4.nu.4. Cano.relect.p.2.con.2.Petr.Sot.lect.14.Taper.ar. 14.Med.tract.1.de pæn.q.1.ad.4 Henric quodl.5. q.23.& hac ratione ſępe vtitur D.Th. vt.1.2.q.25. 3.ad.3.q.36.1.&.2.q.29.2.ad.3.&.a.3.q.60.5.ad 4 & in ꝓpoſito.3.p.q.85.2,ad.1 ſic Luc.7. dimiſſa ſunt peccata, quoniam dilexit. ſed dilectio in priori naturæ nondũ intelligitur perfecta, donec per pænitentiam excludat peccatum: & ita conc. Trid. ante pænitentiam ait Deum diligere incipiunt.

m [m] inf.§.8.R.&.c.22.§.4.11. ſi quis ordinate nõ habeat iſtos actus, cõtinget vt prius incipiat ab aliquali odio & dolore peccati. ob quod Palud. d.14. q.2.conc.2. ait actum pœnitentiæ eſſe priorem gratia & caritate, ad quam diſponit, imo & actu caritatis infuſæ: quod olim tenuit D.Tho. d.14.q.1.2.2. Scot.q.2.Vega.lib.6.cap.28. ſed falſo tribuitur D. Tho.q.85.6.ad.1.&.2.& vide.q.84.6.ad.2. ſed D. Thom. intelligitur prius eſſe imperfectam pænitentiam

tentiam



tentiam, quâm dilectionem Dei vt perfecte conuertit. [n] quare Caieta.3.p.q.85.2. putat pænitentiam eſſe eandem virtutem cũ religione infuſa, & 1.2.q.109.ar.3.ad fin. ait dilectionem Dei vt finis naturalis, pertinere ad habitum religionis, per quẽ iuuatur põdus naturæ in Deum. nã D. Th. 2.2. q.80. diſtinguens partes potẽtiales iuſtitiæ, ſolã religionem ſtatuit erga Deum &.q.81.art. 1. religionẽ deducit cum Aug.10. ciuit.cap. 4. à reeligendo: quia homo reeligit Deũ quem negligenter amiſerat. cum Caiet. tenet Suar.3.p.q. 7.ar.4. dub. 19. §. 1. & infert quod virtus pænitentiæ fuit in Chriſto, & quidam actus pænitentiæ. de quo inf. ca. 35.§.4. [o] ſup. D. Tho. 3.p.q. 85.3.ad.1.Ledeſ.q.26.3.Soto.d.14.q.2.ar.3. Medi.C.de pænit.tract.1.q.1.ad.4.& idem de religione ait Caiet.2.2.q.81.ar.5 [p] Soto.d.14.q.2.ar. 2.Ledeſ.ar.2.Cano relect.p.2. ſentit D. Tho. 3.p. q.85.2.&.2.2.q.32.1.ad.2. eleemoſyna vt ordinatur ad ſatisfactionem pro peccatis pertinet ad pænitentiam.& clarius diſt.14.q.1.1.5.diſt.15.q.4.2. 1.in arg.2.cum ſolutione. & id fatentur Doct. qui pænitentiam dicunt eſſe vnam & ſpecialem virtutem: aut pertinere ad iuſtitiam, vt fatetur Rich. d. 14.ar.1.q.2.Palud.q.2.nu.22.Bon.ar.1.q.2.& in expoſ.lit.Med.tract.1.q.1.ad.4.Scot.q.2.§.de.3.artic.&.§.de.2.conc.Baſſolis.Gabr.q.1.art.1.dub.3. & in.3.d.27.q.vnic.Marſil.q.10.ar.1.in.2.p. illius art.poſt.5.conc.Durand.q.2. quanuis hi Doct. interſe differunt. [q] dicetur.c.35. fatetur Soto.d. 14.q.2.ar.5.ad.fin.Almain.Palud.q.4.conc.4. Gabriel.q.1.Ledeſ.q.26.ar.4.con.3.Palac.q.2.fi.item D.Th.3.p.q.84.7.ad.4.& in.3.d.13.q.1.2.1.ad.1 in.4.d.14.a.3.3.ad.2.&.ad.d.q.4.a.3. [r] Alex.3.p. q.54.alias.q.12.mẽb.1.ar.1.§.2. quia peccatum eſt iniuria quædam infinita, contra infinitam Dei excellentiam, ob quã debetur ei honor latriæ. [s] quia pænitentia vocatur iuſtitia (Ezechie.18. ſi impius egerit pænitentiam, fec. iuſtitiam. Pſalm. 118. feci iudicium & iuſt. Rom.6. ita exhibete memb. ſeruire iuſtitiæ.) Scot.d.14.q.2.Bon.in expoſ. lit. dum affert definitionem Auguſt. dicunt pænitentiam eſſe iuſtitiæ punitiuæ actũ (quæ continetur ſub cõmutatiua. D.Tho.2.2. q.108.2.ad 1.) & ſane ad hanc videtur reducere D. Th. 3.p.q.85.3. ad. 3. ſed quia nõ reddit æquale, vocatur pars potentialis iuſtitiæ. idem. d. 14.q.1.1.5. Rich. a.2.q. 2. ſic religio dicitur pars potentialis. 22.q.8.11. ad.1.ſup. P. & inf. §. 6. L. addit Scotus quod pœnitẽs vidẽs ſe in cõſpectu iudicis comprehenſum, habet ſe vt illius miniſter: & ſponte vindicat in ſe offenſas Dei. quod carpunt quidã Recent. ſine cauſa, [t] inf.ca.22.§.6.Anſel.lib.1. cur Deus homo.Caiet.cum D.Tho.3.p.q.1.ar.2.c. ad.2.cum Leon.PP.ſer.1.4.&.10. de natiu. Suar. dub.4.§.8.citat.Doct.vbi fr.Medi. nam ſatisfactio puri hominis finita non habet proportionem partis aliquotæ cum offenſa infinita, quæ creſcit ex obiecto & perſona in quam peccatur: ſed valor ſatisfactionis creſcit ex dignitate perſonæ offerẽtis. An vero purus homo iuſtus poſſet ſatisfacere de cõdigno, & iuſtitia pro vno pecc.m. alterius. quidam affirmant: Patres vero apud D.Thom.& Suar. ſupr. §.2. ſolum videntur negare vt pro omnibus hominibus ſatisfaciat vnus. Reſp. non poſſe, ex communi Theol. [u] D Thom.q.85.3.ad.2. Deus autẽ pro temporum varietate exigit à peccatore diuerſam quandam rationem compenſationis, ſine qua non vult homini applicare ſatisfactionẽ Chriſti ad remiſsionẽ culpæ D.Th.q.84.art.7.ad.2.& ſpecialiter in lege euangelica exigit ſolutionem fieri per hoc, quod recipiat ſacramentum baptiſmi aut pænitentiæ, ſi commode poſsit, ſaltem ante mortem.

x Auguſt.

diſpoſito, cuius voluntas à Deo acceptante reputatur pro facto, remittat gratis peccata. præſertim quia peccator ante gratiam non habet iuſtitiam erga Deum, qui nihil recipit à nobis, vt ex debito iuſtitiæ teneatur rependere: & quia quicquid homo Deo offert pro offenſis iã Deo tã quam ſeruus debet titulo creationis & redemptionis. iuſtorum tamẽ opera acceptat Deus & ex promiſſionis pacto fit eis ſpõte quodã modo debitor glorię: quia opera vt procedunt ex gratia qua fit membrum Chriſti & ex motione Spiritus ſancti habent cum receptione gloriæ inhærentis vt eſt bonum particulare, rationem pretij æqualis in virtute: vt ſemen dicitur æquale magnæ arbori quam continet in virtute. x 2. differt à iuſtitia, quia iuſtitia non obligat vt in pœna corporali reus ſit ſimul iudex ſui & executor contra ſe ipſum: quæ tamen omnia homo præſtat ſponte ex virtute pœnitentiæ, & in eum finẽ per ſe dirigit vt deſtruatur præſens ſtatus peccati, & reconcilietur Deo offenſo: quem finem iuſtitia per ſe non intendit, nam inter inimicos datur æqualis compenſatio & iuſta ſolutio abſque reconciliatione. eſt autem pœnitentia virtus per ſe infuſa y vt poſtea deducetur ex actibus eius: quanuis quidam falſo putant ſatis eſſe acquiſitam. z

4 Vt declaretur obiectum formale pœnitentiæ & contritionis: aduertendum in malo ſeu peccato mort. circa quod per ſe verſatur, reperiri duas rationes generalẽ & ſpecialem: in ratione generali ſunt tria, inimicitia Dei, iniuria, & quòd priuat boni diuini participatione: & inſuper. 4. inducit reatum pœnæ æternæ. primum inimicitia quanuis non eſſet iniuria Dei, opponitur vniuerſali bono diuino in ſe ipſo & caritati: & inimicus totum Deum ex affectu tentat deſtruere. vt qui ex odio contendit deſtruere vitam, & omne bonum inimici quoad poteſt: quod ſtare poteſt abſque iniuria contra iuſtitiam, vt ſi optet illum fieri & agnoſci reum, atque ita occidi per iudicem. i. aut ſi non ſubueniat: quanuis illum extrema famis neceſsitate perire videat. hoc enim malum eſt contra caritatem & miſericordiam abſque obligatione reſtitutionis. 2. vt eſt iniuria & offenſa Dei contra iuſtitiam: nam omne peccatum eſt iniquitas, id eſt, iniuria cõtra bonum diuinum in ſe, quod vir ex affectu tentat deſtruere cum iniuria Dei, dum bonum commutabile & creaturam in qua conſtituit finem vltimum, præfert Deo, cui ſoli debetur honor finis vltimi: præſertim quia peccat contra legem æternam Dei videntis. vt qui ſponte coram rege ægre ferente legem eius violat, regem videtur iniuſtè contemnere. 3. peccatum ſecundum effectum priuat animam hominis bono diuino per gratiam participato: quæ priuatio nitoris dicitur macula, turpitudo & deformitas. Item priuat rectitudine naturali quæ inclinat hominem in finem naturæ, & id motiuum vniuerſale honeſti pertinet ad pondus rationalis naturæ, quo ſine difficultate inclinatur in proprium finem ſibi connaturalem. z Tandem. 4. ex omni mort. ſequitur tanquam effectus ſecundarius & accidentalis reatus & obligatio pœnæ æternæ ſecundum motiuum vniuerſale.

5 Peccati priuata ratio conſideratur dupliciter. 1. eſſentialiter ſecundum rationem ſpecificam quam habet ex conuerſione ad ſpeciale obiectum commutabile, quod eſt contrarium virtuti particuliari. 2. accidentaliter ex priuato incommodo temporali: vt quia hominem priuat fama, honore, libertate aut pecunijs. Neutra ratio priuata ſatis eſt vt peccatum mort. remittatur: nam per ieiunium aut alium actum temperantiæ non remittitur contraria intemperantia violati ieiunij: nec ſiquis doleat de peccato propter pœnam infamiæ incurſam, ſatis eſt ad veniam. quia id particulare motiuum non tam cohibet & corrigit affectum in quo eſt motiuum pœnitentiæ, quam effectum & exteriorem executionem operis, quæ fuit cauſa damni temporalis.

6 Nec vero ad remiſsionem peccati mort. ſatis eſt quoduis odium & dolor de peccato ex motiuo vniuerſali, niſi includat proprium motiuum pœnitentiæ. 1. non ſatis eſt de-

x Auguſt. lib. 2. contr. aduerſa. leg. ca. 5. D. Th. 1.2. q. 114. 3. ad. 3. &. 1. p. q. 117. art. 2. Hieronym. in eccleſ. 4. principio, & in id Mat. 11. qui minor. Hieron. gloſſ. ordin. Lyr.

y D. Tho. diſtin. 14. q. 1. 1. 4. ad. 2. q. 85. 5. & 6. ibi Caietan. Soto. q. 2. 3. &. 5. ad. fin. Ledeſ. q. 2. 3. dub. 1. fi. & ar. 5. Cano rel. pœnitentiæ. p. 2. Petr. Soto. lect. 8. Medi. tracta. 1. de pœnitentia. quæſt. 2. Argent. d. 14. q. 1. Palac. q. 2. Bellar. 2. de pœnitentia. c. 3. & Recent. & colligitur ex generali doctrina. 1 2. q 51. 4. c. & ad. 3. & de virtutibus. q. vni. a. 10. ad vlt. vt infuſa virtus moralis faciat actus proportionatos fini ſupernaturali, in quem diriguntur. conſtat autem actum pœnitentiæ digne ita eſſe ſupernaturalem, vt actus virtutum theologarum, quas conſtat eſſe per ſe infuſas Tri. ſeſſ. 6. ca. 5. 6. 7. & can 3. nõ põt pœnitere ſicut oportet, ſine Dei grã. Aurel. epiſt. habetur inter Leon. epiſt. 72. Celeſtini epiſto. ad omnes Gall. epiſcopos. c. 4. Hiere. in id. Ierem. 31 poſtquã conuertiſti me, egi pœnitẽtiam. quare falſo Durã. 3. d. 33. & Scot. ait ſolas tres virtutes Theolog. eſſe infuſas.

z Scot. 4. d. 14. q. 3. Richar. a. 4. q. 1. Dur. q. 2. Gabr. q. 1. & in. 3. d. 27. q. vnic. Alm. 3. d. 23. q. 3. ſentit Bon. 4. d. 17. in. 1. p. a. 2. q. 3. fi. at Marſil. q. 10. a. 1. in 2. p poſt. 5. cõ. ait pœnitentiã eſſe p accidẽs infuſã & eiuſdẽ ſpecie cũ pœnitentia acquiſita. addũt Scot. & Gab. 3. d. 23 Almain. q. 3 qđ ex actibus virtutis Theologicę gñratur in nobis habitus acquiſit⁹ & hi atque multi alij cõcedũt quod actus contritionis põt ſecundũ ſubſtãtiã elici ex vi naturali a ſup.



a ſup. §. 2. P. b Diuus Thomas, 1. 2. quæſt. 19. artic. 4. ſup. lit. S. c Auguſt. 22. contra Fauſt. ca. 27. communis cum Magiſt. 2. diſt. 35. Diuus Thomas. 1. 2. quæſt. 76. art. 6. vide Torren lib. 2. confeſ. cap. 6. & Clemens Alexand. 2. ſtromat. definit peccatum eſt voluntaria iniuſtitia.

quæſtio. 2. Cano rel. part. 2. conc. 2. Taper. artic. 4. l m communis Patrum apud Bellar. lib. 4. de pœnitentia. cap. 9. 10. quia cum vera pœnitentia coniungunt ſatisfactionem & compenſationem. idem Doct. qui aiunt in cõtritione includi propoſitum ſatisfaciendi cum Magiſt. diſtinct. 16. vt ſi creditori oſteram munus; quia pater, & amicus aut benefactor eſt, non ſatisfacio p debito iuſtitiæ: oportet enim ſoluere ei tanquam creditori. ſic qui offert dolorem ſolius caritatis, aut ex gratitudine; vel religione, non cõpenſat debitum peccati: niſi adſit motiuum pœnitentiæ. Diuus Thomas, quæſt. 85. 3. c. & ad 3. artic. 2. ad. 2. artic. 4. qui pœnitentiam reducit ad partem potentialem iuſtitiæ: & ait operari ad deſtructionem peccati vt eſt iniuria Dei, & diſt. 14. quæſt. 1. 1. 3. obiectum pœnitentiæ eſt peccatum vt expiabile. Paludan. quæſt. 2. Soto. quæſt. 2. artic. 2. Cano 2. part. relect. conc. 2. & in idem redit quod alibi aiunt eſſe peccatum vt emendabile per ſatisfactionem, D. Th. quæſt. 85. 3. c. & ad. 3. Ledeſ. 1. p. quęſt. 26. art. 2. &. 3. Bañes. 1. par. quæſt. 21. artic. 4. in quo conueniunt qui putant pœnitentiam pertinere ad iuſtitiam citati. §. 1. P. S. vt Durand. quem approbat Palud. Baſſol. Gabrie. quia iniuria Dei videtur compenſari per æquabilitatem quandam contritionis & dilectionis, quæ eſt obiectiue infinita: ſicut & peccatum. quare Trident. ſeſſ. 6. ca. 6 ſeſſ. 14. cap. 1. &. 4. non totam rationem ſed motiuum finẽq; pœnitẽtiæ reducit in dilectionẽ Dei. n quia quanuis in motu corporali eadem actione recedit à termino à quo & accedit ad terminũ ad quẽ: ſed in ſpũali motu animę fit p diuerſos actus. & odiũ ſeu cõtritio peccati eſt receſſus à termino à quo. ſu. §. 1. L.

teſtatio peccati vt eſt contra honorem & reuerentiam debitam Deo ex virtute religionis. a nec. 2, vt eſt contra vniuerſalem obedientiam legiſlatori Deo debitam ex virtute iuſtitiæ legalis. b (cum tamen peccatum definiatur à B. Auguſt. c dictum factum aut concupitum contra legem Dei) quia licet pœnitens vt Dei iudicis miniſter puniat ſponte in ſe offenſam: ſed nõ cum æquali compenſatione vindictæ, vt. §. 3. dictum eſt: nec tam intendit vindicare culpam, quam reconciliari Deo offenſo, atque ita differunt fine intrinſeco. nec. 3. vt contra gratitudinem d quæ debetur Deo vt eſt vniuerſalis benefactor. nec. 4. vt peccatum eſt contra dictamen rationis naturalis e & finem naturæ: per quod dictamen promulgatur nobis lex naturalis. nam quanuis id motiuum ſit vniuerſale contra omne peccatum, & doleat de violato naturali præcepto, quia eſt offenſa Dei vt finis naturalis, non tamen eſt idonea diſpoſitio gratiæ: vt quæ procedere debeat ex fide obiecti ſupernaturalis, f & quæ tendat in Deum vt finis ſupernaturalis eſt. g 5. minus ſufficit dolor de effectibus peccati, ſeu de bono diuino vt in nobis participato. h nam dolor de turpitudine peccati, vel propter timorem gehennæ ex motiuo ſupernaturali & vniuerſali, quanuis ſit de offenſa Dei vt punit & dedecore turpi & pœna inferni, eſt tantum attritio, quæ ſola non diſponit vltimate: i niſi adiuncta ſacramento per quod homo de attrito reputatur contritus.

7 Ex vniuerſali motiuo ſolius caritatis poteſt dolere de læſa amicitia k cum ſpe vt reconcilietur Deo. at non eſt ſatis idonea diſpoſitio l in eo qui meminit, aut meminiſſe debet ſui peccati mort. quia quanuis eo dolore recedit aliquomodo à peccato & bono commutabili, contendens totali conuerſione caritatis conuerti in Deum: ſed reuera non deſtruit præſentem ſtatum peccati & auerſionem habitualem cum ſuis effectibus. neque vero eſt efficax dilectio, niſi ſtatim in executione ſimul aſſumat ſponte dolorem voluntatis ſeu triſtitiam pœnalem, ſub ea ratione formali virtutis pœnitentiæ, & cuiuſdam iuſtitiæ qua intendat ex affectu punire in ſe offenſam & quoad poteſt compenſare, m reſarcire & ſatisfacere Deo pro iniuria, quam ei intulit. Neminem enim vult Deus in ſuam amicitiam reconciliare, niſi diſpoſitum ea contritione, qua intendat reſtituere & compenſare quoad poteſt. ſic enim efficaciter ſe auertit à creatura. n at per pœnam iuſtam humiliat ſe, & quaſi inferior recognoſ-

d D. Thomas. 2. 2. q. 106. & ſequent.

e D. Thomas, 1. 2. q. 74. art. 7.

f Heb. 11. ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. & eſt certa ſententia cont. Vega. libr. 6. in Trid. cap. 25. putantem ſatis eſſe cognitionem de obiecto naturali, & de peccato vt eſt contra rationem. idẽ olim Soto: ſed retractat in fine totius. 4.

g quia pœnitentia. 2. Corinth. 7. debet eſſe triſtitia ſecũdum Deum, & plena cõuerſio in Deum Ioel. 2. Ezechiel. 18. Eſai. 53.

h vt quia peccatum priuat me gratia creata, quæ eſt bonum finitum. Medin. tract. 1. de pœnitentia, quæſt. 1. &. 4. Cano. relect. p. 2. conc. 2. Petr. Soto de pœnitentia lect. 14. §. 1. ad perfectum. quanuis hic ſit ſecundarius actus caritatis.

i quia procedit ex amore concupiſcentiæ & ſpe, quæ reperitur etiam in peccatore: nec ſatis eſt ad iuſtificationem, Trident. ſeſſ. 14. cap. 4.

k fatetur D. Thom. dolorem peccati ob læſam amicitiam tribui ſoli caritati. 3. part. quæſt. 85. 2. ad primum. & art. 3. &. 1. 2. quæſt. 113. 5. ad primum quod ſignificat in. 2. Corinth. 7. quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. ibi Ambroſ. Chryſoſto. hom. 14. &. 15. Theoph. idem Auguſt. ſerm. 7. de tempore & de ver. & fal. pœnitentia. cap. 8. Bernar. ſerm. 16. cantic. Gregor. 3. dialog. cap. 34. contritionem vocat compunctionem dilectionis. & in Ezech. ho. vlt. ad fin. Medi. tract. 1. de pœnitentia. quæſt. 1. ad quartum. Soto. diſtinct. 14. quæſt. 2. artic. 2. Duran.

[o] cit maieſtatem ſuperioris læſam: [o] iniquo vtcũque reſtituet honorem Deo, [p] & eum conſtituit finem vltimum ſui ipſius: & ea diſpoſitione contentus Deus, addito nouo dono indulget gratis remiſsionem peccati. ſic ergo pœnitentia differt à caritate: ſed magis à gratia habituali [q] quę non eſt habitus operatiuus quo nouo dono gratiæ cum donis & alijs virtutibus infuſis homo cõplete & formaliter iuſtificatur iuſtitia inhærente & permanente: vt explicat conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. & can. 11.

8 In iuſtificatione non ſemper cõcurrit odium & dolor peccati vt elicitur ſecundum ſubſtantiam à ſola caritate: ſed ante actum caritatis interdũ incipit pœnitentia, [r] quæ elicit actum contritionis: & huic ſuperuenit motio caritatis & gratiæ quę perficit & format cõtritionem, præbens modum vt actus attingat efficaciter Deum, & ſit meritorius gloriæ. at ſicut in oblito peccatorum, dilectio Dei ſine formali contritione eſt ſufficiens diſpoſitio gratiæ: ita forte interdum ſolus dolor de peccatis ſatis diſponit, abſque formali dilectione Dei. [s] præſertim dum intellectus ſimul proponit vniuerſale motiuum dolẽdi: quod pertinet ad pœnitentiam & caritatem, & propter vtrumque ſimul dolet homo, animo compenſandi & propter Deum ſumme dilectum. quod ſi prius natura odium peccati & dolor de inimicitia eliciatur ex dilectione Dei, quæ cum ſpeciali auxilio communiter præcedit contritionẽ, ſatis eſt vt ſecundum modum pertineat ad virtutem pœnitentiæ elicitiue, quatenus animo compenſandi in proprium eius finem dirigitur.

4 Quidam [p] in appetitu ſenſitiuo adijciunt quendam habitum quo iuuetur homo ad actum pœnitẽtiæ: vt liberalitas ponitur in voluntate ſimul & appetitu: nam in appetitu eſt difficultas vt concurrat cum voluntate ad dolorem peccati & promptam electionem. ſed re vera neceſſarius non eſt: cum pro actibus pœnitẽtiæ [q] iuſtitiæ & caritatis ſatis ſint virtutes morales, quæ paſſiones appetitus moderantur, vt alijs etiam virtutibus ſubſeruiant. nec ad perfectã contritionem requiritur vt in appetitu ſenſitiuo excitetur paſſio doloris [r] aut commotio corporis cum lachrymis & gemitibus, aut cũ ſuaui, & ſenſibili delectatione: quanuis hæc omnia interdum ex refluentia voluntatis diligentis Deum & contritæ, communicentur appetitui & corpori. [s] poteſtque appetitus peccatum quatenus per cogitationẽ cõcipitur tanquam malum ſui ſuppoſiti corporalis, [t] aliquo modo odiſſe & deteſtari, cum propoſito vitandi fugiendiq; omnẽ peccati occaſionẽ quæ præſens ſe obtulerit: nã & bruta imperfecta cognitione cũ inſtinctu naturæ fugiunt malum futurum, quod virtualiter impendet in cauſa præſente. [u] hic actus appetitus à voluntate participat rationem liberi & honeſti, ſicut & actus temperãtiæ: non tamen eſt ſupernaturalis ſecundum ſubſtãtiam, vt requirat proprium habitum: cum ſatis ſint alij habitus infuſi, per quos appetitus facile mouetur. hic dolor ſenſibilis temperandus [x] eſt ne noceat ſaluti in ijs qui faciles ſunt ad lachrymas, ne triſtitia abſorbeantur.

D.Tho.d.14.q.2.4.&.q.85.4. ſic dum homo Angelum apprehendit, vt benefacit corporibus motu cœli, poteſt diligere per appetitũ. imò Palu.& Caie. 1.p.q.82. putat qđ volũtas immediate p intellectũ aliquãdo mouet appetitũ ſenſitiuũ, & mẽbra exteriora hominis. [u] Caiet.1.2.q.40.a.3. [x] ſup. lit.S. Bon.d.16.&.17. vtrobiq; a.2.q.2. D. Tho. d. 17.q.2.3.2. add.q.3.2. Dur.q.4. Soto.d.14.q.2.5. Alex.3.p.q.68.m.1.a.4. hinc 2. Corinth.2. donate, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, ibi Chryſ.ho.4. At Rich.d.17.a.1.q.8. addit, quod licet homo ſentiret ex vehemẽtia doloris ſecuturam ſibi mortem, non peccat perſeuerans in actu cõtritionis: ſi tamen mortem ipſam non intendat. quod falſum eſt, niſi eo modo quo Carthuſiani aut Capuccini poſſunt rigorem regulæ ſeruare, quanuis putent minori tempore victuros eſſe.



[y] Matt.11. in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. c.3. facite fructus dignos pœnitẽtiæ. vbi Chryſoſt. & 1. Corin.9. Caſtigo corpus meum. Ioel.2. cõuertimini in toto corde, in ieiunio fletu & plãctu. Trid. ſeſſ. 14.c.8.&.9.can.12.13.14. Soto.d.17.q. 2.art.5. Nauar. c.1. nu. 42.c. 26. n. 1.c.10. n. 4. cum Anto. 3.p. tit. 14. cap.18.§.5. per.6. conſiderationes excitari dolorẽ: ex memoria peccati, pudore & vtilitate ei⁹: timore iudicij: amiſſione gloriæ: ſpe veniæ. de quibus Syl. contritio.§. 1. Caietan. verb. confeſſio. cond.10. lachrymoſa. Hoſtien. ſũma de pœnitẽ. col.3.17. Polanco di rect. ca.8.& de remedijs contra vitia. Fr. Luis Granat. lib. memorial. tract.2.&.5 f.87. Stella. 1.p. de la vanidad del mundo, cap. 96. Ioan. Viualdus de vera contritione. ca. 4. col.3. Roſarium Buſti. 2.p.ſerm.6. vbi refert.24. malignitates peccati. & 60. ſpurcitias peccantis. Fr. Medin.li.2. de inſtruct. ca.10. de contritione. c. 14. de propoſito emendæ. Sot.d.14.q.2.a.5. Ledeſ.q.26.5. D. Th.q.85.5. Caſtro verb. contritio & timor. [z] vt Carthuſien. ſtricto ſtatuto abſtinent à carnibus etiam in morbo & mortis artic. quos tamẽ bene excuſat Gerſo. & Victor. relect. de temperantia.1.p.à.n.8. & alij. [a] ſic cultus externus & oratio, quæ eſt actus intellectus, elicitur à virtute religionis quæ eſt in volũtate, vt bene Caie. cũ D. Th.2.2.q.83.1. vbi Victoria Mant. & Recen. & ſolutio debiti externi elicitur à virtute iuſtitiæ. [b] quæ habent effectum ex opere operato, & conferunt gratiam attrito peccatori. [c] Supra. capit. decimo nono. §. 3. T.

5 Habet pœnitentia actus externos honeſtos, ad quos ſcripturæ & ſancti excitant, [y] vt voluntas oſtendatur efficax & zelo iuſtitiæ contendat totus homo per dolorem animæ & corporis cõpenſare offenſam Dei, quanuis maceretur corpus & per accidens ſequatur decurtatio vitæ. [z] ſic religio cultu & ritu etiam externo Deum colit, & ſacramento ſenſibili inſtituit Chriſtus cultũ Dei & veniã peccati fieri. hic exterior actus non dicitur imperatus ſed elicitus pœnitentiæ: [a] quia nõ habet aliam rationem boni, nec nouam in membris difficultatem præter eam quam participat à virtute pœnitentiæ, nẽpe vt compenſet pro peccato & pro effectibus illius, id eſt, pro pœnis tẽporalibus, quæ impediunt cõſecutionem beatitudinis & perfectũ ſtatum amicitiæ. Deus etiam non parum tribuit operibus externis per modũ priuilegij, nõ quidẽ vt ſacramentis & martyrio: [b] ſed eleemoſynis ieiunijs & alijs corporis afflictionibus, vt ſine quibus homo non impetrat quorundam bonorum conſecutionem & malorũ depulſionẽ.

6 Differt à iuſtitia, quia præcipuus actus iuſtitiæ eſt in opere externo circa medium rei, [c] nec eſt in ſola electione ſine propoſito operis, hoc enim modo vtilis eſt proximis, quibus iuſtitia debetur: ſed præcipuus actus pœnitentiæ eſt in voluntate per quam Deum offendit, & in Deum conuertitur actibus caritatis & pœnitentiæ. nec ſemper requirit propoſitũ operis externi, aut ſponte ſatisfaciẽdi in præſenti vita pro pœnis tẽporalibus: in cõtritionis enim dolore ſatis includitur exhibitio ſatisfactionis neceſſariæ, quæ cõtritio ſi magna ſit delet omnem pœnam.

## CAP. XXIII.

Qualis actus voluntatis ſit cõtritio, an ſit intentio vel electio.

§.2. *Incipit ab imperfecto cum tribus actibus. 1. nollem peccaſſe. 2. eligo aſſumere dolorem intentione compenſandi Deo. 3. dolore ipſo contendit cõpenſare, & hinc ſequitur deteſtatio.*

3 *Cur doctores nũc vnum, nunc aliũ actum explicent.*

4 *Dolor contritionis non eſt primarius actus voluntatis.*

5 *Explicantur qui negant contritionem eſſe dolorem.*

Contritio in eſſe naturæ eſt voluntatis actus reſpectu peccati præteriti quod formaliter eſt quidẽ malũ propriũ, [a] licet præterierit: obiectiue autem eſt offenſa & iniuria Dei. habet autẽ peccatũ duo. 1. quod præteritũ fuit & propria volũtate cõmiſſum: & quãuis tũc ſub falſa ratione boni placuit dũ præſens erat, nũc tamẽ dũ cognoſcitur tãquã verũ malum proprium, diſplicet dũ ait ſimplici odio & velleitate, nollem peccatum fuiſſe, ſeu vellem nunquam peccaſſe, [b] ſi mihi eſſet

CAP. XXIII.

[ab] SVp. [a] c.19.§.9.V. [b] ſup.c.15.§.9.Z. D. Tho.3.p.q.85.1.ad.3. Soto.d.14.q.2.1.d.17.q. 1.1.ad.2. Ledeſ.q.32.ar.1.dub.3. D. Tho. add.q.1. ar.1. Bellar. lib.2. de pœnitentia.c.5 col.3. Ant.3. p.tit. 14.c.18 §.10. Naua. c.1.n.2. cum Caiet. to. 2. opuſc. 4. de contritione. & ſenſit Palud.q. 17. q. 1. & vlt. & prius Scot. d.14.q. 1.a. 3. in idem redit quod Alexand. 4. p. q. 54. m. 2.a.3. Med. de pœniten. tract. 1.q.1. eſſe ad. 1. quod conſideratur peccatum abſolute, præciſa omni differentia tẽporis: & ſic habetur odiũ quia malum & offenſa Dei. huius meminit Trident. ſeſsio. 6.cap. 6. & 14. ſeſsione 14. capit. 1. Amos. 5. odite malũ Prouerb. 8. timor Domini odit malum Pſa. 35. malitiã autem non odiuit. & alibi proijcite iniquitates: derelinquat *impius* viam ſuam. contra Adrian. de pœnitentia. quæſt. 1. negat eſſe talem actum, ex eo quod conditio de præterito ſit impoſsibilis, & impoſsibilium non eſt electio, vt dicit Ariſt. 3. Ethic. ca.2. At omnes reijciunt Adrian. nam & Chriſtus (qui certo ſciebat ex decreto patris ſe moriturum illa nocte) habuit timorem filialem. 3. part. quæſt. 7. artic. 6. præciſe conſiderans ſeparationem à Deo vt poſsibilem: & ter orauit patrem ſub conditione ſi poſsibile eſt. i. expediens, tranſeat à me calix i. paſsio: de quo D. Thom. 3. par. quæſt. 21. a.4. concipiens mortem abſque circunſtantijs, vt poſsibilem euitari.

poſsibile: concipio enim peccatū abſolute & ſecundum ſe, præciſa ratione præteriti. 2. eſt ſtatus quidam præſens relictus ex peccato præterito nondū remiſſo. [c] imo quāuis remiſſum fuerit etiā per abſolutionē, poteſt concipi vt peccatum eſt pręſens coram me, de quo iterum atque iterū licet repetere actus cōtritionis. [d]

2 Reſpectu huius mali ſic præſentis dum homo ab imperfecto paulatim procedit, diſtingui poſſunt tres actus pœnitentiæ. primus nollē peccaſſe, [e] deinde eligo aſſumere dolorē fine cōpenſandi & deſtruēdi peccatū. [f] tandē in executione doleo & côteror, [g] atq; ita deſtruo ſtatū peccati. ſic datur triplex actus voluntatis reſpectu boni: primus amor ſimplex ſeu deſideriū obiecti boni. 2. intentio [h] ſeu electio efficax. 3. executio qua voluntas vtens potentia executiua conſequitur reipſa finem bonum. [i] vt in reſtitutione ſeu ſolutione debiti, ſolus amor aut electio non ſatisfacit creditori, niſi in executione ſequatur realis ſolutio.

3 Ita ergo virtus pœnitentiæ cōtra malū habet. 1. fugam & odiū mali: quod ſic explicatur, nollē peccaſſe, [k] diſplicet mihi meū peccatum, vtinam nunquā peccaſſem. hic ſimplex actus dici poteſt diſplicentia, [l] deteſtatio & retractatio volūtatis malæ. ex quo actu ſi efficax ſit conſequūtur in viatore reliqui duo actus [m] ſequentes, qui nō reperiuntur in his qui ſemper fuerūt innocētes. [n] nec in beatis [o]. 2. actus ptinet ad intētionem ſeu electionem, qua per mediū à Deo ordinatū ideſt, per dolorē de ſe compenſatiuum conatur deſtruere peccatū [p] vt eſt iniuria Dei & malū propriū. 3. in executione dolor [q] ſeu triſtitia ſequēs ex electiōe, eſt quędā emēdatio peccati, [r] ideſt cōpēſatio offenſæ & quaſi reſtitutio debiti: & fit quædam æqualitas pro inæqualitate iniuriæ, redintegrat ius Dei quoad poteſt, vt illæſum maneat. interdum ex hoc dolore contritionis ſequitur cōſolatio & delectatio [s] iuuans vt homo perſeueret in ea operatione, & augeatur dolor, [t] tan-

[c] quia auerſio à Deo & virtuale odium cū macula voluntaria (quæ tranſeunte actu relinquitur per modum habitus) poteſt deſtrui per veram pœnitentiam: & de hoc eſt electio efficax, vt faciam peccatū non eſſe in me, D. Th. q. 85. 1. ad. 3. [d] ſup. c. 12. quia cōſiderat peccatū vt præſens iuxta id Pſ. 50. peccatū meum contra me. i. coram me eſt ſemper. & lauabo per ſingulas noctes. [e] [f] de quo. B. C. [g] hoc bene explicuit Scot. & Nauar. ſup. [h] D. Tho. 1. 2. q. 12. a. 1. c. & ad 4. & a. 4. Auguſtin. 3. de Trin. Ariſt. 3. Ethic. cōmunis. 2. d. 38. vbi Durand. q. 2. & 3. [i] poſt intētionem & electionē ſi efficax ſit (quæ interdū ſunt idē actus. q. 12. a. 4. contra Greg. 2. d. 38.) ſequitur executio operis, vt per certa media conſequatur finem, D. Tho. verit. q. 23. ar. 13. Durand. & Scot. 2. d. 38. Capreol. 1. d. 1. q. 1. conc. 4. ſic quod rex velit condere legem, non obligat: donec lex per imperium & promulgationē mandetur executioni.

[k] ſup. B. D. Tho. q. 85. 1. ad. 3. [l] D. Tho. q. 84. 8. dicit. diſplicentia eſt cauſa doloris add q. 1. a. 2. ad. 1. Palud. d. 17. q. 1. Soto. d. 14. q. 2. 1. Ledeſm. q. 26. ar. 2. q. 32. ar. 1. dub. 2. Caiet. tract. 4. de contri. q. 1. Nau. c. 1. n. 3. cum Scot. d. 14. ad. fin. Bon. d. 14. in. 1. p. a. 1. q. 1. ad penult. & colligitur ex Trid. ſeſſ. 6. c. 6. ſeſſ. 14. c. 4. Bellar. lib. 2. de pœnitentia. c. 4.

[m] & tamen quia iſti tres actus ſubordinātur in eundem finem proximum, dicuntur vnus in genere moris. vt in ſimili de amore & gaudio ait D. Th. 2. 2. q. 28. a. 1. & 1. 2. q. 20. a. 3. [n] vt in B. Virgine. [o] quare dum beatus ait, nollem peccaſſe, non eſt contritio: quia in eo ex tali actu, non poteſt ſequi dolor de ſe ſufficiens ad remiſsionem peccati D. Tho. q. 84. 8. add. q. 4. a. 3. q. 16. a. 2. Caiet. opuſc. Scot. Soto. d. 17. q. 2. a. 6. fin. Rich. Palud. Ledeſ. 2. p. q. 18. ar. 2. Victor. §. 123. Nauar. ca. 1. n. 5. & prælud. 10. n. 1. Mant. & Recent. Suar. 3. p. q. 7. a. 4. dub. 19. § 1. [p] D. Th. q. 85. 2. ad. 2. [q] ſic ſup. ca. 20. §. 3. H. dictū eſt in contritione includi formalē dolorem: ſicut hic requiritur, vt pars materiæ in ſacramento pœnitentiæ, D. Tho. q. 84. 2. & a. 7. ad. 1. & 2. & diſt. 14. & 17. ſup. vide. q. 85. a. 1. 5. & 6. Ledeſ. 1. p. q. 32. ar. 1. dub. 1. dub. 3. concl. 1. Med. trac. 1. q. 1. ad. 4. Cano. relect. de pœniten. p. 5. §. igitur. quia pœnitere eſt pœnam tenere, vt ait Auguſt. de vera & fal. pœnit. ca. 19. concil. Florent. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. at Cano. rationem pœnitentię ponit in odio peccati & animi dolore. idem Augu. ſup. ca. 8. eſt dolentis vindicta & ho. vlt. ex. 50. ſeu libr. de pœnitentiæ medicina. c. 5. Iuſtin. dialog. cū Triphon. part. vlt. Chryſo. in Matt. ho. 10. 11. & in Hebr. ca. 9. & ad popul. hom. 21. 22. 24. Ambroſ. libr. 5. epiſ. 28. Grego. hom. 20. in euāgelia, & fauet ho. 34. lib. 3. Paſtoral. c. 31. alij apud Bellarm. lib. 2. de pœnitentia. capit. 11. ad fin. & cap. 4. ſic in ſcriptura Baruch. 2. anima quæ triſtis eſt. Ierem. 18. pone tibi amaritudinem. 2. Corinth. 7. Gaudeo quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. & inf. triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, pœnitētiam operatur. Miche. 4. dole & ſatage. Act. 2. compuncti ſunt corde. Pſalm. 6. Laboraui in gemitu. Pſalm. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum. idem patet ex varijs definitionibus contritionis apud Magiſt. diſtin. 14. ibi D. Thom. q. 1. 1. 6. ad vltim. Gabriel. quæſt. 1. not. 1. Paludan. diſt. 17. quæſt. 1. 1. vbi Richard. ar. 1. quęſt. 1. Durand. quæſt. 2. num. 5. Alexand. 4. part. q. 54. memb. 1. art. 1. Sylueſt. contritio. princ. Pet. Sot. de pœnit. lect. 14. Quare D. Thom. quæſt. 85. 1. definit pœnitere eſt de prius à ſe facto dolere.

[r] ſic vocat & explicat D. Thom. quæſt. 85. 3. c. & ad. 3. cum tamen alibi emendatio vitæ ſumatur pro reſipiſcentia, & correctione in futurum.

[s] Auguſt. de vera & falſa pœnitentia, cap. 13.

[t] D. Thom. add. quæſt. 3. art. 1. ad. 3. ſub diuerſa ratione gaudet & dolet: vt in Chriſti anima ſub diuerſa ratione fuit ſummum gaudium & triſtitia de paſsione. ſic contritus dolet de obiecto & offenſa, ſed congaudet de actu contritionis tanquam de conuenienti operatione, Diuus Thomas. 1. 2. q. 32. 1. & 4. contra quod non militant argumenta Durand. 4. diſt. 17. quæſt. 4.

u Pru-



quam operatio conueniens homini: tantum abeſt vt ea delectatio minuat dolorem contritionis.

4 Doct. in proceſſu pœnitentiæ nunc explicant primum actum, nūc ſecundum aut tertium. ſed in concordiam reducuntur, [u] ſi quod ab vno vel in vno loco dicitur ſuppleatur ex alio. Re vera tamen ſine 3. actu non eſt completa contritio, nec vltima diſpoſitio ad gratiam. Nam in beatis manet diſplicentia peccati ex habitu pœnitentiæ infuſo, ſed non manet contritio, [x] quæ de ſe ſufficiens ſit delere peccatum: quia nō manet dolor. [y] minus ſufficiens eſt primus actus delere peccatum: quia conditionalis actus ſeu velleitas qua nollem peccaſſe, eſt actus imperfectus: [z] & ſimilis actus ſtat cum peccato mor. dum ait nollem peccare: & tamen non apponit media à Deo inſtituta, id eſt contritionem, vel ſacramenti receptionem vt peccatum remittatur: [a] atque ita electio hinc ſequuta, qua optat ne peccatum vnquam fuerit, nō eſt efficax (impoſsibile enim eſt præteritum non fuiſſe) ſed eſt ſimplex deſiderium circa obiectum. [b] ſic Chriſtus voluntate ſua vt natura explicuit ſub cōditione [c] actum quo mortem refugiebat.

5 Non ſufficit ſola electio quæ ſecundo actu explicatur: quia quanuis intendat & optet compenſare & deſtruere offenſam Dei, & præſens malū proprium ex zelo iuſtitiæ vindicatiuæ, [d] non tamen reipſa deſtruit niſi in executione ſequatur dolor pœnitentię. [e] vt intentio recipiendi ſacramentum, vel martyrium, non remittit peccatum homini attrito, niſi reipſa recipiat, nec electio ſoluendi debitum eſt actus perfectus iuſtitiæ, niſi reali ſolutione ſatisfaciat creditori, vt ſæpe dictū eſt,

6 Tertius actus, id eſt dolor contritionis ſecundum eſſe naturæ, non eſt primarius voluntatis actus) [f] vt gaudium dolori oppoſitū ſequitur ex amore boni, nec eſt primus actus. [g] ) ſed reſpectu virtutis pœnitentiæ eſt actus per ſe primo intētus, [h] & ſine quo contritio non eſt perfecta, virtus enim pœnitētiæ eſt circa malum & peccatum vt dictū eſt: [i] & cum tali efficacia vt in viatore, ſequitur dolor voluntatis. [k]

7 Cum quidam negant requiri dolorem: intelliguntur de dolore ſenſibili: [l] & dū patres & D. Th. [m] de ſola diſplicentia & deteſtatione peccati meminerunt, non excludūt dolorem volūtatis, qui in viatore vere pœnitente ſtatim quaſi naturaliter [n] conſequitur. atque ita D. Th. ipſum dolorē vocat diſplicentiā, [o] quia in genere moris conſtituunt vnum completum actum pœnitentiæ. at ſola velleitas prædicta, nollē peccaſſe, & diſplicentia abſq; ſecuto dolore, non videtur ſufficiens attritio, vt cum ſacramento pœnitentiæ conferatur prima gratia impio, [p] cū non ſit id quod concilia & patres vocant formalem pœnitētiam: quanuis quidam [q] putent eſſe idoneam diſpoſitionem.

[u] Prudens ſit lector, nec præcipitet ſententiam ex eo quod vno loco quidam Doct. explicent vnum tantum actum, quod in ſcriptura fit, vt monet Martin. lib. 5. hypotyp. cap. 5. p. 340. 361. vt nunc ait fidem iuſtificare, ſpem, dilectionem aut miſericordiam. & tamen non excludit actum pœnitentiæ, quā alibi declarat neceſſariā. [x] [y] [z] [a] ſup. O. B. Q. [b] [c] ſup. §. 1. B. [d] cum tamen Scot. diſtinct. 14. quæſt. 1. §. de. 3. art. & §. de. 2. con. & quæſt. 2. numerans quatuor actus videtur primum & præcipuum actum pœnitentiæ ponere in hac electione cōpenſandi. Nauar. cap. 1. numer. 3. tranſit cum Scot. fauet Caietan. q. 85. artic. 2. quaſi nulla virtus per ſe primo intendat deſtructionem mali, quin prius intendat cōſtructionem aut conſeruationem boni. idem Gabr. quæſt. 1. articul. 1. Baſſol. ibi Okam quæſt. 8. art. 1. mem. 2. Durand. q. 1. num. 7. dicit dolere de peccatis non eſſe. 1. & principalem actum virtutis pœnitentiæ. At falluntur, vt bene carpit Palud. d. 14. quæſt. 2. num. 17. & ſingulariter D. Thom. 1. 2. quæſt. 60. 5. ad quartum, eſſe paucas quaſdam virtutes immediate circa malum arduum. ſup. §. 2. ſ. [e] ſup. §. 3. Q. [f] D. Thom. 1. 2. quæſt. 36. [g] D. Thom. 1. 2. quæſt. 32.

[h] Sic fortitudo & manſuetudo eſt per ſe. 1. circa malum arduum vincendum. 1. 2. quæſt. 60. 5. ad. 4. [i] ſup. cap. 19. §. 9. [k] ſup. §. 3. Q. [l] ſup. c. 22. §. 4. [m] D. Thom. quæſt. 84. 8. ad. 2. quæſt. 85. 5. ad primum, quæſtione. 86. 1. q. 87. 1. ad tertium.

[n] Et tamen dolor pœnitentiæ eſt actus liber: non ſolum quia procedit ex dilectione Dei tanquam ex cauſa libera: ſed quia non ſemper ſequitur, nec neceſſario ex quauis diſplicentia, ſed ex efficaci, Vega lib. 13. in Trident. cap. 25. [o] D. Thom. quæſtio. 85. 1. ad primū, & tamen quæſtio. 84. 8. dixerat diſplicentiam eſſe cauſam doloris, quod quidam explicant doloris in appetitu ſenſitiuo. item Paludan. diſtinctio. 17. quæſtione prima, num. 9. ait, pœnitentia eſt dolor cum deteſtatione vbi vtrumque actum explicuit. Patres vero in concil. & interdum D. Thom. promiſcue loquuntur de vtroque actu, ſed neutrum excludūt ſup. §. 4. V.

[p] Vt ex dictis colligitur, & dicetur capitulo. 26.

[q] Ledeſm. 1. par. quæſtione. 32. articul. 1. dub. 3. & 2. par. quæſtio. 8. articulo. 1. Victor. §. 144. Cano. p. 5. Paludan. diſtinctione. 17. quæſtione. 8. ſentit Syluest. confeſsio. 1. §. 23. Videtur Alexand. 4. part. quæſtione. 54. mem. 1. articulo. 2. & ſibi contrarius Caietan. opuſ. de contrit. quæſtione. 1. Soto diſtinctione. 17. quæſtione. 1. articulo. 2. & clarius Vega lib. 13. cap. 25. & citat Scot. Almain. & alios Nauar. capitulo primo, numero. 3. propter quos autores & congruas rationes, eſt ſententia probabilis in praxi.

C A P. XXIIII.

a SVp.c.21.§.5.Nau.c.1.n.12.& ſeq.Bellar.lib.2. de pœnitentia.c.6.Cano rel.de pœnit.p.3.&.5. b Doct.cum Mag.d.17.& alij.inf. b Amb.ſer.manu ſcripto & lib.2. de pœnit.c.5. c.pœnitentia. de pœnit.d.3. D.Th.q.90.a.4.lib.4.cõtra gent.c.72. dicit eſſe de ratione contritionis.Sot.d.17.q.2.2.ad.2.Ledeſ.1.p.q.32.art.1.dub.2.Nau.n.12.Cano 1.p.Victor.Adria.de pœnitentia.q.1.Palud.d.17.q.1.col.5.Dur.q.2.a.2.Caieta.opuſ.de cõt.q.1. quare Ioann.5.&.8.dicit Chriſtus, iã noli amplius peccare, & dicit Græc. metanœa.1.reſipiſcẽtia, quæ ſimul reſpicit futurum, ſic Eſa.1.lauamini: diſcite bene facere.Ezech.18.ſi impius egerit pœnitentiam à peccatis:& cuſtodierit præcepta mea.c.33.quacunque die,&c.agite pœnitentiam, & facite vobis cor nouum.Epheſ.4.deponite veterem hominem, renouamini & induite nouum.Concil.Floren.Trid.ſeſs.6.c.6.ſeſ.14.c.4.in definitione contritionis & can.5.dolor de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cæterò.Greg.hom.34.in euang.lib.9.epiſt.39.Auguſt.ſer.66.de temp.pœnitentia eſt peccata plangere,& eadem iterum non committere.de quo bene Adria.quodlib.5.a.3.D.Tho.2.2.q.58.3.&.5.& lib.3.cont.gent.c.158.Soto lib.2.de nat. & gratia.c.14.d.17.q.2.1.fin.&.d.15.q.1.2.dicit oppoſitum non eſſe tutum. Petrus Soto.tit.de conf.lec.4.ad fin.dicit oppoſitum eſſe temerarium. Led.1.p.q.32.a.2.dub.4.oppoſitum eſſe periculoſum.& id eſſe tutius fatetur Vega lib.13.c.21.Palac.d.17.q.1.p.214.Alexand.4.p.q.69.memb.9.art.2.dicit non pertinere ad eſſentiam ſacramenti,bene tamen ad virtutem pœnitentiæ.Alber.diſt.14.artic.11.Scot.d.22.quæſt.1.Magiſt.d.14.c.2.Pan.c quidam.de pœnit.& remiſ.Innoc.c.omnis vtriuſque. Turrec.in.c.1.d.1.q.5.Alcoc.in ſumma. & Confeſsionale Epiſcopi Cordubẽſ.documen.4.Victo.§.115.probat,quia ſolus dolor non ſemper in virtute includit propoſitum non peccandi & emendationis, quæ ſententia temperanda eſt inf.lit.N. c Trid.ſeſsio.14.cap.4.ſi voluntatem peccati excludat. d Trid.ſeſ.6.c.14.D.Thom.q.85.Nauar.c.26.n.24.& late.c.3.poſt.nu.5.verſ.6.&.c.9.nu.10.Caie.verb.confeſsio.c.2.fi. e Sic D.Thom.emẽdationẽ peccati vocat compenſationem cum dolore pœnitentiæ.q.85.3.c.& ad 3 art.4.&.q.86.2.Alex.4.p.ſup.ſic explicari poſſunt alij vt Ambr.2.de pœnitentia.c.5.non ſolum lachrymis diluat peccatũ, ſed emendationibus tegat.cum Mag.d.14.Bona.a.1.q.1.& d.15.vbi Alber.a.15.Caiet.de cõtritione.q.1.ſed communiter emendatio vitæ ſumitur pro correctione cum impletione præceptorũ. f D.Thom.q.85.6 ſic ordinat actus concurrentes ad contritionem,vt prius ſit propoſitum emendæ ex timore filiali,quam dolor pœnitentiæ.

g Trident.ſeſsio.6.c.6.poſt contritionem numerat propoſitum ſeruandi mandata,Ezechiel.18.ſi fecerit pœnitentiam & cuſtodierit præcepta, infra, proijcite præuaricationes,& facite cor nouum.cap.33.Rom.6.abijciamus opera teneb.& induamur arma lucis. Epheſ.4.deponentes veterem, & induite nouum.Apocal.2.age pœnitentiam, & prima opera fac.Auguſt. de ver. & falſ. pœnitentia. cap.17. ſic Ioan.14.qui diligit me,mandata mea ſeruabit. Et 1.Ioan.3.& D.Thom.2.2.queſt.79.1.colligit duas eſſe partes iuſtitiæ quaſi integrales,ex pſal.36. declina à malo & fac bonum.

h Sic tribuit prudentiæ,D.Thom.d.17.quæſt.2.2.4.add.quæſt.2.art.4.fauet.3.p.quæſt.85.3.ad.3.Alber.diſt.14.art.12.ad.6.Vega lib.13.c.21.ad med.Adri.quæſt.1.de pœnitentia.Marſil. ſed Caiet.opuſ.de contrit.quæſt.1.& Mant. id propoſitum tribuunt dilectioni Dei,in cuius virtute includitur obſeruatio mandatorum,Bellarm.lib.2.c.6.At Nauar.c.3.num.1.ſi.& add.id propoſitum reducit ad ſatisfactionem.&.c.26.num,25.& citat Auguſt. c.ſatiſ-

## C A P. XXIIII.

### Quadruplex propoſitum includi in contritione.

§.2. *Curandum eſt formale propoſitum emendationis, quia ei qui recordatur videtur medium neceſſarium.*

3 *Dolor debet eſſe appretiatiue maximus, & ſimiliter propoſitum, ſed cauẽdæ ſunt comparationes in particulari.*

4 *Ex duplici periculo peccati, quãdo abſoluendus qui manet in periculo.*

5 *Confeſſarius ne ſit timidior de propoſito. quando differenda abſolutio.*

6 *Propoſitum ſatisfaciendi: & per quæ opera, propoſitum implendi ſatisfactionem iniunctam.*

AD actum contritionis concurrit.4.propoſitum. [a] primum, non peccandi de cætero in ſimilibus de quibus dolet, quod pertinet ad actum elicitum pœnitentiæ, [b] ita vt excludat virtualem complacentiam præteriti peccati, [c] & ſtatum affectionis virtualis: qualem habet qui manet in probabili periculo peccati mort.aut ſponte in proxima occaſione reincidendi ex fragilitate, quam in ſeipſo experitur.2. propoſitum emendandi vitam non tantum vt emendatio fiat ſola ceſſatione à peccato, [d] & cum quadam compenſatione præteriti, [e] ſed quia ex caritate & timore filiali [f] propter Dei reuerentiam proponit emendationem vitæ, id eſt ſeruare omnia mandata [g] in futurum, etiam illa quæ nunquam violauit: quod magis pertinet ad dilectionem Dei & prudẽtem cautionem. [h] id enim habere debet etiam ille homo qui nunquam peccauit, nec eget contritione: nam in dilectione Dei ſuper omnia includitur propoſitum placendi ei in omnibus, & ſeruandi præcepta eius. ſine dilectione autem iſta non eſt vera contritio.

2 Curandum eſt confeſſario, vt pœnitentes inducat ad hoc formale



propoſitum [i] emendationis & nouæ vitæ, iniungatque medicinalem pœnitentiam vt aſſueſcat in bonis operibus ambulare creatus in gratia Epheſ.2. nam vt actus explicitæ fidei in Chriſtum, & formalis dolor, ita id formale propoſitum, [k] firmũ emendationis & vitandi peccata ſuper omne euitabile videtur ei qui poteſt, & recordatur, medium neceſſarium ſine quo homo non iuſtificatur, neque eſt completa ratio cõtritionis. [l] quare qui meminit propoſiti & tamen ſcienter omittit habere formale propoſitum, accedit indigne: licet defectum propoſiti confiteatur: [m] fieri tamen poteſt vt ex inaduertentia, aut quia nihil meminit futuræ vitæ qui eſt in mortis articulo, habeat veram dilectionem & contritionem excluſo omni affectu virtuali peccati, & iuſtificetur abſq; dicto formali propoſito, quod ſatis in contritione includitur, [n] in eo qui non recordatur. quare cũ pœnitentia ſit præteritorum, magis includit formalem dolorem quam propoſitum. homo vero iuſtus ſæpè habet actum dilectionis & contritionis ſine cogitatione aut formali propoſito futurorum, & in his certius eſt valere abſolutionem, quanuis non habet formale propoſitũ vitandi venialia. qui enim diligit vt in virtuali propoſito ſeruat omne præceptum, ita & præceptum doloris formalis, propoſiti & recipiendi ſacramentum.

3 Quanuis propoſitum vitandi omnia mort. peccata per totum vitæ tempus [o] debet eſſe appretiatiue ſuper omne euitabile, & de ſe efficax ſecundum ſtatum præſentem, abſolutumque ſine conditione: [p] non tamen expedit, vt confeſſarius infirmorum animos inducat ad comparationes in particulari, [q] quæ ſibi in tentationem & laqueum contingere poſſent. Nec tenetur fragilis qui confitetur & cum ſpe veniæ conteritur, & proponit emendam, credere intellectu ſe amplius in ea peccata non eſſe relapſurum, [r] quorum habet occaſionem, in quam valde procliuis eſt: ſed poteſt dubitare & debet timere de incerto euentu; [s] vt eo timore cautior fiat, & de ſua fragilitate diffiſus in re tam difficili bene ſperet de gratia & auxilio Dei, cum quo moraliter poteſt vitare omnia mort. [t] ſic & potentes ſumus in Deo qui adiuuat infirmitatem noſtram, ſic iuſtus proponit vitare omnia venialia, & oratione petit auxilium vt vitet quantum fieri poteſt, quia poteſt vitare ſingula: [u] cum tamen ſciat ſe diu non vitaturum omnia collectiuè.

4 Triplex contingit periculum peccati: primum dum homo facit eum actum de quo probabiliter dubitat an ſit peccatum mort. [x] hoc autem non minus tenetur vitare

c.ſatiſfactio.de pœnitẽtia.d.3.ſed impropriè loquitur Nau. i k Sic Patres cit.B.& G.& concil. ſignificat requiri formale propoſitum,& D.Th.d.14.q.1.1.6.ad.4.d.17.q.2.2.4.facit.3.p.q.84.a.vlt.ad 3.quæſt.87.1.ad.1. vterque Soto, Ledeſm. Cano. l m quia vt non ſatis eſt dilectio Dei, in eo qui eſt memor peccati:ita neq; eſt contritio ſine formali propoſito emendæ, in eo qui recordatur. n quæ ſententia eſt in praxi tuta, quod tenet Nauar.cap.1.num.10.& citat inſignem Doctorem,nempe Epiſcopũ Cueſta.& add.Hiſpa.c.1.num.1.Bonau.d.14.in expoſ.lit.vbi Maior.q.1.Almai.q.1.& eos ſecutus Vega lib.13.c.21.& tandem Pet.Sot.tit.de cõtr.lec.17.fatetur formale propoſitum nõ eſſe de neceſſitate ſacramenti: ſed eſſe diſpoſitionem, ſine qua non eſt fructuoſum,quare D.Thom.1.2.q.113.ar.5.inter requiſita ad iuſtificationem non numerat id propoſitum,& fauent citati.H.qui id propoſitum non tam putant partem pœnitentiæ,quam prudentiæ:à quo proinde actu excuſari poteſt, qui non aduertit:ſicut oblitus peccati qui excuſatur à contritione,iuſtificatur per dilectionem Dei.fauet Soto.d.17.q.1.2.ad arg.quia negat defectu iſtius propoſiti(ſi modo illud confiteatur) fieri confeſsionẽ fictam.falſo tamen Bernard.de Genaco quolib.5.q.14.negat requiri etiam propoſitum virtuale: vt refert Capreo.d.17.q.2.art.3.fin.vt enim qui excludit votum ſacramenti,non eſſet vere contritus: ita nec ſi excludat propoſitum emendæ ſaltem virtuale. o Quia tenetur vitare omnia peccata mor. quare falſo quidam Recent.dixit ſatis videri, ſi fragilis homo proponat vitare omnia per aliquod breue tẽpus,niſi intelligat quantum ad efficacem euitationem. p Vt deteſtatio ſuper omne deteſtabile,& conuerſio in Deum cum auerſione à peccato, debet eſſe abſoluta. q Communis.diſt.17.D.Thom.q.2.3.1.ad.4.& quodl.1.art.9.Durand.q.4.Paludan.quæſt.1.art.5.Soto, quæſtione.2.articul.4.poſt con.4.&.d.18.queſtio.3.3.Bonau.diſtinct.16.art.1.quæſt.2.Ledeſm.2.par.quæſt.2.art.3.Nauar.cap.1.numer.1.& 21.& capit.10.num.4.Caiet.verb.cõtritio.ibi Sylueſt.§.2.Victor.§.106. r s Victor.§.180.Nauar.capit.1.num.13.c.3.numer.5.lit.C.&.c.9.numer.15.cap.14.nu.31.§.7.Cord.caſ.4.& Recent.ſatis eſt vt præſenti propoſito velit vitare omnia quantum in ſe eſt cum Dei auxilio: forte enim antequam occaſione vincatur,præripietur morte.ſic Petrus à Chriſto monitus de negatione futura,propoſuit, non te negabo, & ſi oporteat me mori tecum.

t u D.Tho.3.p.quæſt.87.1.ad.1.&.1.2.q.109.artic.8. vbi fr.Med. quia omne m.requirit plenam deliberationem, & cum Dei auxilio vitari poteſt etiam longo vitæ tempore.

x Eccleſiaſtici.3. qui amat periculum, peribit in illo.D.Thom.quodl.3.art.9.a.12.ad.4.a.17.ad.1.quodl.8.art.13.quodl.11.ar.13.Caietan. & Arm.verb.periculum.& Caiet.2.2.quæſt.186.9.Med.tract.1.de pœnitentia.quæſt.9.Caſtr.2.de iuſt.hæret.pun.c.17.Nauar.c.3.num.5.lit.D.cap.14.nu.26.c.inter verb.corol.2.nu.433.Chryſoſt.ho.23.imperf.ſi oculus tuus fuerit nequam.Cord.caſ.4.Alcoc.ſumm.capit.7.& lib.de Lud.capitulo.59.conc.3.

y D.Tho.

[y] D.Thom.2.2.q.88.4.ad.2.q.128.ar.vni.ad.3. vt quod debilis aggrediatur res magnas ſine cauſa. Et de pugnante ad beſtias, Nau.c.17.nume.35.37. [z] Syl.verb.ars.§.8.alij ſummiſt.verb. torneamentum.Nau.c.15.n.8.verſ.8. [a] D.Tho.2.2.q.88.4.ad.2.Soto lib.7.iuſt. q.2.2.ad.2. Augu.to.2. epiſt.45.ad Armentar. Amb.lib.de viduis.

[b] Cai.ver. periculum, negat eſſe m. ſed pertinet ad peccatum incautelæ contra prudentiam & ſic excuſat ſæpe à peccato m. per exceſſũ. verb. ſuperbia, gloria humana, ambitio, arrogantia, iactãtia, adulatio chorea. hiſtrio, ludus, ornatus, ſcãdalum. item excuſat per defectum, verb.timor. intimidus, gula, auaritia, acedia, pigritia, ocium. At alij nimis vrgent confeſſarium ne abſoluat eos pœnitentes, quãuis cum præparatione & quodam dolore confiteantur omnia peccata, qui verſantur in proxima aliqua occaſione incidendi in peccatum m. etiam ſecreti: quaſi iſti videantur manere in ſtatu & virtuali affectione peccati m.Syl.confeſſor.3. §. 12. confeſſor.4.§.2.fr.Med.lib.1.inſtruct.c.13.lib.2.c.7.fi.& allatis multis exemplis Nau.c.3.n.5.add.A. de occaſionibus acceptis.&.c.14.n.31.& ſeq.de occaſione data.1.ſcandalo actiuo(de quo D.Tho.2.2.q.43.1.ad 3.)&.c.26.n.24.Aug.c.ſatisfactio.de pœnit.d.3.

quam peccatum ipſum. 2. dum temere ſe ingerit periculo facti ſupra vires ſuas: [y] vt inexpertus funambulus. [z] At periculo in meliora incitanti quod naſcitur ex defectu noſtro, licebit ſe committere, vt ſi fragilis voueat cõtinentiam. [a] 3. quod extrinſece adiacet & tamen expertus eſt homo ſe facile ex fragilitate & incautela peccare, dum ad certum locum vel alicuius ſocietatem accedit. quod periculum quanuis in generali debeat homo vitare, [b] ab eo tamen cum in ſe ipſo peccatum non ſit, ſed peccati occaſio, excuſatur aliquando per impotentiam moralem, [c] quæ occaſionem reddit huic homini inuoluntariam & non imputabilem. [d] aut ob aliam notabilem cauſam, [e] excuſatur ne ſtatim vitet eam occaſionem: & ſimul oſtendit maiora quædam ſigna pœnitentiæ, [f] & propoſitum emendationis. [g] putà cum habet ius tuẽdi honorem, ſubſtantiam, officium aut ſuſtentationem vitæ: nec cum tanto detrimento & damno obligatur fugere extrinſecam occaſionem peccati, quod multis alijs remedijs cum Dei gratia vitare poteſt. Hi abſolui facilius poſſunt, licet lapſi ſint non vitantes occaſiones remotiores, ideſt quæ de ſe communiter non alliciunt ad peccatum, vt officium militis, [h] & negotiatoris, [i] vel fucus [k] lenium fœminarum vt magis nubiles fiant, aut maritis placeant: ſicut & conſuetudo qua ſæpius abſolutus relabitur in mollitiem, [l] cuius occaſio expelli non poteſt, non cogit negare, ſed aliquãdo differre abſolutionem, [m] vt firmiori propoſito melius diſponatur ad gratiã: propter fragiles enim & male habentes curandos ſeptuagies ſepties Matth. 18. inſtituta eſt medicina pœnitentiæ. Similiter de omiſſione debitæ reſtitutionis aduertat an qui ſæpe iuſſus omiſit, nunc etiam excuſetur. [n]

[c d] Caiet.verb.periculum.ibi Armil.Nau.c.3.n.5.A.qui nimium emungit.1. premit pænitentes, nõ eſt bonus & vniuerſalis medic⁹, alias vt dicit.1.Cor.5.debueratis de mundo exiſſe.c.de occidendis.23.q.5.quia.1.Ioan.5.totus mundus in maligno poſitus eſt. & Sap.14.c reaturæ in tentationem factæ ſunt, & in muſcipulam pedibus inſipientis. Ratio eſt, quia impotentia & difficultas moralis excuſat à voluntario, ac ſubinde à peccato, vt bene aduertit Nauar.numero.5.B.fi.&.§.in Leuit.not. 34. num. 5.alij cit.ſup.X.

[e f g] Ad hæc reducuntur illæ.4.conditiones quas meditate refert & ſæpe repetit Nauar.c.3.nu. 5. E. quas tranſcribit Cordub.caſ.4.col.7.&. 11. Caiet. & Arm.verb.periculum.Adr.quodl.1.fine arg.a.2. Ant.3.p.tit.18.c.20.§.2.cum Rayn. Hoſt. Gerſon Alph.38.Ledeſ.2.p.q.18.ar.8.col.4.Sylueſt.verb. occaſio.cum Ant.Rayn.Hoſt.& alij in ſubiectis exẽplis.& quod vni puta fœminæ iuniori eſt occaſio proxima, non eſt alteri, puta ſeni cohabitare cum viro præſertim cognato, licet aliquando lapſus ſit, & proponit nunquam eſſe ſolus cum ſola: vel certe cohibere cõſenſum & contactum etiam ſub onere grauis pœnæ.c.abſit.11.q.3.Nauar.B.K.capit.25.numer.108.Cord.ſup.

[h i] Naua.c.3.num.5.B.c.26.nu.24.ad fi. ex Leo. Papa epiſt. 90. ad Ruſtic. cap. qualitas. c. contrarium. de pœnitentia.d.5. D. Thom. 2.2. q.77.1. Soto lib.6.iuſt. quæſtione. 8.1.

[k] Naua.c.23.n.21.& 18. Caieta. verb.fucus.ornatus, & alij ſummiſtæ.

[l] in quo quidam confeſſarij videntur nimij. nam & vir fragilis ſuſpicatur de ſe, quòd per annum reincidet in varia peccata ex varijs occaſionibus: & tamen abſoluitur, quia nullam occaſionem propinquam habet, quam ſtatim debeat vitare, & tamen tenetur vitare omnia mor. ſicut propenſus in mollitiem tenetur vitare illud vnum.

[m] Nauar.cap.3.num.5.K.cap.26.num.5.fr.Med. lib.1.cap.13.Conc.Agathen.c.11. c. cum quidam. de pœnit.& remi.Doct.cum Magiſt.4.diſtin. 17.& 18.Facta dilatione confeſſarij per.c. omnis vtriuſque. excuſatur pœnitens ab excommunicatione ſynodali Fr.Med.cap.12.§.3.fin. capit. 14. §. 41. At in caſu non neceſſario, ſed vtili, ſi expediat differre abſolutionem, petat ſuauem conſenſum pœnitentis: ne alias confeſſarius habeatur nimis rigidus, incredulus, & ſcrupuloſus. Recent. Mantius & Mag.Auila.

[n] Nauar.capitulo.17.numero.59. 67. capit. 25. numero.82.Caieta. reſtit.capitulo. 6. Sylueſt. reſtit.3.§.7.reſt.6.§.1.confeſſor.4.§. 12. & de reſtitutione famę Ledeſm.2.par.quæſtione. 18. articulo.8.colum.4.interdum tamen prudentis eſt relinquere pœnitentem ignorantem in ſua bona fide (vt dum fit probatio matrimonij inter ſuſpectos de frigiditate.) Nauarr. cap.3. numero.5. lit. E. & d.c. lib.2.de matrim.cap. 7. vel ſi ſuperueniat dubium de morte primi coniugis, Nauar.cap. 22. numero.54.

° Doct.



[o] Doct.d.18.de conditionibus confeſſarij Nau. c.10.n.2.inf.lib.3.de pœnitentia.c.17. [p] quem fructum paſſim experiuntur regulares confeſſarij, qui mittuntur per oppida vt iuuent parochos: nam propter male habentes inſtituitur medicina confeſſionis. ne cogatur fœmina (quæ præ pudore confeſſiones alias dimidiauerat) abire in alium oppidum vt quærat confeſſarium, & repetat quæ huic cum rubore dixit. quare de pœnitente bene ſperet quod ex nũc cum Dei gratia emendabitur (adhibitis tamen pœnitentijs præſeruatiuis: interdum addat, vt ſi intra menſem reincidat, teneatur ad certam pœnã.) Nam vt prędicatori & confeſſario licet fragilem exhortari ad contritionem (quanuis timeat gratiam contritione habitam cito amittendam) ita licet hunc abſoluere: dum modo margaritas porcis ne proijciat. Sic Chriſtus diſcipulis dedit euchariſtiam, quos præſciebat eadem nocte amiſſuros gratiam: & de illo Luc.15.dicitur, hic peccatores recipit. Sic Apoſtoli Petrus, Paulus, Ioan.Euang & ſæpe Auguſt.oſtendunt peccatoribus viſcera miſericordiæ: & iubent bene ſperare in Deum viuum.

5 Confeſſarius vero ne ſit plus iuſto timidior & inſuauior: [o] ſed poſtquam audiuit longam confeſſionem fœminæ, quam præ pudore ſæpe dimidiauerat non audens palam parocho confiteri, audeat in Dei miſericordia confiſus, abſoluere pœnitentem. [p] ſolet enim Deus vt contritum, ita eum qui firmius propoſitum oſtendit cum attritione etiam nota, & hic & nunc præſtat quod commode poteſt, dignum habere abſolutionis beneficio & amicitia ſua. Sic eccleſia in foro conſcientiæ ſæpius etiam relapſis non negat ſalutaria ſacramenta: [q] quanuis in foro exteriori propter probabile boni communis periculum, non facile credat, nec relapſos relinquat impunitos. [r] interdum periculoſius negaret abſolutionem, quam poteſt inculpate impendere: abſoluendus enim eſt reus ne in duram abeat deſperationem, aut vix audeat ad confeſſionis frequentationem reuerti: [s] vt Chriſtus ſemper peccatores inuitat & recipit. abſolutionem præſtare tenetur confeſſarius, cum ſubeſt neceſſaria cauſa abſoluendi, vt ſi inſtet mortis etiam violẽtæ periculum: [t] dum tamen prius expellere iubeat cõcubinam, aut ſimilem peccati cauſam. [u] nemo tamen prędicta doctrina & ampliatione præter tempus abuti debet.

6 Propoſitum tertium ſatisfaciẽdi, [x] ideſt compenſandi ex affectu pro culpa mortali, ſatis includitur in ipſa contritione: [y] non vt eſt dolor ex ſola caritate, ſed ex virtute pœnitentiæ, [z] cum animo compenſandi, nec tam requirit propoſitum externi operis quam interni doloris. [a] 2. propoſitum vt remiſſa culpa ſatisfaciat pro pœna temporali, includitur in contritione & eſt de præcepto naturali. [b] ſatis tamẽ impletur ſi virtualiter proponat per opera aliena, vel indulgentias ſic ſatisfacere: vel certe vt à Deo iudice ſuſtineat patienter in purgatorio pœnam debitam. Vt qui homini fecit iniuriam, facta illius compenſatione, & petita venia, non tenetur ſponte ſumere aliam pœnam, quam quæ præcepto iudicis imponitur. quare ex vi præcepti connaturalis de contritione, non tenetur homo in præſenti vita ſatisfacere ſponte pro pœna temporali: ac ſubinde nõ tenetur habere propoſitum [c] ſic ſatisfaciendi per ieiunia ſupererogationis, aut eleemoſynas: nec ex vi præcepti de dilectione Dei & ſui ipſius.

7 Ex præcepto poſitiuo Chriſti tenetur habere. 4. propoſitum vt facta confeſſione impleat ſponte ho-

[q] Simanc.de cathol.inſtit.c.47.nu.79.vide.c.46. num.84.c.64.num.60.Nauar.c.25.nume.23. Syl. confeſſor.4.§.3.Med.C.de pœnit. tract.2. fol. 99. Benauente.tract.de pœnit.& remiſ. part. 4. Cypr. ſerm.in cœna Domini fin. Albertin.de aſſer. hæret. q.25.num.25.Caſtro.2.de iuſt.hær.pun.c.2. Ioan. Lup.ſenior.apud Montal.l.1.tit.36.p.7. de quo Patres in Gal.6.vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Clem. lib. 2. conſtit. Apoſt.c.12.14.22.quomodo tractandi ſint pœnitentes.&.c.18.vbi Turrian.Nazian.orat.36.nulla re Deus perinde ſollitur, ac miſericordia. Auguſt. epiſt.159.ad Marcellin. & optime Chryſoſt. hom. 43.in Matth.23.c.alligant.26.q. vlt. & ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem: & vbi pater familias largus eſt, diſpenſator nõ debet eſſe tenax: ſi Deus benignus, vt quid ſacerdos vult auſterus apparere?

[r] Simanc. c. 57. num. 11.22. cum Felin. capit. de his.nu.6. de accuſat.

[s] Quod periculum incurrit, ſæpe rigidus confeſſarius: vt experimento conſtat.

[t u] Quare in mortis articulo nullus eſt caſus reſeruatus Tridentin. ſeſſio. 14. cap.7. & tamen ſuauiter cogat expelli concubinam. Nauar. cap.3. numer.5.G. cap.16.numero.22.cap.25.num.109. Cord. caſ.4. frat.Med.lib.1.cap.13.

[x] Trid.ſeſ.6.c.6.14.ſeſ.14.c.8.& can.15.pœnitẽtia Chriſtiana includit propoſitum ſatisfaciendi. Nau.c.1.n.15.Et ſane Soto.d.17.q.2.1.ad fin. Cano relect.de pęnit.p.3.putant requiri formale propoſitum ſatisfaciendi, iuxta Trid.Chryſoſt.ho. 10. Matth.3.facite fructus.quod de ſatisfactione exponunt Mag.d.16.ibi D.Thom.in lit.Ledeſ.2.p.q.11.a.3.dub.5.eo quòd ad iuſtitiam ex iure naturę pertineat, vt homo curet Deo ſatisfacere quoad poteſt. atque ita pęnitentia aliquo modo pertinet ad ius naturæ, Soto.d.14.q.2.2.col.5.Caiet.q.84.7.ad.1.

[y] Caiet.q.86.4.Dur.d.14.q.2.Taper.a.6.p.243. fauet Soto.d.19.q.1.2.con.3.Vega lib.13.c.36.cũ Bern.ſer.4.cant. [z] Sup.c.20. [a] ſup.c. 22. §. 6. [b] citati lit.X.Cano.p. 3.con. 2. &.p.4. dicit eſſe ſententiam certiſſimam.Palud.d.17.q. 1. a. 1. in. 5. definitione contritionis. [c] Ad ſatisfaciendum ſponte in præſenti vita pro temporali pęna

na

na negant obligari Soto diſtinctione. 20. Ledeſm. & alij, vt dictum eſt. cap. 8. §. 3. Vega lib. 13. c. 22.

d Tridentin. ſeſsione. 14. cap. 8. can. 15. ſed in propoſito ſeruandi omnia præcepta legum aut ſuperioris, ſatis includitur vt obediant præcepto confeſſarij.

neſtam ſatisfactionem quam iudex conſcientiæ confeſſarius ſua ſententia & præcepto iniunget, [d] quanuis pœna corporalis ſit vt flagellũ: cum tamen in foro exteriori lex & ſententia de pœna corporali non obliget in conſcientia reum, vt ſpõte tanquam vindex ſui peccati exequatur contra ſe. homo vero ante baptiſmum non tenetur habere propoſitum alterius temporalis ſatisfactionis: ſatis enim eſt remiſſa per cõtritionem culpa habere votum baptiſmi, per quem tota pœna cum culpis remittetur, niſi obicem ponat. Si quis vero votum ſacramenti pœnitentiæ, vel baptiſmi excluderet, habere non poteſt veram contritionem, [e] ex dilectione Dei ſuper omnia: Chriſtus enim inſtituit meritum eius ad remiſsionem peccati non applicari, nec dare auxilium efficax contritionis, quod eſt donum Dei, ſine prædicto ſacramento in re vel in voto.

## CAP. XXV.

### Attritio in quibus cõuenit cum contritione.

§. 2. *Sed ſpecie differt, & in tribus.*

5 *Nemo ſcit ſe habere contritionem aut gratiam, & tamen ſtatim breui actu cum Dei auxilio obtinere eam poteſt.*

6 *Attritio ipſa nunquam fit vera cõtritio, nec mutat obiectum, & tamen participat bonitatem & effectum quendam contritionis.*

IMperfectus dolor pœnitentiæ cõmuni vſu dicitur attritio, [a] quæ cum contritione quam diximus eſſe vltimam diſpoſitionem ad gratiam, conuenit in modo ipſius actus circa materiale obiectum. [b] cum attritio quædam ſit odium & deteſtatio peccati ex aliquali dilectione Dei: [c] & procedit ex ſpeciali auxilio & dono Dei: [d] & dolere facit non de quibuſdam tantum, ſed de omnibus peccatis mor. [e] vel de ſingulis quæ in particulari præcogitauit fuiſſe à ſe commiſſa: reprimitque non tantum effectum operum ſed affectum hominis interiorem [f] à peccato futuro, includens propoſitum non peccandi de cætero, & implendi præcepta, ac ſuſcipiendi ſacramentum pœnitentiæ ſuo tempore. interdum datur attritio formata per gratiam quando iuſtus illam elicit ex habitu pœnitẽtiæ infuſo, vel quando cum attritione digne recipit ſacramentum. poteſtque attritio habere gradus quoſdã intenſionis & durare per morã tẽporis. & in his attritio & contritio cõueniunt.

2 Attritio tamen in tribus [g] differt à vera contritione, non tantum accidentaliter, ſed ſpecie eſſentiali. i. in obiecto formali, ſeu immediato motiuo, quia contritionis motiuum immediatum eſt peccatum vt offenſa Dei compenſanda per contritionem: ſed attritionis etiam optimæ motiuum immediatum eſt minus perfectum, puta moralis turpitudo peccati quæ hominem dehoneſtat & deformem facit Deo inuiſum. [h] Hæc attritio licet moueatur ex intrinſeca bonitate obiecti, & ex amore honeſtatis propter ſeipſam, non pertingit ad cõtritionem: quia non mouetur ex offenſa Dei immediate, ita vt perfecto conatu intendat pro ea compẽſare Deo. minus habet de obiecto formali contritionis attritio quæ excitatur ex timore gehennæ: quia motiuum pœnę eſt extrinſecum honeſto obiecto, & offenſæ Dei vt cõpẽſandę: nec hic dolet dẽ peccato ſuper pęnã inferni.

3 Differt ſecundo à contritione, quæ ſi comparatio fiat, eſt dolor appretiatiue maximus ſuper omnia: & contritus plus dolet de malitia peccati vt eſt offenſa Dei, quam de reliquis omnibus malis, aut de pœna inferni: & efficaciter, [i] deteſtatur

e [e] vt ſi excludat votum ſacramenti, non eſſet vera contritio vt colligitur ex Tridentin. ſeſſione. 14. c. 4.

a TRid. a ſeſsione. 14. cap. 4. Caietan. opuſ. de contr. tract. 4. quæſtione 1. Bellarm. lib. 2. de pœnitentia. capit. 17. Veg. lib. 13. capit. 25. Soto. diſtinct. 17. quæſtione. 2. articulo quinto.

b Sic temperandus eſt Soto, diſtinctione. 17. ſup. dum ait conuenire in obiecto, & Caietan. quæſtio. 84. 1. dicit quædam attritio nunc ſufficit cum voto ſacramenti ad gratiam nempe ſi circa obiectum materiale eleuetur per auxilium.

c Tridentin. ſeſsione 6. cap. 6.

d Sup. c. 21. §. 4. Z. Bellar. ſup.

e Quia vnum mortale non poteſt dimitti ſine alijs. Iacob. 2. offendat in vno, factus eſt omnium reus Auguſt. de ver. & falſ. pœnitent. capitul. 9. Grat. cap. non oportet. de pœnitent. diſt. 1. cap. quem pęnitet. diſt. 3. cap. ſunt plures. capit. conſideret. 5. diſtinctione. capitulo qui vult. 6. diſtinctione.

f Sup. capitulo vigeſimo ſecundo. §. 6.

g De quibus ſtatim.

h Tridentin. ſeſsione 14. capitulo quarto, ob turpitudinem peccati, qua homo fit deformis, & inuiſus Deo, de quo Galat. 4. imo cogniti ſitis à Deo, & 1. ad Timotheum. 2. nouit Dominus qui ſunt eius. Matthæ. 25. neſcio vos. nempe ſciẽtia approbationis, quia honor eſt bona opinio & æſtimatio in conceptu aliorum, & præſertim Dei.

i Quod verbum Victoria ſolebat expendere, quanuis contritio ſecundum ſubſtantiam eliceretur vi naturali (vt Soto, Scotus & quidam falſo putant) ſed non recedit efficaciter à peccato, niſi ſit ex auxilio.

k quan-



offenſam Dei ſuper omne deteſtabile vt communiter aiunt Theologi. Sed attritio quanuis ornata ſit optimis conditionibus prædictis, non eſt dolor reuera efficax de omnibus & ſingulis peccatis mort. nec dolet ſuper pœnas inferni. [k] alias ſi auerteret voluntatem ab omni affectu virtuali peccatorum, includeret dilectionem Dei efficacem, quæ eſt indiuiduus comes gratiæ. reperitur tamen in attrito quædam obiectiua dilectio Dei, & quædam velleitas, qua falſo putat ſe dolere de omnibus peccatis: cum tamen ſi efficaciter diligeret Deum, & ſic doleret faciens totum quod in ſe eſt, iuſtificaretur ſtatim. Si quis tamen probabiliter reputet ſe contritum actu interno, nec tñ præſtet opus externũ ad quod ſtatim ſub mortali tenetur, [l] hic vere non eſt contritus efficaciter, quouſque auferat illud impedimentum peccati.

4 Differt. 3. quia contritio communiter procedit ex amore amicitiæ ſeu dilectione Dei ſuper omnia tanquã ex motiuo proximo, ex quo fluit contritio: & hæc eſt adeo efficax & diligens vt excludat occaſiones & ignorantias culpabiles. Sed attritio optima, immediate procedit ex amore concupiſcẽtiæ, & ſpe quę ſimul ſtat cum auerſione habituali peccati: atque ita dolens propter turpitudinem peccati, aut timorem inferni manet in peccato, cum non præſtet neceſſaria, vt Deo reconcilietur. quare attritio ſæpè eſt re ipſa informis & ſine gratia iuſtificante: ſed contritio quanuis in quodam priori naturæ non intelligatur procedere ab habitu infuſo pœnitentiæ nec à perſona grata, ſed à ſpeciali auxilio, [m] nunquam tamen reipſa datur contritio, informis: [n] ſemper enim ſimul eſt cum gratia, cum non requirat certam intenſionem, aut temporis continuationem, [o] aut vt ſint ſingulæ contritiones, [p] de ſingulis operibus peccati ad memoriam reductis, vt poſtea dicetur, & tamen contritio in priori naturæ dici poteſt informis: [q] quia ſe ſola non expellit peccatum niſi diſpoſitiuè, nec remittit offenſam ex iuſtitia & natura rei, ſed quia Deus ſic diſpoſito condonat gratis. actus etiam caritatis, quæ dicitur forma virtutũ, quia actus illarum dirigit in finem vltimum, dici poteſt informis vt prius natura ſimul cum contritione eſt diſpoſitio ad gratiam: quia deeſt ei formatio [r] quædam ex dignitate ſuppoſiti grati, per quam fit meritorius gloriæ. ad eam vero rationem meriti quæ ſuperuenit, non oportet vt contritio & dilectio fiant ſecundum ſubſtantiam, [s] ab habitu gratiæ pœnitentiæ & caritatis: ſed ſatis eſt ſecundum modum & conſeruationem quandam: & ſane contritio cum ſit pars ſacramẽti & cauſet effectiuè gratiam, [t] non poteſt effectiue effici ab eadem gratia in eodem genere cauſæ.

5 Homo certo ſcire non poteſt ſe habere veram contritioné, [u] aut gratiam: [x] & tamen tempore neceſsitatis ſatis implet præceptum

k quandiu enim attrito non deletur peccatum, manet volũtas affixa in peccato: & homo diligit ſe ipſum tanquam finem vltimum, non autem Deum.

l Vt ſi non reſtituit alienum cum poſsit: aut non expellit concubinam, vel aliam proximam occaſionem, & periculum reincidendi: aut non facit diligentiam, per quam ignorantia fidei fiat inculpata: aut negligit impedire peccatum alienum, quod propter omiſsionem contra officium, fit peccatum proprium.

m D. Tho. 1. 2. q. 113. 8. ad. 2. & 3. p. q. 89. 1. ad 2. Soto. d. 14. q. 2. art. 6. & addit lib. 2. de natura & gra. c. 13. fin. id eſſe valde neceſſarium contra Luther. Bona. d. 17. in. 1. p. ar. 2. q. 2. ad arg. Palud. q. 1. a. 1. Duran. q. 1. a. 3. & bene Gab. q. 1. a. 2. facit Trident. ſeſs. 6. c. 7. in princ. Bellar. lib. 2. de pœnit. cap. 3.

n D. Tho. q. 85. 6. q. 86. 6. ad. 1. & 12. q. 112. 2. & 3. q. 113. 7. Soto. 2. de nat. & gra. c. 16. ad fin. lib. 3. c. 13. ad fin. Vega. 6. in Trid. c. 34. 35. lib. 9. c. 59. lib. 13. cap. 23. & ſeq. Cord. lib. 1. q. 2. dub. 4. At Scot. & Caiet. (qui ad perfectam contritionem requirunt quandam temporis continuationem, vt ſit diſpoſitio gratiæ) negant dici contritionem, quouſque per gratiam informetur. o d. eſt. c. 7. p in fi. c. 28. q Soto. d. 15. q. 1. art. 2. ſentit Palud. d. 17. q. 1. Richar. a. 2. q. 1. & 2. ſentit Cano. relect. p. 1. fol. 12. D. Thom. q. 89. art. 1. ad. 2. & 1. 2. q. vlt. a. 3. c. ad. 1.

r D. Thom. 3. d. 27. q. 2. 4. 3. ad. 2. caritas eſt forma virtutum. ſed gratia eſt forma caritatis. quia ei tribuit valorem moralem meriti. & 3. cont. gent. cap. 150. vbi Ferrar. c. 147. Capreol. 1. d. 17. q. 1. ad. 2. Aureol. & Durand. q. 2. quare Rom. 8. ſi filij (nempe per gratiam) ergo hæredes. Gene. 4. reſpexit ad Abel. 1. ad perſonam gratam, & ideo ad munera eius: vt exponit Greg. 22. moral. c. 12. itẽ D. Thom. de verit. q. 27. 2. ad. 4. & facit. 3. p. q. 7. 2. fr. Med. 1. 2. q. vlt. a. 4. quare Trident. ſeſ. 6. c. 16. refert vt primam rationem ob quam prę̨mium debeatur: quòd homines ſint ex gratia filij per Chriſtũ: primum enim reſpondet primario ex iuſtitia diſtributiua / pro dignitate perſonæ. D. Tho. 1. p. q. 21. 1. & 4. d. 46. q. 1. 1. Caietan. 2. 2. q. 61. 4. ad. 1. Soto. 3. iuſt. q. 5. art. vlt. ad. 1. & 3. de nat. & grat. cap. 7. Ferrar. 1. cont. gent. cap. 92.

s Soto. d. 15. q. 1. 6. D. Thom. 1. 2. q. 109. 6. 1. p. q. 62. 2. ad. 3. Bonau. d. 17. 1. p. a. 2. q. 2. ad arg. Vega lib. 6. c. 35. Cord. lib. 1. q. 2. opin. 4. ad. 3. contra illam. ſignificat Trid. quia poſtquam ſeſ. 6. c. 5. & 6. poſuit diſpoſitionem, ſubdit. c. 7. hanc diſpoſitionem ſequitur gratia, cõtra Cano, relect. de pœnitentia. t d. eſt c. 10. Soto cum D. Thom. 3. p. q. 86. 6. u communis contra Scot. & Caiet. x Trid. ſeſ. 6. cap. 9. & 16. fi. Altiſ. lib. 3. D. Thom. 1. 2. q. 112. 5. & communis. 1. d. 17. vbi Alber. Bonauent. in. 1. p. q. 3. Richard. art. 1. q. 5. Durand. q. 4. Scot. q. 1. a. 1. & in. 3. d. 27. quem ab oppoſita nota liberat Caſtro verb. gratia. hęr. 7. Vega lib. 9. per totum, maxime. c. 15. Gab. 2. d. 27. dub. vlt. vbi falſo in oppoſitum citat

Alex.

Alex.3.p.q.71.memb.3 a.1.&.art.2. Gerſon. 4.p. opuſ.de ſignis boni & mali.Palac.3.d.27.& in.4.d. 17.q.1.Hoſi.lib.1.contra Brent.Adria.quodl.8.a. 4.Soto lib.3.de nat.& gra.per tot.& apolog. Lyra in Iob.4.& eccle.9.Roſen.a.10.11.14.Taper.a.9. & citat Pighium & cẽſuram Academ. Pariſien. & Louanien. quẽ citat Vega c.6. Caieta. in Rom. 8. Rich. Smytheus in ſua diatriba. c. 19. Nauar. c.21.n.47.

y [y] ſic non eſt difficile vt breui cũ Dei auxilio habeat contritionem, propoſitis motiuis illius.

z [z] D.Tho. add.q.1.art. 3.d.17.q.2. 1.3.Richar. a.1.q.2. Palud.q.1.a.1. con.6. Soto d.17.q.2.5. Gab.diſt.16. q.1. 3. dub. 1. Medi. de pœnit. tractat. 1. q. 5. dub.vlt. Durand. d. 17. quæſt.2.(in quo decepti ſunt Scot. & Caietan. quia putant ſola continuatione tẽporis de attritione fieri contritionem) tenet Nau.c.1.n.41.Cano relect.p.3. idẽ Soto.d.12.q.1.a.4.col.13.lib.2. de natura & grat.c.14.15.Victor.§.121.Vega lib.13.c.34.Cord.lib.1.q.2.p.29.

contritionis, qui fide conſiderans peccatum vt ſumme deteſtabile cũ ſit ſummum malum, Deumque offenſum eſſe ſumme diligendum, vere ait, de offenſa Dei ad eum placandum doleo ſuper omne quod mihi dolere poteſt: idque propter Deum ſumme dilectum, & cum propoſito y implendi præcepta. vel breuius, [y] doleo intime quo ad valeo propter Deum ſumme dilectũ. in hoc enim actu dum exercetur, includuntur virtute omnia ſupra commemorata: & ad eiuſmodi actus contritionis datur habitus pœnitentiæ infuſus, vt iuſtus ſatisfaciat pro pœna temporali, & nouo titulo repetendo actus contritionis, priſtina peccata deſtruat.

6 Attritio perfecta quæ vt gratiæ coniungitur, videtur in obiecto materiali conuenire cum contritione: nunquam fit vera contritio, [z] z cum ſpecie differant: nec ſe ſola iuſtificat, cum ei deſit aliqua ex tribus conditionibus ſupra dictis. aliquando tamen participat quandam bonitatem aut effectum contritionis: nõ tamen ita vt in puncto iuſtificationis attritio ſemper mutato obiecto fiat vera contritio, vt quidam falſo a putant: [a] ſed quia attritio in finem b illius dirigitur: [b] vel dũ primum c informatur gratia, [c] ex coniunctione ſacramenti digne recepti, vel dũ iuſtus elicit hunc dolorem propter metum inferni. Sic enim attritio fit diſpoſitio gratiæ: & propter Deum quem hic homo habitualiter ſumme diligit. propter quod Theologi dicunt per ſacramentum vel informationem gratiæ hominem de attrito fieri contritum: & interdum attritio (qua dicebat, doleo intime quoad valeo: ſine expreſsione alterius motiui, puta ob metum inferd ni) mutatur reipſa in contritioné. d

## C A P. XXVI.

### Ex tribus attritionis gradibus, quis ſufficiat cum ſacramento.

*§.2. Qualis attritio ſatis ſit ad ſacramentum verum ſed informe.*
3 *Referuntur.3.ſententiæ, qualis requiratur ad fructum ſacramenti.*
4 *Ad fructum euchariſtiæ.*
5 *Cum attritione nota abſolui digne.*
6 *Hic non tenetur ad naturale præceptum contritionis.*
7 *Qui venialia confitetur tenetur habere formalem dolorem. ſed interdum.2. abſolutio fructuoſè datur abſque nouo dolore.*
8 *Varijs conſiderationibus excitandus eſt dolor contritionis.*

a HAbet attritio tres gradus [a] in 1. dolor de offenſa Dei in ra- c tione inferiori propter cauſas tem- d porales, & naturale motiuum: vt quia Deus punit temporali pœna infamiæ. 2. in ratione ſuperiori propter altiſsimas & æternas cauſas dolet de peccato vt eſt contra legem b æternam: [b] ſed Deum concipit ſub ſpeciali ratione motiui ſupernaturalis, puta vt eſt inflictor inferni, & priuat ſupernaturali beatitudine vel vt peccatoré ſupernaturali pulchri- c tudine gratię priuatũ odio habet ob turpitudiné peccati, [c] quod eſt ſummum dedecus. Vilior eſt attritio

tantùm de priori naturæ, in quo contritio ex auxilio, vt eſt diſpoſitio, dicitur informis. ſup. lit Q.

b [b] Hæc bonitas ex imperio & fine extrinſeco dicitur à prędictis Thomiſt. antiquis, tribuere ineſſe moris vt attritio dicatur cõtritio. At reuera non mutat obiectum: Soto ſup. Med. tracta. 1. de pœnit.q.5.cum Alexand. 4. p. q. 74. m. 3.&.4.Veg. lib. 13. cap. 25.Naua.c. c.1.n.31.

[c d] ſup.Y. & A. quia formaliter mutat obiectum. ſicut dum Paganus aut hæreticus credit myſterium aliquod fide acquiſita, & motus illuminatuſque ex auxilio credit idem fide infuſa, mutatur formaliter obiectum: quia iam credit quia Deus mouet & reuelat per lumen.

a [a] Palud.d.17.q.1.ar. 1.&.q.7. Capr.q.2.Herue. AEgid. Argentin. Ferra. 4.con. gent.c.57.Adr.de confeſ.a.5./dub. 5. & de clauib.q.2.Barnab.de roſalis.tract.de pœnit. ſentit Caiet.opuſ.de conf.q.5.& de cont.q.1. Scot. d. 14. q.2.1.d.17.q.2.art.2.Maior.diſt.14.q.1.Gabr.ſup. At illos bene reprobat Soto.d.14.q.1.1.fin. diſtin. 17.q.2.5.con.2.communis Recent. & alij inf. dum vero. D.Tho.q.89.1.ad.2.& de verit.q.28.a.8.admittit contritionem informem (quæ eſt pars ſacramenti, vt coniuncta abſolutioni ſit res & ſacramentum ſimul.q.84.1.ad.3.) fieri formatam, loquitur

C A P. XXVI.

a CAiet. [a] opuſ.de contr.tract.4.q.1.& tract.5. de confeſ.q.5.ſeu opuſ.27.qq.q.12.Nau.c.1. b n.36. [b] D.Tho.1.2.q.74.7.a.8.ad.2.&.a.9.ibi Conrad.Caietan.fr.Med.cum Auguſt. 12. Trinit. c cap.2.3.12. [c] Trident.ſeſ.14.cap.4.Bellarmin. 2.de pœnitentia.c.17.

d Cano



d [d] Cano relect.de pœnitentia.p.5.Ledeſm.2.p. q. 8.&.q.20.art.1.Soto lib.2. de nat.& gra.c.3.15.& d.18.q.3.a.2.&.a.3.con.5. & poſt con. 6. Palud.d. 17.q.8.Capreo.q.2.videtur Richar.a.2.q.8.ad.5. Dur.q.13.Caiet.opuſ.de de contritione & de confeſsione. q. 5.Syl. verb. contri. §. 2. Nauar.c. 9. nu.10. & in c.fratres. de pœnit. d. 5. nu. 33. Couarr.c. alm. ma.1.p.§.4. nu. 13. Victor. Mant. Peña, & Recent. quia cõcurrunt omnes partes neceſſariæ ad ſacramẽtum: & fit vera accuſatio cum vera ſententia iudicis, ſic ſententia etiã iniuſta, quæ non continet intolerabilem errorem valet in vtroque foro. quæ eſt ratio. Nau. c.9.n.1.§.2. & nu.11. facit.c.27.numero.3.

e [e] DD.ſup. cit.& omnes qui admittunt ſacramentum cõfeſsionis informe. defectu doloris legitimi: Nauar.c.9.nu. 10.Pet.Sot. de confeſ.lect.8.Bonau.d.17.in.2.p.a.2.q.2. Vega lib.13.c.26.34.35.& idẽ fatentur qui defectu diſpoſitionis legitimæ, negant dari hoc ſacramentum informe: atque ita aiunt ſic attritum excuſari à noua culpa, ſi acceſsit bona fide reputans ſe contritũ, & tamen ſi id noſſet, obligari ad iterandam confeſſionem. quod tenent Gabr.Mai.Adri.Medi.de quo inf.lib.2.de pœnitentia.c.11.

qua propter Deum vt eſt finis naturalis dilectum etiam ex auxilio, dolet homo de peccato ſup.cap. 21. §. 2. licet includat rationem quandam æternam cum modo ſupernaturali, in.3.gradu ſi aliqua ex prædictis attritionibus ſit hominis impœnitentis, qui non excludit virtualem affectionem peccati (vt ſi manet in ſtatu vſurarij nihil reſtituentis, aut cõcubinarij qui non expellit occaſionem proximam reincidendi. item deteſtatio qua dicit conditionaliter vellem non peccaſſe) eſt de neceſsitate huius ſacramenti, ſed non videtur ſatis ad ſacramentum aut fructũ eius ſup.c.23.fin.

2 Ex prima attritione per vim naturalem habita, & coniuncta abſolutioni, ſatis videtur conſtare verum d pœnitentiæ ſacramentum: [d] vt ſtatim explicabitur. Sic enim confeſſio, aut pœnitentia iniuncta & formæ prolatio, quanuis vi naturali eliciatur, eſt pars ſacramenti: & ablutio naturalis eſt pars baptiſmi: ſi cætera requiſita non deſint. Illa tamen non videtur ſatis (quanuis bona fide accedat ob ignorantiam, aut dictum ſapientis) vt recipiat gratiam, & fructum ſacramenti: ignorantia enim hæc non ſupplet eum gradum doloris & diſpoſitionis, quem Chriſtus inſtituit de neceſsitate medij e requiri. [e] Vt tamen aliorum ſacramentorum fructum Chriſtianus recipiat, multum prodeſt, vt attritos i ſe bona fide reputet contritum: vt dicetur. §. 4. quia alias indigne accedit contra præceptum Chriſti, qui ſe non putat accedere iuſtum ad ſacramenta viuorum. Ideò vero ſi cum ignorantia culpabili, & mort. accedat contentus prima attritione, fit ſacramentum (vt faten tur omnes qui vere admittunt ſacramentum pœnitentiæ interdum f reperiri informe [f]) quia nihil ex requiſitis ad veram accuſationem coram iudice, & ſubſtantiam iudicij deeſt. At. 3. attritio ſatis non eſt, vt fiat ſacramentum: quia non eſt verus dolor pœnitentiæ de offenſa Dei, nec cum vero propoſito emendationis: nec illa triſtitia eſt ſecundum Deum quam Apoſtol. 2. Corinth. 7. dicit pœnitentiam ſtabilem operari: ſed eſt ſterilis ex timo g re aut amore mundano. [g] prima attritio ſufficit vt dictum eſt, vt fiat verum ſacramentum, ſed informe.

3 Neceſſaria eſt aliqua attritio ſecundi generis ad fructũ cuiuſuis ſacramenti, in adulto impio: ſed non ſufficit quiuis gradus illius. Vitandæ tamen ſunt aut temperandæ opiniones extremæ. 1. Qui- h dam [h] aiunt quod in ſacramento pœnitentiæ (quod & de baptiſmo firmius aſſerunt) ſatis eſt non apponere obicem. Sed quia fatentur dolorem eſſe neceſſarium in hoc ſacramento: interpretandi ſunt pro diſpoſitione ſatis eſſe eum doloris gradum, quo tollatur obex peccati. 2. Alij licet aiunt requiri, vt attritio reputetur contritio: [i] alibi explicant eum, qui aduertit ſe pœnitere, non quia peccata ſint offenſa Dei abſolute, ſed propter

c.9. pœnitentiam ex timore mundano, vocat ſterilem & ſine ſpe venię &.c.17. citans Ezech.33.& habetur.c.ſi quis autem.2.de pœnitentia.d.7. diſtinguit inter conuerſum & verſum: quia de conuerſo: Ezech. dicit vita viuet (qui totus & omnino vertitur nec tantùm pęnas timet, quantum ad bonum Domini contendere feſtinat) verſus vero à peccatis dicitur, qui nõ plene Nau. c. 1. nu.37. ad fi. Ambr. lib.2.de pęnit.c.9. Auguſt. de catechiz. rud. c.17. conuerſionem ex tali timore vocat fictã Ruper. lib. 11. de gloria filij hominis in Matt.26. Iudas pęnitẽtia ductus eſt ſine fructu. & lib. 2. in Ionam, in princ.

f [f] Vt Palud.d.17. q.8.Capr.Rich.Durand.Sylueſt.Caiet.Sot. Cano, Couar.Nauar.c.9.nu.1.&. 10 de quo inf.lib. 2. c. 11.

g [g] Doct.ſup.Caie.Cano.Soto, Nau.c.1.nu. 36. Recẽ.& colligitur ex Aug.de ver.& fal.pœnit.

h [h] Quidam putant euchar. ignorãti peccatori (qui accedit etiam abſq; omni dolore) conferre gratiã: quia excuſatus à noua culpa nõ ponit obicem, & dolor non eſt pars euchariſtiæ, vel baptiſmi: ſed diſpoſitio ad tollendũ obicẽ, tenet Alex. 4.p.q.46.m.3.a.2.Led.1.p.q.20.a.3.Palu.d.9.q.2. dicit forte recipi primã gratiã.Nau.c.21.n.47.Victor.Mant.Idẽ de bap.ait Caiet.3.p.q. 68. 7.ad. 2. vid.ſup.li.de bap.c.26.T.& ſic Almai.intelligit Sco. d.14.q.vlt.a.3.dicentẽ, ad bap.vel pęnitentiã ſufficere ne apponat obicẽ. Quæ ſententia (niſi explicetur vt in tex.) eſt falſa. quia ad euchariſtiã requiritur re ipſa melior diſpoſitio, quæ reputetur cõtri- i tio. Sot.d.12.& citati inf.M.P. [i] Sot.d.17.q.2.4. & li.2.de nat.& gra.c.16.lib.3.c.vlt.& ſæpe requirit ꝑ ſacro pęnit. attritioné quæ reputeẽ contritio.

T k Idem

pœnas inferni ; accedere indigne : quia oportet dolere immediate de offenſa Dei, [k] & non de reatu pœnæ tantum. Si tamen dicat, doleo de offenſa Dei (quanuis per reuelationem ſciret ſe nondum iuſtificatum) hic eo actu (quem vir etiam prudens & doctus reputare poſſet eſſe obiectiuam contritionem) digne accedit ſuſcitandus per abſolutionem : quæ ſicut & baptiſmus eſt per ſe ſacramentum mortuorum. Ad Euchariſtiam vero (quæ eſt per ſe cibus viuorum) hic cui nota eſſet ea diſpoſitio, accederet indigne, contra præceptum poſitiuum Chriſti, accedens tamen cum bona fide iuſtificatur : quia ob ignorantiam excuſatur à præcepto, & affert ſufficientem doloris gradum, quod tamen ſtatim explicabitur. 3. Alij aiunt pro diuerſis ſacramentis requiri varios gradus : vt pro baptiſmo, quia regeneratio eſt minimum attritionis gradum ſatis eſſe. [l] Pro ſacramento pœnitentiæ meliorem : ſufficit tamen nota attritio, licet immediate ſit ob expreſſum motiuum quo timet offenſam Dei ob pœnas inferni vt dicetur §. 5. in euchariſtia aiunt optimum gradum eſſe medium neceſſarium, (etiam in ignorante qui bona fide communicat) nempe vt ſit obiectiua contritio, qua dolet abſolute & immediate de offenſa Dei. [m]

4 At diſtinguendum eſt. 1. quendam gradum attritionis ſecundæ eſſe medium ſufficiens ad fructum, ſi quis ignorans & ruſticus bona fide recipiat ſacramentum Euchariſtiæ. 2. in homine vero ſciente meliorem requiri ad fructum Euchariſtiæ. Tum ex præcepto diuino poſitiuo : tum quia ſcienti & habere valenti eſt medium neceſſarium, quia ex Chriſti inſtitutione tale præceptum de illo eſt : tanquam de medio neceſſario : vt ſup. capit. 2. in ſimili dictum eſt. Quare homo, qui ob ignorantiam ſe reputat accedere contritum & iuſtum, ſatis videtur diſpoſitus attritione ſupernaturali etiam ob immediatum motiuum inferni. Vt enim attritio nota ſatis eſt cum baptiſm. aut pœnitentia : ita ſi hæc reputetur contritio videtur ſufficere in omni ſacramento (vt pote in quo virtus Chriſti operatur) niſi alter obex impediat. At qui ex ſcientia, aut conſcientia etiam erronea aduertit ſe in peccato cum attritione nota communicare (licet forte excuſaretur à noua culpa ob dictum hominis, quem ſapientem putat) non iuſtificabitur: [n] quia Chriſtus inſtituit tanquam medium omnino neceſſarium, ad effectum Euchariſtiæ, vt habeat reipſa certam quandam diſpoſitionem voluntatis : & vt intellectu, & probatione facta reputet ſe accedere iuſtum & contritum.

5 Attritio ſecunda non ſufficit in quouis gradu ad fructum ſacramenti pœnitentię: aut etiam baptiſmi. 1. ſi hæc attritio ex amore tantum naturali Dei procedat, [o] cũ debeat eſſe circa obiectum fide propoſitum. 2. ſi tamen ex ſupernaturali motiuo procedit, eſt idonea

k [k] Idem Soto diſtinctione. 18. quæſtione tertia, articulo ſecundo & tertio. & lib. 2. de natura & gratia, capitul. 15. Idem Plane Victor. releċt. de poteſtate eccleſiæ, quæſtione ſecunda, qui ait, ſi quis videt ſe dolere, non quia peccata ſint offenſiua Dei abſolute, ſed ob pœnas inferni, hic accedit indigne ad ſacramentum pœnitentiæ: quia oportet dolere immediate de offenſa Dei, & non tantum de reatu pœnæ. idem Mantius poſt lõgam diſputationem. addit eadem. quæſtione vigeſima, articulo tertio, & de hac loqui Caietan. opuſ. de confeſ. quæſtione quinta, & quod qui habet hanc contritionem obiectiuam doleo de offenſa Dei, (quanuis per Dei reuelationem ſciret ſe nõdum iuſtificatum) hic digne accedit ſuſcitandus per abſolutionem : quæ ſicut & baptiſmus, eſt ſacramentum mortuorum, cum tamen hic indigne accederet ad euchariſtiam.

l [l] cit. H.

m n [m n] Soto diſtinctione. 12. quæſtione prima, articulo quarto, colum. 11. dum accedit ad Euchariſtiam Bonauentur. diſtinctione. 9. articulo ſecundo, quæſtione tertia, Caietan. etiam. 3. part. quæſtione 79. 3. Gabri. diſtinctione nona, quæſtione ſecunda. & in Can. lectio. 80. idem ſignific. Adrianus, quæſtione de Euchariſtia. vbi ſæpè ait, quod non k ſemper recipit primam gratiam, licet excuſetur à nouo peccato. vt ſi ruſticus ex falſo dicto ſapientis, putet licitum accedere ad communionem cum attritione nota propter pœnas inferni, non recipit gratiam, hanc etiam obiectiuam cõtritionem requirit Soto pro ſacramento pœnitentię, vt dictum eſt.

o [o] Videtur communis, quia oportet iuſtificationem adulti etiam quæ fit per ſacramentum, procedere ex fide obiecti ſupernaturalis, Tridentin. ſeſsione ſexta, capitulo ſexto, & facit capitulo tertio quarto, & nono, can. tertio, ſeſſione decima quarta, capit. quarto. Arauſicano can. octauo, & 25. Bellarminus, libro ſecundo de pœnitentia, capitulo tertio, & decimo ſeptimo, Frater Medina, prima ſecundæ, quæſtione. 109. articulo ſexto, ad finem, & idem à fortiori tenent Doctores, qui putant requiri veram contritionem ante abſolutionem (ac ſubinde negant dari veram confeſsionem informem, ſed iterandam eſſe, ſi cui forte conſtaret eam fuiſſe ſine fructum.) vt Gab.



diſpoſitio, quanuis nota ſit, vt peccator per ſacramentum baptiſmi, vel pœnitentiæ habeat fructum gratiæ: [p] niſi ex conſcientia erronea putet ſe indigne accedere, & ſine idonea diſpoſitione ſuſcipere ſacramentum. 3. velleitas conditionalis cum ſit deteſtatio abſque formali dolore, ſola non videtur ſufficere vt fiat verum ſacramentum pœnitentiæ, vt cap. 23. ad fi. dictum eſt. 4. ſi quis dicat, doleo quod me non pœnitet, quidam putant, [q] ſatis eſſe cum ſacramento, quaſi voluntas dolẽdi reputetur pro facto apud Deũ: in quo actu videtur virtualiter includi votum ſacramenti ſatisfactionis & doloris. At re vera non eſt ſatis: ſed poſito dolore aliquo ex motiuo ſupernaturali, iuuat addere, & doleo quod non ſentiam maiorem dolorem de offenſa Dei, quanuis forte inefficax ſit.

6 Qui ſacramentum attritus digne ſuſcepit, non tenetur poſtea ex naturali præcepto ad contritionem formalem : [r] quia ſatis ſuppletur per aliquid æquiualens. quin & ea attritio ſi ſuperueniat ſacramento, quod homo ex ignorantia inculpate recepit informe, aliquando tollit obicem: quo ſublato ſacramentum iuſtificat hominem vt dictum eſt, lib. de bapt. c. 26. Ad reliqua vero ſacramenta digne & cum fructu recipienda homo tenetur procurare cõtritionem quandam obiectiuam, quam reputet veram contritionem

7 Dum quis ſola venialia confitetur, tenetur habere aliquem formalem dolorem voluntatis (ſaltem de quibuſdam, nec enim oportet omnia hæc confiteri, [s]) quia dolor aliquis eſt de ſubſtantia huius ſacramenti, [t] ſicut confeſsio, & abſolutio. Satisfactionis tamen exterioris impletio non pertinet ad neceſsitatem ſacramenti. quandoque vna cõtritio ad duo ſacramenta pertinere poteſt, quorum eſt pars. ſup. lib. de bapt. c. 27. vt cum abſolutioni informi ſuperuenit contritio, quæ remouet prohibens, cum ordine ſimul ad futuram abſolutionem, vel cum ſimul abſolutus, iterata mox noua cõfeſsione explicat præteritum dolorem & peccatum oblitum, hic nouum effectum gratiæ auctæ videtur recipere, dum abſque nouo dolore recipit abſolutionem : [u] quia adſunt requiſita omnia, ſcilicet, noua confeſsio vt ſignum peccati & doloris: nam dolor prior vt in virtute extenſus eſt ad peccata oblita perinde valet, ac ſi eſſet nouus dolor de ſolis oblitis. at qui noua confeſsione repetit peccatum de quo directe abſolutus eſt, habere debet nouum eiuſdem peccati dolorem qui ſubijciatur formæ nouæ abſolutionis, ſicut & nouam confeſsionem peccati : vt probat piorum hominum vſus & conſuetudo.

Gabr diſt. 17. quæſt. 1. art. 3. dub. 2. Maior. quæſt. 3. &. 9. Adria. de confeſ. quæſt. 5. dub. 4. &. 5. Med. C. de confeſſ. quæſt. de confeſ. fict. iterand. fol. 71. Syl. cõfeſsio. 1. §. 22. At falſo admittũt ſatis eſſe attritionem ex dilectione finis naturalis. Soto. 2. de nat. & grat. cap. 3. diſt. 6. q. 1. 7. d. 14. q. 2. art. 5. videtur Cano relect. de pœnit. p. 3. p. 24. & Victo. in lectur. Vega libr. 3. c. 25. & id in caſu raro videtur admittere Auguſt. de catechiz. rud. capit. 5.

p [p] Trid. ſeſ. 14. capit. 4. Cano relec. de pœnitentia. p. 3. Nauar. cap. 1. nu. 43. Taper. ar. 4. D. Tho. d. 17. q. 3. vbi Palac. quæſt. 1. id ſæpe repetit fr. Medi. li. 1. inſtruct. §. 2. Nauar. add. Hiſp. c. 1. n. 29. Bellar. lib. 2. de pœnitentia. c. 17. quod in publicis actibus Salmant. Peña & poſtea Gallo Sancius & alij doctiſsimi reputarunt ita certum, vt ſine temeritate, vel errore negari non poſsit, & idem plane fatetur Scot. d. 14. q. 2. ſatis eſt non apponere obicem & ſe explicat. d. 19. in. 2. p. illius quod claues faciunt de attrito contritum: nec tolli obicem ſine dolore pœnitentiæ cuius oppoſitum ei falſo tribuit Almain. citatus ſup. H. idem plane Soto d. 18. q. 3. 2. &. 3. & lib. 2. de natura & gratia. c. 13. Victor. relect. de poteſtate eccleſ. q. 2. citati K. & Bonau. d. 17. ar. 2. q. 4. & a. 4. q. 3. fatetur quod abſolutio confert primam gratiam. & Adria. de clau. q. 2. fatetur : cum tamen quodl. 5. a. 3. requirat præuiam contritionem ex obiecto. Vega lib. 13. c. 23. & ſeq. plane D. Thom. quia 3. p. q. 79. 3. ad. 2. ad baptiſmum digne accedit attritus, conſcius peccati mort. nondum remiſsi: & mox q. 80. 4. ad. 2. æquat ſacramentum pœnitentiæ cum baptiſmo, ſicut & Trid. ſeſ. 14. c. 2. item add. q. 10. a. 1. & d. 17. quæſt. 1. 5. 1. d. 24. quæſt. 1. 3. 1. & art. 3. 1. ad. 3. & id plane ſignificant Palud. diſt. 17. q. vltim. Capreo. & Hiſpalen. quæſt. 2. Duran. quæſt. 13. Anto. 3. p. tit. 13. cap. 19. §. 5. item quod hæc attritio nota ſufficiat cum baptiſmo, probat Taper. art. 3. ex Aug. de catechizã. rud. c. 17. ad regenerationem baptiſmi digne accedere, qui veniunt, ex metu gehennæ, vel ex deſiderio æternæ beatitudinis. & epiſtol. 180. ad Honoratum videtur ſimiliter loqui de baptiſmo & pœnitentia, idẽ Rupert. in Ionæ. 3. vade in ciuitatem Niniuem, & in Ioel. 2. ſi conuertatur & ignoſcat, & in Matth. 27. Iudas pœnitentia ductus.

q [q] Nauar. cap. 1. num. 10. fin. 21. 23. fin. cap. 10. num. 4. cum Palud. diſt. 17. quæſtione. 1. artic. 4. con. 5. & art. 5. nu. 29. & Syl. contritio. 1. verſ. 1. fi. At non eſt de mente D. Thom. & Bona. niſi vt explicatur in textu.

r [r] Cano relect. de pœnit. p. 4. Soto. d. 17. quæſt. 2. 6. & communis Recent. contra Vegam lib. 13. cap. 20. & de iuſtif. quæſt. 13. ad. 1. contra ſecundã cõc. cum Med.

s [s] Trid. ſeſ. 14. c. 5. can. 7. fin. licet memoriam illorum habeat.

t [t] Concil. Florent. Trident. ſeſsio. 14. capit. 3. & 4. quanuis enim ſola dilectio Dei ſit perfectior actus, & de ſe ſufficiens contra omnia venialia: ſed non eſt ea materia ſacramenti quam concil. & Patres explicant neceſſariam.

u [u] quia attritio, ſecũdum quod extenditur ad peccatum oblitum, non fuit informata per ſacramentũ directe: & perinde valet ac noua attritio illius peccati, quod fatentur qui putant dolorẽ non eſſe partem neceſſariam huius ſacramenti, ſed requiri

vt diſpoſitionem (de quibus d. eſt. c. 10. vt tenet Maior.d.17.q.3. Almai.& videtur Scot.Gab.Dur. Palud.) ac ſubinde negant confeſsionem cum defectu doloris factam eſſe iterandam, quæ ſententia licet falſa ſit, vt bene ait Nauar.c.1.num.41. §.21. ſeruit tamẽ propoſito.

8 Varijs conſiderationibus [x] excitandus eſt pœnitentis animus ad dolorem qui haberi poteſt maximum, & ad firmum emendationis propoſitum proponenda ſunt pro cuiuſque pœnitentis captu propria motiua contritionis: de quibus ſatis dictum eſt & copioſe tractant Patres in ſacris concilijs & ſuis ſcriptis.

## CAP. XXVII.

### De quadruplici quantitate contritionis.

*§.2. Satis eſt quantitas appretiatiua.*
*3 Haberi poteſt vno inſtãti &c. §. 4. non requiritur continuatio temporis.*
*5 Nec certa intenſio.*
*7 Nec requiritur etiam dum ſit, cõparatio peccati cum alijs malis.*
*8 Appretiatiua de grauiori peccato eſt maior contritio, ſed interdum excuſatur à m. qui data optione præferret minus.*
*9 Satis eſt de omnibus dolere in cõmuni, nec magis de graui alieno quam de minori proprio. at alteri parato licet conſulere minus malum.*

CONTRITIO quatuor circa habet quãtitatẽ [a] quandã virtutis & durationis, & inſuper dilectio caritatis dicitur obiectiue maior, vt dum B.Petro volo maiorem gloriã, quam mihi: [b] quod in contritione non repetitur. prima eſt quãtitas appretiatiua quæ vrgente obligatione explicatur, Si fiat cõparatio aut detur optio hoc modo, mallem hoc bonum manere quam illud, aut fugere hoc malum potius quam illud. 2. extenſiua per durationem & moram temporis, aut cum quadam continuatione. 3. intenſiua quantitas quã do actus habet plures gradus intenſionis eo quod elicitur cum maiori conatu potentiæ, vel cum meliori concurſu habitus intenſi, aut cum maiori efficaci auxilio: interdum cõcurrunt alia motiua ad intenſionem actus, vt mater præ patre intenſius diligit & tenerius infantem ſuum, pro quo multos dolores pertulit. 4. per extenſionem ad obiecta, [c] vt enim caritas includit impletionem omnium præceptorum, ita deteſtatio & contritio vera extendi debet ad omnia peccata mor.

2 Vt contritio vera ſit, non requiritur alia quantitas quam vt appretiatiua comparatione deteſtetur peccatum ſuper omne malum deteſtabile: [d] hæc enim eſt idonea diſpoſitio, vt homo ſtatim iuſtificetur. communiter tamen homo impius non peruenit ſubito ad tam eximiũ actum contritionis, ſed præcedit tẽpore diſpoſitio imperfecta [e] in intellectu & voluntate. ex Dei auxilio, qui paulatim præparat, & diſponit ad formam gratiæ quæ cum contritione infunditur. mouetur enim homo ex varijs obiectis & per diutinam deliberationem cum diſcurſu: & ex amore concupiſcentiæ ac timore pœnæ manuducitur ad amicitiam Dei & plenam peccati deteſtationem.

3 Non eſt impoſsibile vt vno inſtanti ſine alia præcedentis temporis deliberatione, ſint multi actus ſubordinati. ſic enim Angelus in primo ſuæ creationis inſtanti, ſeu diſpoſuit cum Dei auxilio ad gratiam & meruit gloriam, quod de beatiſs. anima Chriſti certum eſt. [f] Ita proponi poteſt ex peculiari Dei prouidentia obiectum apte peccatori, vt ſimul per fidẽ cognoſcat Deũ amore dignũ & illius offenſam dignam deteſtatione & compenſatione: eodemque temporis momento præparata voluntas per auxiliũ Dei, poteſt habere contritionem dolorẽque peccati propter Deum, quẽ ſumme diligit. quanuis enim concurrãt plures actus in intellectu & voluntate, haebnt tamen ordinatam connexionẽ per modum vnius ſine impedimento: & ex vno tanquam ex cauſa quæ ſit natura tantum prior, poteſt ſtatim prodire alter: nec requiritur moroſus diſcurſus, ſi Deus efficaci auxilio & lumine inclinet in iudicium certum de prædicto obiecto: [g] vt cum ex Saulo perſecutore Act.9. ſubito fecit Paulum Apoſtolum: & vir diligens qui fidem habet, & aſſuetus eſt conſiderare prædicta obiecta & redire ad cor, poteſt breui, hoc totum aduertere & conteri. Paganus vero ita ſubito excitari nõ ſolet ſine miraculoſa cõuerſione.

4 Quidam aiunt contritionem non fieri & vltimã diſpoſitionẽ gratiæ niſi per aliquod tẽpus duret, [h] cum ſit actus humanus deliberatus. At re vera cũ primũ impius habet verũ actũ contritionis, qui in inſtanti perficitur, non eget vlla continuatione, [i] per moram temporis, ſed ſtatim cum ea eſt plene diſpoſitus ad primam gratiam, quam Spiritus ſanctus ſine mora infundit. quare non tantum in quacunque hora vt dicit Ezech.18.&.33. ingemuerit peccator: ſed in quocunq; inſtanti contritus fuerit, ſtatim iuſtificabitur. quod ex Eſai.30. ſi reuertamini & quieſcatis ſalui eritis: colligunt Patres, [k] quia hæc & ſimiles conditionales ſignificãt effectum fieri ſine mora: [l] & quanuis Deus non omnibus conferat tam efficax & ſubitum auxilium, & per opportuna tempora infundat meliores inſpirationes: qui tamen laborat in extremis & vrgetur præcepto pœnitentiæ, ne irreparabiliter pereat, ſi faciat totũ quod in ſe eſt vtens præparatis auxilijs, & feruẽti oratione petat quod ſibi deeſt, [m] impetrabit donum contritionis, dum ſupereſt via & vita in tempore quantumuis breui [n] ante mortem. quod ſi ad deliberationem humanã & oẽs partes cõtritionis egeret tẽpore, vt quidam falſo putãt, [o] non eſt determinata temporis mora neceſſaria, ſed in minori ac minori temporis parte poteſt digne conuerti: ita vt nunquam viator ſit ſine remedio, & extra ſtatum ſalutis ſi pollet vſu rationis, [p] & vtatur auxilijs ac orationib⁹ prædictis. ſed re

x ſup. cap. 22. Y. Nauar.c.1.numero.42.

CAP. XXVII.

a CAiet. opuſ. de contrit. q.1.& opuſ. 27.qq.q.12. & verb. contritio.& inf. Nau.c.1.n. 23.25.DD. d.17.Durã. quæſt.4.& ſeq. Palud. q.1.Sot.q. 2.art.4.ſup. c.7.Bellar. lib.2. de pœnitentia.c. 10.11.

b Quia melioribus debetur ſecundum iuſtitiã maior gloria: D.Tho. 2.2.quæſt. 26.7.& præſertim in patria eſt hic effectus bene ordinatus, D.Tho. art.13. cum tamen art. 4. explicet, quòd appretiatiuè ex caritate plus diligo gloriam meam, quam B.Petri.

c inf. cap.28.

d colligitur de fide: dolor enim contritionis fundatur in dilectione Dei, ex Aug. dilectio vero Dei eſt appretiatiuè maior (Matth. 10. qui amat patrem aut matrem pluſquam me nõ eſt me dignus) ac ſubinde peccatum quod eſt ſummum malum, & obiectiue opponitur bono diuino in ſe ipſo, eſt ſumme deteſtandum propter Deum communis Theol.d.17.D.Tho.quæſt.2.3.1. Durand.q.4.Nauar.c.1.n.20.21.D.Tho. quodlib.1. art.9. Caiet.opuſ.4.de contrit.& opuſ. 17.q.vnic. Palud.diſt.17.quæſt.1.5. Soto quæſt. 2.4. poſt.4. conc. &. d. 18.quæſt.3. 3.Bonauen. d.16.quæſt. 1. Ledeſm. 2.p.quæſt. 2.art.3. (addit Soto ſatis eſſe, dolere de peccatis abſolute, vt ſunt offenſa Dei) Vega lib. 13.cap.25. ſatis eſt qđ nulla ratione vellet cõſenſiſſe peccato, quia eſt offenſa Dei: quia hæc eſt maxima ratio, ob quam deteſtandum eſt. ſed confeſſarius inducat amplius, vt deteſtetur ſuper omne deteſtabile in communi, cum propoſito vitandi omnia peccata ſuper omne vitabile in communi. per hoc vero non iniicitur laqueis fragili pœnitenti, ſi non deſcendatur ad particulares comparationes.

e Sup. capit.21. Tridentin. ſeſ. 6.cap.4.5. &.6.&.7.D.Thom.quæſt.85.6.&. 1.2.quæſt.112. art.3.quæſt.113.art.7.

f Sic eodem inſtanti quo Sol illuminat Lunam, Luna illuminat aerẽ & terram: quia ſine impedimẽto reſiſtẽtię. Angelus in primo inſtãti habuit & act⁹ naturales ac ſupernaturales, quibus ſe diſpoſuit, diſpoſituſque recepit gratiam, & meruit gloriam. D. Tho.1.p.q.62.a.5.& de Adam.1.p.q.95.1.ad.5.de anima Chriſti.3.p.q.34.3.& communis cũ Mag.3. d.18. vbi D.Th.a.3.Rich.a.1.q.2.Scot.Gab. Marſ. q.12.1.con. 4. nec id negare audent Palud. q.2. Palac. q.1. cum D. Grego. dum explicat Exod. 25. Suar.3. p.q.19.a.3. dub.39.§.3. Caiet. fr. Med. omnes Recent. cõtra Alex.3. p.q.16.m.2. a.1. quem videtur ſequi Bon.d.18.a. 1.q.1. Albe. ar.6. & eius diſcipul. Vdalric. putantes quod in primo inſtanti cœpit extrinſece mereri per vltimum nõ eſſe. quod Dur.q.2. dicit problema.

g D.Tho. 1.2.q.112. 2. ad.2.q. 113.7. probat Ioan. 6. omnis qui audit à Patre & didicit, venit ad me. c. 12. omnia traham ad me ipſum. Oſeæ.11. in vinculis caritatis traham te. Can.1. trahe me poſt te. Aug. tract.26. in Ioan. vbi Chryſoſt.ho.43. Aug.2.de liber.arb.c.11. ſic Eccl.c.11. facile eſt in oculis Domini ſubito honeſtare pauperem, vt Act.9. in conuerſione Pauli.& Dauid cum dixit, peccaui Domino, triplici ſyllaba obtinuit ſtatim veniam triũ peccatorum grauiſsimorum, vt ponderat Auguſt. cit. inf. c.28.T.

h ſup.c.7. Ezechiel.18.&.33. Cathari. lib.5. contra Caiet. Chryſo. libel. de reparatione lapſi. c. talis de pœnit.d.3. Leo.epiſtol.89. alias.91. ad Theodor. (quem Soto falſo citat epiſto.19.) Cæleſtin.1.epiſto.2. ad Epiſcopos Gall. Cypr.ſer. in Cœna Domini. c. agnouimus. de pœnit.d.7. de quo bene Soto.lib.2. de natura & gra.c.14.16.lib.3.c.vlt. d.17.q.2.4. ad fin. vbi literam mendoſam ſic corrige: vbi dicit per horam, lege per.16. partem horæ. vbi dicit per medietatem horæ, lege per.128. partẽ horæ. vbi dicit per quartam partem horæ, lege per 256. partem horæ. & nihil aliud oportet mutare.

i In quo errant Scot.d.14.q.2.a.2. Okam Gab.& Scot.2.d.28.q vnic.fin. Caiet. opuſ. de contrit. quos bene reprobat Med.tract.1. de pœnitentia. q.1. Nau.c.1.nu.30.

k quod citat Leo Caſtri in Eſai.30. ſi reuertamini: vbi legunt.70. cum conuerſus ingemueris ſaluaberis: & citat Cyp ia. ſer. de lapſis ad fin. epiſ.28. Hiero.to.1. epiſ. 46. ad Ruſtic. Auguſt. to.8.lib. de conflictu virtutum & vitiorum. Ambro.1.de pœnit.c.4. Pacian.epiſt.3. ad Simpronian. Tertul. de pœnitentia. c.4. vbi Pamel. Bellar. lib. 2. de pœnit. c.10.&.c.11. prop.4.

l id Ezech. 18.33. in quacunque die, vel hora. Apoca.3. ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum. Zachar.2. conuertimini ad me & conuertar. Iere. 15. ſi conuerteris, cõuertam te: vt exponũt Cæleſt.Pap.epiſt.2.c.3. Iul.1.decret.2. poſt epiſt.3. Leo epiſt.91.c.4. Chryſo.tom.3. orat. de ſancto Philogon.& tom.5. de reparatione lapſi. habentur cap. talis eſt. de pœnit. d.3. & alia apud Grat. 26. quæſt.6.

m Tridentin.ſeſ.6.c.11. Deus iubendo monet facere quod poſsis, & petere quod nõ poſsis, quæ verba ſunt Auguſt. de natura & gratia. c. penult. vide cap.16.43.& Torren. lib. 2. confeſ.c.8.§.1. Chryſoſt.hom.1. de compunct.cord. hom.39.65. ad popul. Baſil. regula breuio. quæſt.176.& tamen vt oratio impetret, eget præueniente auxilio vt ait Aug. ſup. ex Rom.8. quid oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ſpiritus poſtulat pro nobis. conc. Arauſic. 2.cap.6. Auguſt.1. retract.cap.26. Vega de iuſtifica. quæſt.8.& lib.12.c.21.

n o Nam inter vitã & primũ non eſſe hominis mediat tempus determinatum, ſi eſſet neceſſaria mora temporis, quæ ſuppleatur per intenſionem. At re uera non requiritur contra Scot.& Caiet.

p At amens aut furioſus, imo ebrius aut dormiẽs in peccato mor. non eſt ita proximè præparatus.

vera nullum tẽpus requiritur, quod ſi actus humanus temporis continuationem requirat vt quidã aiũt, [q] ſatis eſt inſtans quo primum incipit & adeſt hic contritionis actus.

5 Contritio à Patribus conſulitur vt fiat toto animi conatu & intẽſione, [r] & ex toto corde cum amaritudine & dolore parturiẽtis, & rugientis: vt ſic homo oſtendat quod quantum valet intendit compenſare Deo ad obtinendam remiſsionẽ non tãtum culpæ, ſed totius pœnæ. nec patres ſatis diſtinguunt inter dolorem appretiatiuum, & intenſiuum: [s] cum tamen reuera multum differant. nam intenſio circa idem obiectum formale & materiale ſumitur ex maiori conatu ſecundum gradus intenſionis: ſed appretiatio eſt firmior adhæſio ex meliori motiuo formali, ita vt interpretatiue fiat comparatio hæc, ſi inter duo detur optio potius deſerendum eſt quod minus appretiatur, vt dum Deus diligitur ſub ratione finis vltimi quãuis paruo & remiſſo conatu diligatur, [t] præfertur appretiatiue dilectioni cuiuſcunque creaturæ, quanuis nimis intenſo & tenero affectu diligatur. Hæc vero intenſio iuuatur ex paſsione appetitus ſenſitiui quæ tamen ad contritionem neceſſaria non eſt. [u] iuuatur item ex variis motiuis, vt mater tenerius & intenſius diligit infantem quem diu aluo continuit, cum dolore peperit & cum labore educauit, quã pater: qui tamen firmiori ratione appretiatiue diligit filium.

6 Vt contritio ſit vltima gratiæ diſpoſitio non requirit certum gradum intenſionis, [x] nec ſummum conatum voluntatis, dum abſolute elicitur à virtute pœnitentiæ, vel ex auxilio Dei. nam Deus non obligat ad rem tam difficilem, & de cuius gradu intenſiuo homini conſtare nõ poteſt. nec obligat vt homo pro quantitate auxilij cooperetur toto conatu quantum poteſt. ſed ſatis eſt ſubſtantia contritionis, quanuis cũ minima intenſione [y] fieret. ſicut gratia quantumuis remiſſa ſufficit iuſtificare totum hominem, & actus remiſſus virtutis qui fit ab homine grato, eſt meritorius augmenti gratiæ & gloriæ [z] eſſentialis, & peccatum m. licet tepide & paruo conatu fiat, deſtruit totam gratiam [a] cum caritate virtutibus & donis Spiritus ſancti infuſis. Cur ergo parua contritio non deſtruet omnia peccata? [b]

7 Non requiritur ad veram cõtritionem vt dũ fit comparatio [c] cum alijs malis, quã tamen imbecilliores facere nõ expedit, [d] ſit act⁹ cõtritio-

q [q] Greg. Arimi. de quo dictũ eſt. c. 7. ſi quando incipiat actus voluntatis per vltimum non eſſe, vt contritio, ita iuſtificatio fiet in parte temporis inadæquata.

r [r] Trid. ſeſ. 14. c. 4. ex vehementi odio peccati, & ingenti deteſtatione Ierem. 31. pone tibi amaritudines. Mich. 4. quaſi parturiens. Eſai. 59. rugiemus. Ambr. 2. de pœnit. c. 10. vehemens dolor, & ad virginẽ lapſam. c. 8. Bellar. lib. 2. de pœnit. c. 10. & 11.

s [s] Pet. Soto. de pœnit. lect. 14. putat certũ quod ſi fiat comparatio, tenetur intẽſius deteſtari peccatũ, quam quodcũque aliud malum, & ait oppoſitũ eſſe periculoſum contra Patres. qui tamẽ intenſionem ſumunt pro appretiatione, vt Adria. de pœnitentia. q. 2. quodl. 5. a. 3. innuit D. Thom. d. 17. q. 2. 3. 1. quia de ſolo dolore ſenſibili negat fore maximum. Alex. 3. p. q. 64. m. 1. a. 3. & clarius ad arg. loquitur de intenſione de quibus ſtatim.

t [t] Sic dilectio Dei dicitur intenſior. i. appretiatiue maior. Aug. 1. doct. c. 27. D. Th. 2. 2. q. 24. 6. ad. 1. ibi Bañes. Rich. d. 17. a. 2. q. 3. Sco. d. 14. q. 2. a. 2. & in. 3. d. 27. q vni. vbi Almain. Adr. ſup. Petr. Sot. lect. 15. & 17. Med. de pœnit. tract. 1. q. 5.

u [u] D. Tho. d. 17. ſup. Nau. c. 1. n. 24. Doct. ſup.

x [x] D. Th. d. 17. q. 2. 5. 3. & 1. p. q. 60. a. 5. Sot. d. 14. & d. 17. q. 2. a. 4. Led. 2. p. q. 2. a. 1. & 1. p. q. 26. a. 4. Cano rel. pœnit. p. 3. Veg. lib. 13. c. 24. 25. Nau. c. 1. n. 23. 37. & c. 11. n. 5. Bellarm. lib. 2. pœnit. cap. 11. prop. 3. Aliaco. d. 21. Victor. §. 117. Gabr. d. 14. q. 1. ar. 2. con. 5. Med. ſup. & omnes Recent.

y [y] Chryſoſt. epiſt. 5. ad Theodor. lapſum. c. talis. de pœnit. d. 3. Leo. epiſt. 89. alias. 91. & Trid. ſeſ. 14. c. 3. & 4. ſolum explicat dolorem de offenſa Dei, ex dilectione caritatis.

z [z] Trid. ſeſ. 6. can. 32. actus meretur augmentum gratiæ & gloriæ, vbi propoſitio indefinita æquiualet vniuerſali, quia. c. 16. dicit nihil amplius requiri. Arauſ. 2. can. 13. Mag. Peña & Soto Maior dicunt oppoſitum eſſe erroneum, quia videtur contra concil. & Patres ſcripturam explicãtes: & contra bonos mores à quibus diuertit homines, prob. Matt. 10. calicem aquæ. & capilli veſtri omnes numerati ſunt. Ledeſ. 1. p. q. 28. 2. Soto lib. 2. de natur. & grat. c. 17. Victor. rel. de augm. carit. dicit, Catholicus nõ eſt qui id negat. Richa. Greg. Ari. AEgid. Carthuſ. Scotus, Gabri. Capr. Alma. in. 1. d. 17. Cai. Cõrad. cũ D. Tho. 1. 2. q. 114. 8. ad. 3. vbi fr. Med. & omnes Recent. Cord lib. 1. q. 9. Bergo. concord. §. 881. Vincent. Ferrer. ſer. ſeptuageſimæ. Petrus Sot. de pœnitentia. lec. 18. quam veriſsimam ſententiam Bañes. 2. 2. q. 24. a. 6. ad. 1. reijcit contra Torrentem. & multis adductis impugnat. vid. inf. c. 33. P. R.

a [a] D. Thom. 2. 2. q. 24. a. 10. vid. Trid. ſeſ. 6. can. 19. Caſtr. verb. præceptum. hær. 1. peccatum. hær. 5. & 10. & paſsim in ſcripturis. Bellar. de bap. capit. 14. 15.

b [b] quia Rom. 5. vbi abundauit delictũ, ſuperabundat & gratia. Ezech. 18. & 33. æque minatur mortẽ peccãti, vt vitam cõuertenti ſe in quacunque hora. Eſai. 20. Iacob. 4. appropinquate Deo, & appropinquabit nobis.

c [c] Doctores ſup. X. cuius oppoſitũ tenet Petr. Sot. lec. 14. & ita putat limitandos qui dicunt generaliter requiri vt contritio ſit intenſior, nẽpe quando fit comparatio, quod etiam ſignificant Rich. d. 17. a. 1. q. 5. ad. 3 Dur. q. 4. Bon. d. 16. a. 2. q. 1.

d [d] vt quod in particulari plus doleat quã ſi vita, honor ſuus aut vxoris, vel tota res familiaris læderetur. ſup. c. 24. §. 3. Q. Nau. c. 1. n. 21. Soto. d. 17. q. 2. a. 4. monent.

e Sup.



nis intenſior quam dolor aliorum, [e] id enim eſt difficile & omnino ignotum homini, quo gradu intenſionis vnus actus alterum ſuperet. ſatis eſt vt dum fit comparatio appretiatiua, plus doleat de peccato quam de quocunque malo vt explicatum eſt. Sic enim in alijs virtutibus datur ordo appretiatiuus. [f] quare ſi culpa comparetur cum ſola pœna etiam inferni, ita vt ab inferno præſcindatur obſtinatio in culpa ſine qua infernus non eſt, potius eligenda ſit pœna aut omnino non eſſe, ad vitandam culpam. [g] deinde ſine formali comparatione contritio eſt maxima appretiatiue, dum homo de peccatis dolet abſolute vt ſunt offenſa Dei, ita vt nulla ratione vellet conſenſiſſe peccato, [h] & cum propoſito emendæ.

8 Si quis conſideret diuerſa peccata, dolor pœnitentiæ de grauiori peccato dicitur appretiatiue maior: [i] quia ſi per impoſsibile daretur, optio potius eligendum eſt leuius peccatum vt furtum quã adulterium. & dum concurrunt præcepta incompoſsibilia, aut ſcrupuloſus ligatur proplexitate conſcientiæ erroneæ quam neſcit deponere, non peccat dum ſe conformat prudenti dictamini rationis, vt eligat & libere permittat in ſe quod minus malum videtur. Si quis tamen habens firmum propoſitum non admittendi vllum peccatum m. ficto caſu optionis datæ, eligeret ex infirmitate vitare potius peccatum m. leuius, quia ſibi magis infame, quam peccatum grauius: hic præuertens ordinem ſolũ peccat venialiter, [k] quia quodlibet. m. interpretatiue includit odium & deſtructionem ipſius Dei ex affectu, habetque æqualitatẽ quandam ex parte auerſionis, [l] cũ ſit ſummum malum & dignum infinito dolore & æterna pœna: id vero in quo vnum peccatum excedit alterũ ratione conuerſionis, aut quia auerſio eſt directius contra Deum, eſt quid finitum, [m] cuius præuerſio dum minus peccatum propter grauem infamiam homo eligit potius fugere, non videtur peccatum m. quando compenſatur honeſtis cauſis.

9 Qui habet plura peccata inæqualiter grauia, non oportet magis deteſtari actu vnum quam aliud: [n] ſed ad remiſsionem ſatis eſt de omnibus dolere pro vt in re ſunt offenſa Dei: hic enim dolor videtur appretiatiuè maior eſſe de grauiori offenſa: vt qui vno actu vult finem & media, plus appretiatiue diligit finem: [o] quare dum pœnitens dicitur odio habere furtum ſuper omne deteſtabile, & proponit vitare ſuper omne vitabile, non ſequitur vt ita ſtatuat ſuper omne aliud peccatum m. ſed intelligitur vt furtum deteſtetur ſuper omne aliud malũ quod non eſt peccatũ m. 2. non licet plus dolere de grauiori peccato alieno, quã de minori proprio: ſicut nõ licet venialiter mentiri pro ſalute totius orbis: [q] implicat enim vt mẽdacium quod eſt intrinſece malum aut adulterium, mihi liceat propter bonum alienũ. licebit tamen homini qui paratus eſt facere graue malũ, conſulere vt contentus ſit potius facere quoddam minus malũ, [r] ad vitandum maius: nam id conſiliũ & electio non eſt vt malum faciat, ſed vt minus faciat, ideſt, ne iam paratus homo peccet tam grauiter, quãdo conſulens non poteſt illum amouere ab omni malo patrando. Sic qui iure ſuo vtens petijt ab vſurario parato mutuum ſub vſuris, [s] non peccat dũ ei oſtendit materiã minoris mali, permittens vt illa abutatur.

e f [e] Sup. lit. C. [f] vt ex caritate plus tenetur diligere Deum quam proximum: Cant. 4. ordinauit in me caritatẽ. D. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 1. & vlt. ex miſericordia prius tenemur parẽtibus, vxori, fratri, quã extraneis. q. 31. art. 3. ex iuſtitia creditor qui cum hypotheca prior eſt tempore, potior eſt iure. Nauar. c. 17. n. 50.

g [g] Durã. d. 17. q. 5. & de mente D. Tho. q. 2. 3. 1. ad. 4. licet Capre. 4. d. 14. q. 1. ad arg. cont. 1. con. & in. 3. d. 27. ad. 2. cont. 5. con. improbet, propter locum. D. Th. verit. q. 23.

h [h] Sot. diſt. 17. q. 2. 4. Veg. lib. 13. c. 25. Recẽt. Palu. d. 17. q. 1. a. 5. Nau. c. 1. n. 21.

i [i] Durã. d. 17. q. 4. Soto. cũ D. Th. add. q. 3. art. 3. Ledeſ. 2. p. q. 2. art. 3. quod tantũ vult Rich. ar. 1. q. 5. Victor. Mant. Gueuar. & alij Recent.

k [k] Soto. Ledeſ. a. 3. con. 7. Victor. Mant. Recẽ. ſic Adr. affirmat quod extra neceſsitatem licet plus diligere fratrem quã patrem. At ſtultũ videtur facere hanc comparationẽ: ſed abſolute doleat de omni m. quod ſi ſcrupulus & tẽtatio vexet, quid data optione præferret? ſuſpendat actũ & cõfidat de Dei auxilio, quod faciet tũc id quod debet.

l m [l] [m] D. Tho. 1. 2. q. 73. 2. DD. 2. d. 42. Durand. q. 8. Auguſt. epiſt. 19. & hær. 82. Caſtr. peccatum. hær. 8. Cicer. paradox. 4.

n [n] Soto, Ledeſ. Vict. Mant. Recent.

o p [o] D. Tho. 1. 2. q. 12. a. 4. [p] Sic qui contritionem habet de veniali, intelligitur ſuper omne malum pœnæ.

q [q] Palu. d. 17. q. 1. a. 5. Dur. q. 5. Led. Mant. Aug. cõt. mendac. ad conſentium c. 9. & lib. 1. qq. in Gen. q. 42. c. quod ait. 32. q. 7. lib. de agon. c. 30. c. nequit. 22. q. 2. lib. 1. doctri. cap. 36. D. Th. 2. 2. q. 110. a. 3. vid. Sixt. li. 5. bibl. c. 89. 107. Inno. c. ſuper eo. de vſur. Sot. d. 17. q. 2. a. 4. d. 22. q. 1. a. 4. d. 28. art. 2. d. 37. fin. Couar. 2. p. ſponſal. c. 3. §. 4. n. 5. c. alma mater. 1. p. §. 3. nu. 9. Caſtr. verbo mẽdaciũ. Cano lib. 2. de loc. c. 4.

r [r] Angel. apud Syl. matrimon. 2. §. 5. verſ. 9. Adr. quodl. 1. a. 3. ad. 8. contra. 2. p. corol quol. 3. q. 2. Caie. opuſ. in quæ dã dub. 2. 2. vbi retractat quod ſignificat. 2. 2. q. 78. art. 4. & verb. tyran n⁹. Sot. li. 6. iuſt. q. 1. 5. lib. 4. q. 7. a. 3. ſpecul. cõiug. 1. p. a. 15. dub. 5. Nau. c. 14. n. 29. 31. g. c. 24. n. 11. Hiſp. n. 14. ſignifi. Augu. 2. de adulter. coniug. c. 15. to. 6. c. ſi quod vere. 33. q. 2. Chryſ. ho. 27. ad pop. Recẽt.

s [s] Nau. c. 14. n. 31. §. 14. c. 17. n. 263. Sot. li. 6. q. 1. 5. col. 3. lib. 8. q. 2. 3. col. 1. Dur. 3. d. 37. q. 4. Palud. Ant. 2. p. tit. 1. c. 9. §. 14. in caſu quod ſcio illum aliter non mutuaturum.

CAP. XXVIII.

## CAP. XXVIII.

*Quantitas ex parte obiecti, vt ſit vniuerſalis dolor de ſingulis peccatis: ſed non requiruntur ſingulæ attritiones.*

§. 2. *Quædam attritio eſt de omnibus.*
3 *Contritio quarta haberi poteſt poſt meditata peccata aut antea.*
4 *Sed generalis contritio confuſe dicitur de ſingulis.*
5 *Qui recordatur tãtũ vnius mort. contritio generalis delet omnia.*
6 *Communiter contritio non habetur ſine præuijs attritionibus: nec amplius intendunt Patres.*

QVidam ducti apparenti autoritate Patrum Amb. a Augu. Greg. Chryſoſt. & Scholaſticorum vt B. Thom. b & quorundam aliorum, putant in lege euangelica per traditionem eccleſiæ colligi, c medium eſſe neceſſarium ad iuſtificationem ei pœnitenti qui poteſt & recordatur, vt ante generalẽ contritionem recogitet ſingulas peccatorum ſaltẽ ſpecies, & de illis habeat quaſdam pœnitudines quas attritiones vocant. alioquin aiunt non habiturum ſpeciale donum contritionis d veræ, qua conuertatur in Deum. vt ſine fide explicita Chriſti ſi eã habere poteſt, & ſine ablatione quadam impedimentorum ſibi poſſibili, non impetrabit donum contritionis quod ſi vrgente mortis articulo, e vel propter obliuionẽ non præmittantur dictæ attritiones, dilectio Dei aut ea generalis contritio remittet quidem culpas, ſed cum onere & obligatione vt poſtea cum poterit, habeat recogitationem & ſpeciales attritiones de ſingulis peccatis aut peccatorum ſpeciebus: nõ quod per eas remittãtur culpæ mortales prius iam remiſſæ, ſed vt impleatur onus præcepti poſitiui aut naturalis, ſub cuius voto contritio remiſit peccata. Sic enim remiſsis per contritionẽ peccatis tenetur ad confeſſionem, quam contritio includit in voto: & operarius recepto ſtipendio tenetur ad onus laborandi in vinea. Sed hi patres interpretandi ſunt vt propter præceptũ confeſſionis de ſingulis m. requiratur examen illorum, f quod communiter fieri ſolet cum quadam attritione peccati: & hæc dicitur de ſingulis, vt poſtea dicetur.

2 Vt attritio perfecta quæ cũ ſacramento pœnitentiæ ſufficit ad iuſtificationem non eſt de quibuſdã tantũ peccatis, ſed de omnibus mortalibus, abſq; eo vt in aliquo retineat virtualẽ affectionẽ: ita potiori iure perfecta contritio ita eſt de omnibus m. ſaltẽ cõfuſe & in vniuerſali, vt nullum excludat. 2. cõtritio non tantum nunc includit propter præceptum poſitiuum Chriſti de cõfeſſione, ſed olim includebat vt homo intellectu recogitet obligationes ꝓprij ſtatus & ſpecies præcipuas pec-

a Ambroſ. in id pſal. 37. amici mei: & iniquitatem meam annuntiabo. Aug. de ver. & falſ. pœnit. c. 9. 14. vbi loquitur in ordine ad confeſſionẽ &c. c. 17. Greg. 3. p. Paſtoral. c. 30. & ſeq. exponẽs in Thren. 3. diuiſiones aquarum, & lib. 4. mor. c. 17. lib. 8. c. 15. 16. & citat pſal. 36. cogitauides antiquos. pſ. 37. cogitaui pro peccato meo. Eſai. 38. recogitabo omnes annos meos. Chryſo. ho. 42. Matth. lib. 1. de cõpunc. cord. ad fin. & lib. 2. ad fin. to. 5. & hom. 4. de Lazar. & diuite poſt med. in id Eſai. narra. quod habes habeſ Grec. dic tu peccata tua, vt iuſtificeris, & citat. 1. Corin. 11. ſi nos ipſos di iudicarem?, ho. 9. Hebr. & ad pop. ho. 31. 41. 46. in Gen. hom. 16. & ſer. de pœnit. & conf. qui generaliter exigit pœnitentiã de ſingulis, ſine ordine ad confeſſionem.

3 De effectibus virtutis pœnitentiæ & contritionis dictum eſt capit. 13. cum de ſacramenti huius effectibus ageretur. ſed addendum eſt triplex genus operis eſſe in homine impio: mortiferum, mortuum, & mortificatum: opus mortiferum ſeu peccatum mort. pœnitentia ita omnino deſtruit, vt culpa ſemel remiſſa nunquam reuiuiſcat, niſi laro & impropio modo, per ingratitudinem aut pœnam relictam, vt ſtatim dicetur. capit. 32. item 2. opera bona quæ impius facit dicuntur mortua, nec vnquam reuiuiſcũt ad meritum gratiæ aut gloriæ, niſi ea quæ dicuntur opera Chriſti, ſup. capit. 16. & habent effectum quemdam ex opere operato. 3. operaviua & meritoria gloriæ quæ iuſtus facit ſi peccato ſi mortificẽtur, & impediatur perſona ab illorum fructu, reuiuiſcunt per pœnitentiam vt ca. 33. explicandum eſt.

## C A P. XXXII.

Patres ex Matth. 18. colligunt remiſſa peccata redire per circunſtantiam ingratitudinis quo ad culpam quandam, & per effectum pœnæ.

*§. 4. Quomodo redeant quoad culpã.*

*5 Innocentia eſt maius donũ, & tamẽ remiſsio peccati dicitur maior gratia.*

*6 Quomodo redeant quoad pœnam damni.*

*8 Pœna damni quomodo ſit maior in vno.*

*9 Redire. 3. quia temporalis pœna fit per accidens æterna. parabolam non eſſe per omnia accommodandam.*

*10 Merita quia opus ſunt Dei, aptius redeunt quam peccata.*

GRatia per pœnitentiæ virtutẽ & ſacramentum collata con-
a firmat hominem, a ſed amitti ſolet



b Mag.

per ſequens peccatũ mort.per quod Patres ex Matth. 18. colligunt redire debita, id eſt, auferri beneficia & talenta, [b] quæ homo gratis ſed inutiliter accepit.nam per peccatũ ingratitudinis homo apponit impedimentum, ne ſibi proſint infinita Chriſti beneficia, priuaturq; peccator infinito bono,id eſt,perſona Spiritus ſancti quæ animam iuſti inhabitat per gratiam [c] & per dona ipſius: (ſed longe excellẽtius vna perſona diuina eſt in alia per circuninſeſsionem, [d] quæ Græcè dicitur pericoriſis) fruſtraq; & ſine fructu facta eſt ſibi remiſsio peccatorum per gratiam, ſi relapſus incurrat nouam offenſam: [e] fruſtra per ſpecialem Dei gratiam præſeruatus eſt à multis peccatis, [f] in quæ incidiſſet ſicut & alij inciderunt.ſic Matth. 25. otioſum talentum, id eſt, magnum beneficium [g] fruſtra & inutiliter receptũ. [h] aufertur homini: quod non ex debito ſed ex gratia Deus contulerat. nec proderit peccatori allegare apud Deum ea beneficia, & quod in nomine Chriſti virtutes multas fecerit, & olim magna ſibi remiſſa fuiſſent peccata, ſi nõ habet gratiã in præſenti qua ſunt formaliter remiſſa. ſic apud homines beneficium donationis promiſſæ & manumiſsio ſeruo reuocatur ob ingratitudinem:quia conſeruatio & executio huius pendet à gratia etiam in conſeruatione..

2 Quidam Patres in Matth.18.vbi à ſeruo propter immiſericordiã crudelem erga conſeruũ dominus exigit omne debitum quod ei remiſerat exponũt [i] de quadã reditiõe peccati per ſequentẽ ingratitudinẽ, ſic rex cui ſemel remiſit crimen læſę Maieſtatis humanæ,& eccleſia ſacrũque officiũ Inquiſitionis cui cõdonauit crimen hæreſis ſiue læſæ Maieſtatis diuinę ſi relapſus ſit, quanuis oſtendat ſignũ emẽdationis non remittit punitionẽ. cæterum hæc res difficilis viſa eſt Magiſt. [k] in.4.d.22. c.2.quaſi putet ſanctos dicere quod Deus remiſsionẽ peccati non ſimpliciter cõferat ei quẽ ſcit relapſurum, deceſſurũq; in peccato,ſed ſub conditione quadã: quia ex præſciẽtia nõ imputat,& ad tẽpus tegit dũ in gratia permanſerit.ſicut dũ iudex eccleſiaſticus abſoluit ab excommunicatione ad reincidentiam:& homo iuſtus per opera meretur cõſecutionẽ glorię,ſi tamẽ in gratia deceſſerit, [l] quia conſecutio requirit perſeuerãtiam vt conditionem: & tamẽ opus iuſtũ ſimpliciter meretur gloriã, [m] & iuſto ea merces debetur ſecundum ſtatum præſentis iuſtitiæ.

3 Pro huius declaratione oportet diſtinguere in peccato, primum rationem culpę mort. qua relinquit voluntatem auerſam à Deo.ſecundo ſequitur priuatio & impedimentum beatitudinis quæ in futurum debebatur huic perſonę,pro certo tẽpore : quæ priuatio ſeu pœna damni [n] ex varijs titulis dicitur maior aut minor. 3. ſi homo propria perſonæ voluntate auerſus eſt, reſpondet damni poſitiua pœna, id eſt, triſtitia [o] ingens de carentia viſionis

[b] Mag.d.22.c.2.preſſus difficultate quomodo redeant peccata remiſſa, reliquit inſolutam. malens inquit edere micas ſub menſa dominorum (.i. Patrum ita loquentium) quàm panem huius veritatis porrigere.Videtur tamẽ dicere quod redeũt quantum ad impedimentũ: quia peccatum ſequẽs & priora peccata remiſſa impediunt receptionem gratiæ.& Mag. ſoluit argumenta contra hanc expoſitionem. 1. expoſitio Chryſo. in Matt.25.nomine talẽti intelligi nõ peccata, ſed bñficia magna:quæ non ex debito ſed gratis data ſunt; & gratis conſeruantur: ſic abſcondenti talentũ dominus abſtulit. peccator ergo priuatur fructu Incarnationis, meriti, exempli & corporis Chriſti, qđ omnibus offertur in eucharistia: dũ per peccatũ ingratus beneficijs: ponit impedimentum ne ſibi pro ſint: quaſi inutilia ſibi eſſent. [c] [d] D. Tho. 1.p.q.43. 3.colligitur Rom.5.per Spiritum ſanctum,qui datus eſt nob.vid.ſup.in procem.de ſacram.ca.1.§.3. & 6.cit.Bellar.lib.2.de Chriſto.c.5. [e] nõ quod remiſsio peccati præteriti ſit effectus pendens à futura gratia in cõſeruari,& extinguatur amiſſa gratia:ſed ad eum modum quo per nouũ impedimentum ſublato lumine,redeunt tenebræ ſimiles prioribus. [f] Aug.1.de ſpiritu & anima præſeruari à peccatis eſſe ſpecialem gratiã. [g] Chryſ.in Matt.25.& alij Patres exponunt talentũ de magnis beneficijs.cit.B. [h] quomodo id Gal.3.tanta paſsi eſtis ſine cauſa (.i.inutiliter ſine fructu) exponunt ibi, Hiero.Ambroſi.Chryſ.Theoph. Anſel.ſed clarius Theodor.& Adamus,inf.c.33.Y. [i] in Matt.18. Chryſ.Hylar.Theoph.Euthym. & ibi Abulenſ. q. 143.cum Ambr.& Leon.PP.Aug.ho. 11. de verb. Dñi habetur ca.dixit.de pænit.d.4.Aug.1.de bapt. cap.12.13. ait inde euidentiſsime colligi peccata remiſſa redire aliquo modo. & li.3.de baptiſmo. cap.13. Iuo.p.5.decret.c.21. [k] cit.B. [l] hanc conditionem expreſsit concil. Conſtantien.ſeſ. 15.art.3. & 5. Trid.ſeſſ. 6.c.16. in medio. can. 20.26.& clarius.can.32 vid.can.17. &. 23. Taper.ar. 8.p. 49. Picus Miran.apol. 2. [m] D. Tho. 1.2.q. 114.7.ad.3. vbi Caieta. fr. Medi. & Recẽt.quod fatetur Taper.ar.8. [n] pœnam dãni conſiſtere in nuda & totali priuatione beatitudinis:ac ſubinde eſſe ęqualem in pueris limbi, & alijs adultis dãnatis:tenet Bona.d.22.a.1.q.2.Dur.q.1.Palud. q.1.conc.2.nec id reprobat Capreol.q.1. ad argumenta Dur.Med.trac.1.de pœn.q.8.ad.3.Mantius dicit probabile. [o] ſed probabilius eſt triſtitiam de carentia viſionis beatæ pro peccato actuali pertinere ad pœnam damni, Victor. Ledeſm. 1. p.q. 29. 1. dub. 1. Soto.d.16.q.1.1.Viguer.c.16.§.4. verſ. 33. Doct. diſtin.50.vbi Scot.poſt tit. q. 6.§. ad.1.quæſt. ſupplem.quæſt.2.a.1.&.2. Maior. q.1. Almain. diſtinctione. 22. & in ſuis moral. capite vltim. & citat Dionyſ. Ciſtercienſ. vide Abulenſ. Matt.25. quæſtio. 639. 640. 642.& id ſequuntur Recent.

p quan-



beatæ ſibi olim debitæ. [p] 4. pœna ſenſus ex igne qui torquet ſpiritus vt inſtrumentum Dei,propter inordinatam conuerſionem voluntatis humanæ ad creaturam. 5. damnatus ſic priuatus & deſtitutus omni Dei auxilio permittitur habere voluntatem in malo obſtinatam.& qui fecit ſic mortale,ſemper in illo perſeuerat conſiderans Deum vt ſibi iratum & inimicum,& illum ſuperbe odio habet quaſi inimicum ſibi:habetque vnus voluntatem in eo malo & odio magis inordinatam quam alter qui minus peccauit.

4 Redire dicuntur peccata aliquomodo.1.quantum ad culpam ratione ingratitudinis ſequentis: quæ non mutat ſpeciem, ſed eſt circunſtantia grauans,quæ conſequitur generaliter omne peccatum mort. relapſi.præſertim vero quædam peccata [q] inducunt maiorem rationem ingratitudinis,vt peccata remiſſa dicãtur redire.nempe impia immiſericordia, & inuidia fraternæ gratiæ, Apoſtaſia fidei,& contemptus pœnitentiæ,ſeu dolor de pœnitẽtia facta. non tamẽ redit eadem numero culpa & auerſio [r] ſemel remiſſa (differunt ex diuerſa ſpecie actuum qua priuant, & ex tempore loco, & cæt.) nec vero redire poteſt de potentia Dei: [s] quippe qui autor, aut reparator peccati eſſe nõ poteſt,ſed dicitur redire auerſio quia ſuccedit alia auerſio ſimilis ei [t] quæ condonata fuerat : & reputatur eadem quia in eodem ſubiecto priuat eodem bono diuino. 2. dicitur redire ex circunſtantia ingratitudinis : quia beneficia recepta & remiſsionem peccatorum(quæ eſt in ratione gratiæ maius donum quam innocentia) fecit ſibi inutilia & fruſtra collata : & quo quis plura maioraq; beneficia receperat, vt maiora merita [x] gratiam & auxilia,eo magis ex hoc titulo augetur grauitas ingratitudinis & peccati: [y] ſic enim peccatum hominis baptizati & iuſti grauius eſt propter beneficia recepta, maioremque notitiam & facilitatem vincendi peccatum, quàm ſimile peccatum hominis infidelis, [z] & cui merces magis debetur ſi careat illa, eſt grauius damnum. [a]

5 Innocẽtia qua quis ſemper ſpeciali Dei cura & auxilio præſeruatus eſt ab omni. m. eſt donũ optabilius, diuturnius & ſecundum quantitatem beneficij maius, quam remiſſio peccati.m.in quod permiſſus eſt labi ac relabi : concediturq; perſonis magis dilectis & dignioribus. [b] quare ex hoc titulo primũ peccatum Adæ vel hominis iuſti, quo prodigit gratiam dona & innocentiam, eſt grauius quàm ſecundum peccatũ eiuſdem aut alterius peccatoris: quia iuſtus non tantũ peccat in Deũ benefactorem & præſeruatorem,ſed in ſe ipſum cum priuet ſe vita gratiæ,& propinquo actualique iure ad gloriã.ſimpliciter tamen peccator cui remiſſa ſunt multa, tenetur magis

[p] quanuis enim Paganus nunquã in ſe habuerit gratiam,habuit tamen in Adam tanquam in capite naturæ:& vere dicitur priuatus gratia,& iure ad gloriam debitam.quare peccato Pagani adulti reſpondet triſtitia pertinens ad pœnam damni. [q] D.Th. 3.p.q.88.2. &. d. 22. q. 1.vbi Doct. quæ ſententia ita eſt certa, vt oppoſitum ſit temerarium [r] commu. Doctor. nec ſemper redit æqualis culpa aut pęna (vt pote quia poſterius eſt grauius peccatum ex conuerſione : aut quia magis directe auerſio eſt voluntaria, vt odium Dei.) [s] Rich. d. 22.art. 1.q. 1. Palud. q. 1. Maior. q. 2.Sot.d.16. q. 1. 1. Ledeſm.q. 29. ſed falſo addit Soto. qđ nec de potentia abſoluta poſſet redire reatus pœnæ. imo poſſet Deus ſub ea cõditione remittere pœnam vt poſito relapſu pœna prior mandetur executioni. [t] Sic dicitur manere idẽ locus formaliter,& idem fluuius:quanuis enim ſuperficies & partes paulatim mutantur, ſed ſuccedunt ſimiles. [u] D.Thom.2.2.quæſtio. 106.&.1.2.quæſt.113.9. [x] quia hic habet potentiam proximam, & ius gloriæ de ſe magis efficax.vt ſi filius regis priuetur iure ſuccedendi in regnum,eſt in eo maior pœna: quam ſi cognatus remotior priuaretur D. Thom. 1.2.quæſt.87.4. [y] Gabriel.in ſupplemen.diſt.50.quæſt.2.art.1.& 2.&.diſt.44.quæſt.3.art.1.not.2.Maior.diſt.50. q. 2.Scot.ibi poſt titulum quæſtionis.6.§. ad primam quæſtionem ſubtiliter loquitur. quia hic cadit à maiori gratia debita in eſſe, vel à maiori rectitudine debita : atque ita dignus dicitur priuari maiori gloria,& plane ſupplem.& Scot.non ſentiunt redire idem numero peccatum : ſed peccatum ſequens, & pœnã illius grauari ex circũſtãtia ingratitudinis. [z] Diuus Thomas, 1. 2. quæſtio. 73. artic. decimo. Caſtro verb. peccatum hær. 8. cap. homo Chriſtianus. 40. d.Matth. 10 tolerabilius erit. Ioann. 19. maius peccatũ habet. ſic peccatum religioſi ex circunſtantia perſonę grauatur cæteris paribus Diuus Thomas cum Iſidor. Auguſt. epiſtol.137. de quibus Ieremiæ. 2. cõfregiſti iugum.& cap. 11. quid eſt quod dilectus meus, &cæt. [a] Vt quia aquæ magis debetur frigiditas quã terræ, ſi vtraque totaliter priuetur frigiditate, grauius damnum eſt in aqua. ita carere gloria eſt maior priuatio & grauior pœna in eo,qui receperat maiora beneficia, & maius ius gloriæ, quam in alio. quanuis in ratione negationis in omnibus damnatis ( imo & in homine in puris naturalibus) ſit æqualis.

[b] vt conceſſum eſt Angelis Beatæ Virgini, & Ioanni Baptiſtæ qua ratione donum innocentiæ præferunt Patres Cyprian.epiſtol.tertia.Hug. libr. ſecundo.ſacramen. par. 14.Diuus Thomas,ſecunda ſecundæ. quæſtione. 106. 2. Scot. diſtinctione vigeſima ſecunda, quæſtione, prima. articulo. 3. Gabriel.quæſtione prima,artic. 3. dubio primo. Alma. quæſtione prima. Bonauentura. artic. primo, quæſtio. 2. Richard. artic.ſecundo.quæſtione quinta.Carthuſ.diſtinct.23.quæſtio. vlt. Abulenſ. Matth. 18. quæſtione. 142.

c D.Th.3.p.q.88.2.ad.3.&.2.2.q.106.2.Ledeſ.q.29.2.Sot.d.16 Recent. d Th.1.2.q.113.9.cũ Auguſt.tract.72.in Ioan.ſic Rom.5.cõmendat caritatem Deus,quoniam cùm adhuc inimici eſſemus. vbi præter quantitatem doni, commẽdat quod gratis datum eſt inimico.

e Luc.21. vidua pauper plus dedit quã cæteri diuites: nempe habita proportione.

f D.Tho.3.par.q.88.4.vbi Recent. Mant. Soto maior, & alij. quia id quod addit ſup ingratitudinẽ aliorum beneficiorũ, cenſetur parũ in moralibus: præſertim quia nõ mutat ſpeciem. ſed monent Sot. Ledeſ. Victor. cũ Scot. d. 22. confitẽdam circunſt. ingratitudinis, quando poſt recens, & ingẽs beneficiũ homo relapſus eſt, quia notabiliter grauat. g ſup. §.1.C.vt de beneficio Incarnationis & paſsionis Chriſti: & quia iuſtus habet perſonã Spiritus ſancti cum gratia: & recepit ſacramentum eucharistię: & quia eſt contra ſummũ bñfactorem, qui eum infinita potentia creauit, & infinito merito & ſatisfactione ſuæ paſsionis rẽdemit.

h Hugo.lib.2.ſacramentũ.p.14.c.8. ait confidenter pronuntio, quod ſi homo voluit nec valuit confiteri,nec contẽptus ſed neceſsitas excluſit confeſsionem,in homine cõtrito ſummus ſacerdos ſupplet quod mortalis homo nõ potuit. Richar.de Sancto Victor. opuſ.de poteſtate ligã. & ſoluen. c. 14.& ſeq.& illos ſequitur Med.tracta.2.de,cõfeſsione. q. 4. de effectu abſolutionis.f.92.ſed limitat ad pœnam ſenſus. de quibus dictum eſt ſup. cap. 2.&.14.

ad gratitudinem Deo exhibendam quàm innocens: c cum ea impij iuſtificatio ſit ſummum opus Dei. d vt maior gratia eſt donare extraneo qui me offendit centum aureos,quã parenti aut fratri indigenti e mille. & impius dum iuſtificatur recipit duplex beneficium, nempe ius ad gloriam commune ſibi cum innocente, & inſuper remiſſionem culpæ qua indignus erat, vt pote contrarius Deo & beneficijs, eius quidquid tamen addit circunſtantia ingratitudinis de relapſu non videtur tã notabilis grauitas ineſſe moris vt ſit neceſſario explicanda in cõfeſsione f nam & ingratitudo eius qui primum peccat poſt innocentiam eſt alijs titulis fere æqualis, & contra infinita g quædam communia beneficia à Deo recepta.

6 Peccatum remiſſum quidam h confidenter ſic explicant redire ſequenti peccato,quantum ad effectũ pœnæ damni:vt remiſſa per contritionem culpa non remittatur pœna damni niſi ſub ea conditione,ſi non negligat ſuo tempore recipere ſacramentum abſolutionis:at huic negligenti atque ita decedenti non eſſe remiſſam pœnam æternam damni, vt qui cum poſſet nõ adimpleuerit conditionem requiſitam.id vero explicant ex ſimili de Patribus limbi, quibus aiunt remiſſa culpa manſiſſe reatum pœnæ de ſe æternæ ſub ea conditione,niſi Chriſtus facta redẽptione veniret ad liberandum illos. i quæ ſententia valde falſa eſt. i remiſsio enim pœnæ æternæ cum culpa fit ſimpliciter homini contrito, & abſque conditione pendente in futurũ: ſed cũ onere & obligatione ne ſuo tempore negligat recipere abſolutionem, cuius votum includit cõtritio. dicitur vero redire pęna dãni: quia ex ſequẽti peccato mort. ſubiectum ita priuatur eodem bono diuino quod in futurum ſperabat, vt prius priuabatur: manebitque obſtinatus in odio Dei. reatus vero pœnæ qui præſens fuit, redire dicitur ſed minus proprie, & eo modo quo de auerſione dictũ eſt,ob circunſtantiã ingratitudinis. triſtitia enim de ea priuatione beatitudinis quæ pertinet ad cõplemẽtum pœnę damni, nõ augebitur,quaſi redeat peccatũ omnino remiſſum,niſi quantum ſequẽs ingratitudo grauat peccatum.

7 Quod pœna dãni ſit maior non attẽditur principaliter ſecundũ merita prima & dignitatẽ maioris gratiæ,ex qua cecidit: k ſed quò peccata in quibus decedit ſunt plura & grauiora, eò cõpleta pœna dãni, id eſt,triſtitia de priuatione beatitudinis eſt grauior,vt oẽs Doct.affirmãt. vt priuatio vitæ ſeu mors quę videtur æqualis in omnibus, dicitur pœna grauior in viro nobili & delicato, quãdo infertur cũ inf... & varijs tormentis ob grauiora crimina, puta Sodomiæ, proditionis & hæreſis: ſic enim reus plus dolet de morte ſibi inferenda. itẽ plura & grauiora peccata priuant maiori rectitudine debita ineſſe l actibus, ꝑpter quos homo dãnatur: & ita priuatio beatitudinis in hoc dicitur maior & pluribus titulis, cauſatq; maiorẽ triſtitiã in volũtate: & ſeruatur ordo iuſtitię, quo Deus grauius peccantẽ,& priuatum maiori rectitudine debita, cui reſpondet pœna damni, punit grauiori pœna dãni & ſenſus. ex ingratitudine vero ſumitur augmentum grauitatis ſecundum quid.

8 Tandem peccatum ſemel contritione & abſolutione m remiſſum dicitur redire,quando manet reatus & obligatio ad pœnam temporalẽ: quia ſi reincidens ſic decedat, ea pœna ſenſus fit per accidens æterna n quaſi ſub ea conditione mutata fuerit in tẽporalem,ſi iuſtus illam plene ſolueret: atque ita redit pœna æterna ſenſus o debita homini ingrato,ratione culpę quę priori venia fuerat facta tẽporalis. his varijs modis dicitur redire debitum pro beneficio, vel pro culpa remiſſa: atque ita intelliguntur ſancti dũ explicãt locum Matth. 18. Nec oportet vt

i errant. 1. quia innuũt culpã remitti gratis ſine ordine ad paſsionem Chrĩ & claues. 2. quia putãt redire eandẽ.num. pœnã dãni. k nec id ſentit Scot. Gabr.& alij ſed tantũ qđ ex hac ingratitudine grauat peccatũ & pęna illi⁹. l ſic Scot. ſubtiliter.ſupra.§. 4. Y. m at in peccato ꝑ baptiſ. remiſſo quia condonat tota pęna, nõ redit hoc modo, quẽ admittit Medin. n D.Th.1.2. q.87.5.ad.3 o D.Th. ſignificat.3. p. q. 88.art.3. Med.ſup p Chryſ.



p Chryſoſ. hom. 65. in Matth. 20. Theoph. in Luc. 16. & in Ioan. 16. & præfatione in Ionam Orig. Matt. 13. Aug. li. 7. Iudic. q. 30. Martin. lib. 7. hypo. c. 1. p. 522. q Trid. ſeſſ. 5.& ſeſ. 14. r quia licet grauat hæc ingratitudo & propter venialia ſequentia priuatur homo familiaritate quadam Dei,& vberioribus auxilijs (quæ dari ſolent iuſtis feruoroſis ſupra ca.15.) ſed ea ingratitudo parũ auget culpã & pœnam. s D. Tho. 3.p.q.88. 2. ad 2. d. 22. q.1.3. Soto. Ledeſ.&alij ſup.

parabola per omnia accõmodetur, p ſed ſatis eſt vt ſeruiat principali fini,nempe quod hominis qui debitum proximo non remittit,nec miſeretur indigentis,Deus non miſerebitur nec parcet: ſed exiget vniuerſum debitum vſque ad vltimum quadrantem, quod contraxit ſequenti peccato vir ingratus beneficio Dei.

9 At merita quæ perſequẽs mort. mortificantur, durante ſtatu peccati & vt ſunt opera hominis, remoto per pœnitentiam obice reuiuiſcũt, quia ſunt opus Dei ex auxilio: ſicut & ſacramẽtum baptiſmi receptũ cum obice, ſemper de ſe acceptum eſt Deo. atque ita maiorem vim habet pœnitentia finalis vt viuificet merita mortificata, faciatque efficacia, vt propter illa detur nouus gradus gloriæ, quàm impœnitentia finalis, & ingratitudo propter quam non niſi ſecundum quid dicuntur peccata prius remiſſa redire: quia reſpectu boni Deus eſt autor, & Rom. 11. ſine pœnitentia ſunt dona Dei: ſed reſpectu mali & peccati Deus non eſt autor aut ſuſcitator, vt dictũ eſt. §.4. & quia pro culpa & pœna eius ęterna remiſſa, applicata eſt digna ſolutio ex Chriſti merito, & acceptata à Deo: ſed pro meritis nihil adhuc mercedis & glorię ſolutum eſt homini iuſto, qui proinde per pœnitentiam iuſtificatus repetit iuſte futurã mercedem meritorum. Nec per abſolutionem teguntur tantũ, aut non q imputantur peccata: q ſed vere abſoluuntur per iudicem: nec Deus vt habetur Naum. 1. iudicat bis in id ipſum peccatum: nec homo de peccato à quo bene & directe cum fructu abſolutus eſt, tenetur amplius conteri vel confiteri, ad nouam illius remiſsionem. Per peccatum veniale ſubſequens licet homo fiat aliquo r modo ingratus r beneficijs Dei, nõ s dicuntur redire s peccata prius remiſſa quoad culpam aut vllam rationem pœnæ etiam temporalis.

## CAP. XXXIII.

### Viua opera iuſti peccato mortificata reuiuiſcunt omnia per pœnitentiam.

*§. 2. Referuntur tres ſententiæ quo gradu reuiuiſcant & refutantur.*

CAP. XXXIII. IN a quo cõueniũt omnes Patres & Theolog. d. 14. de quibus infr. & colligunt ex ſacra ſcriptura. quare Palac. q. 5. conc. 1. dicit de fide. b ſup. ca. 32. A. c vt in peccatore actus fidei, ſpei, timoris, attritionis, & miraculorum, ita vt montes trãsferat. 1. Corint. 13. d D. Tho. 3. p. q. 89. 2. 6. Ledeſ. ar. 6. Sot. d. 16. q. 2. ar. 6. d. 19. q. 1. a. 5. Doct. 4. diſt. 15. Dur. q. 4. alij. d. 45. e Trid. ſeſſ. 6. c. 16. can. 32. Aug. to. 7. de gratia & libe. arb. c. 2. 4. 5. 15. 16. 17. de prædeſt. ſanctor. ca. 12. de eccleſi. dog. ca. 32. ſerm. 16. de verb. Apoſt. in Pſa. 142. Cæleſtin. papa, epiſt. ad epiſto Gall. c. 8. conc. Mileuit. cap. 3. Arauſi. 2. ca. 6. & 7. Eph. 2. credidiſtis. Dei enim donum eſt. f r. Medi. 1. 2. q. vlt. a. 4. ad. 1. & 3. Taper. ar. 7. f Doct. oẽs d. 14. D. Th. 3. p. q. 89. 5. Soto. Ledeſ. g quia ſingula peccata habẽt ꝓpriã auerſionẽ, & eſt efficax cauſa pœnę. h vt humanitati rõe vnionis cũ ꝑſona diuina debẽt gloria corporis. 2. rõe aię beatę. 3. ratiõe p̃imi meriti infiniti. 3. p. q. 19. 3. 4. p ſequẽtia merita fecit nouo tit. debitũ. D. Th. 3. p. q. 34. 3. 3. i Matth.

SIngulare eſt in virtute aut ſacramento pœnitentiæ, conferre non tantum iuſtitiam & primam gratiam impio poſt baptiſmum: ſup. cap. 13. a ſed vt viuificet opera viua, a quibus olim iuſtus gloriam promeruerat, ſi peccato ſint mortificata (vt poſſunt b mortificari b) opera enim bona quã c uis ſupernaturalia fiat & eximia, c ſi fiant ab homine impio nunquam d reuiuiſcunt d ad meritum gloriæ, e nec ad ſatisfactionis debitæ ſolutionem: quia mortua dicuntur, vt quæ nunquam ex perſona grata & caritatis vitã prodierint. beatus tamen dum ea opera à ſe olim facta conſiderat, complacere poteſt gaudio accidentali. opera vero iuſta quæ à perſona grata facta ſunt ex directione caritatis & auxilio Dei, ſunt dona e Dei e & eidem præcipue tribuenda ſunt, ſemperque manent Deo accepta, ſicut baptiſmus informiter receptus manet in conſpectu Dei acceptus, quatenus eſt opus Chriſti, vt remoto obice propter eum baptiſmũ conferatur gratia. ſic opera iuſta quibus meruit gloriam in futuro conferendam, ſi fiat de iuſto impius, dicũtur non mortua ſed ob impedimentũ perſonæ mortificata in viato f re reparabili: f quia propriã & viuificã vim merendi recuperabunt, ſi impius iuſtificetur. in eo tamen qui ad infernum dãnatus eſt non dicuntur mortificata, ſed omnino ſibi mortua, quia reparari non poſſunt.

2 Qua ratione & gradu ſuſcitentur opera meritoria per pœnitentiam, non ſatis conſtat, & variant Doct. non tam in ſenſu & ſententia, quam in modo loquendi. primum vt qui commiſit multa peccata habet auerſionẽ à Deo, & reus eſt pœ- g næ damni ex multis titulis: g ita ad honorem & gloriam Chriſti pertinet vt gloriam ſui corporis & noſtrã ſibi fecerit debitam varijs titu- h lis. h ſimiliter ad honorẽ hominis beati ſpectant multi tituli in ſacris literis & conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 16. expreſſi, ob quos gloria ſibi reſpondet. primum ex amicitia per gratiam & caritatem, quia amicorum bona ſiunt communia. & præſertim quia anima per gratiã deſpõſatur Deo. 2. per adoptionem, filius fit Rom. 8. hęres Dei Patris, & cohæres Chriſti.

3. dignus operarius Matt. 20. pro merito proprio facit ſibi debitam mercedem gloriæ, [i] quam repromiſit Deus per modum iuſti contractus. [k]

4. dum meritum Chriſti applicatur per ſacramentum participat homo etiam abſque omni actu libero, vt puer per baptiſmum, iuſtitiam formalem & meritum capitis, propter quæ debetur ſibi gloria de iuſtitia.

5. qui merita multiplicat quanuis remiſſiora ſint, [l] vel qui digne ſæpius recipit ſacramentum, multiplicat titulum gloriæ ſibi debitæ: & ijs titulis meretur gloriam etiam eſſentialem.

3 Glorioſior eſt honor ſaltem cũ accidentali gaudio, quem beatus habet, quando pluribus titulis conſequitur gloriam. [m] quod ſi merita mortificata non reuiuiſcant ad integrum gradum qui prius ſibi reſpondebat, & tamen alijs poſtea meritis eundem gradum obtineat, certe beatus eo duplici titulo priorum ac poſteriorum meritorum habebit maius gaudium accidentale. [n] at ſane in ſolo Chriſto multiplicantur ſine incremento varij tituli meritorum, ſup. §. 2. quia poſt primum meritum infinitum habere non potuit quo creſceret: & vice maioris præmij quod ei reſpondere non poteſt, ſuccedit vt nouo titulo eandem gloriam ſui corporis, & noſtram promeruerit. ſed homo iuſtus in via ſemper creſcere & proficere poteſt in gratia, & operibus nouæ gloriæ meritorijs: nec decet potentiam & liberalitatem infinitam Dei, vt pro diuerſis operibus quorum quodlibet de iuſtitia promeretur gloriam vt quatuor, retribuat tantum quatuor cum accidentali gaudio ex varijs titulis. [o]

4 Circa meritum nouæ beatitudinis in homine iuſto ſunt variæ ſententiæ. Prima aſſerit non ſolis actibus caritatis deberi augmentum gloriæ eſſentialis: ſed actibus aliarum virtutum etiam acquiſitarum, quanuis non procedant ex vi gratiæ aut ex imperio & relatione caritatis in finem ſupernaturalem. [p] At ſana doctrina ad meritum requirit, ob ſcripturæ & Patrum contra Pelag. autoritatem, vt iuſtus ex caritate referat, aut virtualiter retulerit bonum opus morale in finem ſupernaturalem. [q] ſecun-

[i] Matth. 20. voca operarios, & redde illis mercedem. vbi Chryſoſto. hom. 66. Theoph. & alij Patres. Ambroſ. 7. in Luc. cap. 66. Hieronym. 2. contra Iouin. Auguſt. de ſancta virgin. cap. 26. Grego. 4. moral. cap. 42. Trident. ſeſſ. 6. cap. 16. can. 32. D. Thom. 1.2. quæſt. vlti. art. 1. Soto. 3. de natura & gratia. c. 8. Vega de iuſtific. q. 4. 5. 7. libr. 8. in Trident. capit. 8. 10. Taper. art. 9. & 11. Bellarm. 4. de pœnitentia, capit. 8. fin. Caſtr. verb. opera. hær. 4. meritum. hær. 1. Hoſſ. inſtit. ca. 53. Perion. libr. ſecundo, topicę Theolog. [k] Triden. cap. 16. quia per promiſſionem completur debitum iuſtitiæ quoad executionem: ſecluſa enim hac Deus non tam diceretur debitor homini iuſto: vt ſeruus ſine pacto cum liberali domino non meretur præmium apud illum. quare ſcriptura ſæpe meminit promiſsionis Epheſ. 1. & 2. Timo. 2. ſic generaliter Hebr. 6. interpoſuit iuſiurandum. Bernar. ſerm. 69. 81. in cant. Auguſt. ſerm. 16. de verb. apoſto. ſerm. 151. de tempore. in Pſalm. 83. Fulgent. ad Monim. Anſel. proſolog. cap. 20. Baſil. hom. 28. ſup. Pſalm. Alger. 2. de euchariſt. cap. 7. Emiſſe. hom. 3. ſentit D. Thom. 1.2. quæſtio. 112. 3. ad. 2. Scot. 1. d. 17. quæſt. 2. 1. Gabriel. 2. diſt. 27. Marſil. 2. quæſtio. 17. art. 3. quæſtio. 18. artic. 4. Bart. in l. 1. ff. de pactis, dicit Deus ſua promiſsione obligatur. quem ſequitur Deci. ca. 1. de probat. Nauar. lib. de orat. not. 20. num. 46. [l] Caietan. & communis cum D. Thom. 1.2. quæſt. 114. 8. ad. 3. & 2.2. q. 24. 6. ad. 1. cõtra Bañes ibi de quo dictum eſt ſup. [m n] D. Thom. 3. part. quæſt. 89. 5. ad. 3. quo accidentali præmio contentus eſt Bañes. 2.2. quæſt. 24. art. 6. dub. 2. conc. 3. [o] vt bene Soto. quæſt. 2. artic. 2. Ledeſ. quæſt. 30. artic. 1. contra Bañes. [p] Soto. 3. de nat. & gratia, ca. 4. Victor. Mant. Peña. Frat. Luiſius de Granada, lib. Guia de peccadores. §. otro effecto. Vega opuſc. de iuſtif. quæſt. 14. conc. 1. Nauar. cap. inter verb. conc. 5. Corol. 23. n. 83. & addit. de orat. not. 6. nu. 14. & citat Maior. 2. d. 40. vbi Gabr. Marſil. 2. q. 17. art. 3. innuit. Diuus Thom. 1.2. q. 21. artic. 4. ad vlt. vbi Caietan. irreſolute, qui reſolutionem diſtulit in quęſt. 110. & inde reijecit in. 2.2. q. 44. vbi tamen oblitus nihil expreſsit, id eſſe probabile ſupponit fr. Med. 1.2. q. 109. ar. 2. ad. 7. ſed falſo hęc ſentẽtia tribuitur Caie. Capreol. & D. Thom. olim 2. d. 40. art. 5. & de malo. q. 2. a. 5. ad. 2. de verit. q. 14. ar. 5. ad vltim. dicenti omnem actum bonum iuſti eſſe meritorium apud Deũ: & omnem alium eſſe demeritorium: nec dari actum indifferentem. At intelligit ſaltem de merito accidentali & pręmij tẽporalis. vt peccatum. ex. 1.2. q. 114. 4. ad. 2. de pot. q. 6. ar. 9. de verit. q. 12. a. 13. & in 1. Corint. 3. lec. 2. actum virtutis acquiſitę ſecluſa directione caritatis mereri pręmium temporale. Bañes. 2.2. q. 24. ar. 6. dub. 5. fundam. 2. & rel. de augmen. carit. q. 3. f. 152. [q] colligitur ex ſcriptura (quia ratio meriti pendet ex voluntate & ordinatione Dei) 1. Corin. 13. ſine caritate nẽpe cooperante & mouente, nihil mihi prodeſt. & ideo caritati imperanti tribuit opera omnium virtutum & c. 10. omnia in gloriã Dei facite. Gal. 5. in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet: ſed fides quę per dilectionem operatur. Matth. 10. qui dederit potum aquę in nomine diſcipuli. capit. 25. quia dediſtis mihi bibere. Marc. 9. qui receperit vnum ex minimis in nomine meo. calicem aquę in nomine meo. Auguſtin. 13. confeſſ. capit. vigeſimoſexto. Trident. ſeſsio. ſexta. capit. decimo ſexto Chriſtus vt caput in membra & vitis in palmites influit, ſine cuius virtute opera Deo grata & meritoria eſſe non poſſunt. & can. 32. Mileuitan. can. 3. Arauſi. can. 9. 20. & 25. Leo epiſt. 82. Cęleſtinus Papa. epiſt. ad Epiſcopos Gallię. ca. 8. merita noſtra eſſe dona Dei, Auguſt. epiſtol. ad Paulin. & vital. fuit error Pelagij ad ſingulos actus meritorios non



da ſententia per extremum de actibus caritatis ſi ſint remiſſiores ipſo habitu, fatetur mereri vitam æternam & gloriam eſſentialem: [r] ſed falſo negat mereri in conſecutione augmentum beatiudinis eſſentialis intenſiuè. [s] Quod ita explicant: actus remiſſus de ſe meretur augmentum glorię, [t] ſed non aliter quam vt de ſe meretur augmentum gratiæ. [u] At vt gratia non dabitur, niſi viator per actum feruentem ſe diſpoſuerit: [x] ita de gloria eſſentiali (quæ reſpondet quantitati gratiæ [y] in qua homo deceſsit) non reddetur nouus & intẽſior gradus ob actus remiſſos, ſi nunquam feruẽti actu ſe diſpoſuit. [z] At quia conc. Trid. ſeſ. 6. ca. 16. & can. 32. definit (quanuis propoſitione indefinita [a]) iuſtum bonis operibus mereri augmentum gratiæ & gloriæ. nec ad conſecutionem huius requirit aliud, quam vt perſeuerans in gratia deceſſerit: fatẽtur hi Doct. iuſtum conſequi ob opera remiſſa & maius præmium formaliter (quod ob nobiliorem titulũ dici poteſt maior gloria) [b] & eſſentialem beatitudinem quæ ſit re ipſa maior extenſiue: [c] quia in verbo videt ſibi conferri glorioſius præmium ob plures titulos. ſic enim extenſiue videre in verbo plura indiuidua ad ſtatum beati pertinentia, eſt cæteris paribus maior gloria eſſentialis. [d] Nec indefinita propoſitio conc. Trident. cogit dicit, vt propter cuiuſuis virtutes actus remiſſos detur ſemper beatitudo maior intenſiue. [e]

non eſſe neceſſariam gratiam D. Tho. 1.2. quæſt. 114. artic. 4. expreſſe & facit. artic. 3. 6. 7. & 10. & 2.2. quæſt. 2. art. 5. quodlib. 5. artic. 2. & in 2. diſt. 29. artic. 4. ad. 2. diſtin. 27. quæſt. 1. art. 3. diſt. 38. q. 1. artic. 1. ad. 4. diſtin. 40. art. 5. ad. 6. & ad. 3. & in 3. diſtin. 18. artic. 5. ad 5. actus aliarum virtutum eſſe meritorios ſecundũ quod imperantur à caritate. alia loca citat Bergom. [t] concoran. §. 882. expreſſe Capreol. 2. d. 40. ad 1. contr. 2. con. Hiſpalenſ. diſtinc. 41. quæſtio. 1. articu. 3. not. 1. & 2. Doct. 2. diſt. 40. Duran. quæſt. 2. nu. 7. & ad. 1. Scot. diſtin. 41. quæſtio. vnic. lit. B. C. & quodl. 13. Bona. art. 3. q. 1. Gabr. q. vnic. art. 3. dub. 1. Richard. artic. 2. quæſt. 1. videtur Carthuſ. quæſt. 1. fi. Gabrie. 2. diſt. 29. quæſt. 1. Almain. 3. diſt. 18. quæſt. 1. princip. Marſil. 2. quæſt. 17. Caietan. 1.2. q. 114. 4. vbi fr. Med. ad. 1. & 3. dicit eſſe de fide & oppoſitum non eſſe ſanam doctrinam. & q. 109. 9. fin. Caietan. 1. part. quæſt. 63. art. 6. §. circa eandem. Ferra. 3. contra gent. cap. 110. ad. 1. Vega libr. 6. in Trid. cap. 34. ad fin. (licet opuſ. de iuſtif. quæſt. 12. & 14. innuit oppoſitum) Viguer. ca. 9. §. 3. verſ. 4. H. Cano. Gallo & alij recent. in prælect. Adrian. quodlib. 10. art. 3. ad. 4. [r] Trident. ſeſſ. 6. capit. decimo. creſcit bonis operibus in iuſtitia. capit. 16. can. 26. communis conſenſus Patrum colligit ex ſcript. quare oppoſitum Bañes d. rel. quæſt. 3. ad. 1. p. 119. damnat hæreſeos. [s] ſed Bañes. d. rel. p. 118. 129. ait quod concil. Trident. nil definit an id augmentum gloriæ quod reſpondebit operibus remiſsioribus, erit maius intenſiue: ſatis enim eſt maius extenſiue, infr. C. & citat frat. Matthiam de Paz rel. de carit. quæſt. 1. citantem Scot. 4. diſt. 21. q. 1. Marſil 4. quæſt. 20. quos ſic exponit. idem tandem Bergom. concord. §. 881. fin. & ſic exponit D. Tho. 1.2. quæſt. 114. 8. ad. 3. ſic eſt extenſio gratiæ habitualis ad nouum titulum meritorum ex pluribus actibus. [t u] quia Trident. ſeſſ. 6. cap. 16. can. 32. vtrumque coniungit. & D. Thom. 1.2. ſup. & 2.2. quæſt. 24. art. 6. ad. 1. [x] Caieta. & Conrad. cum D. Thom. 1.2. ſup. [y] Bañes rel. p. 125. probat quia ex gratia adoptionis debetur hæreditas & hinc opera habent connaturalitatem meriti: non ex ſeipſis, atque ita perfectio vitæ Chriſtianæ conſiſtit in gratia & caritate. [z a] Bañes. 2.2. quæſt. 24. 6. dub. 2. conc. 2. & d. relect. p. 131. 134. 140. ponderat quod caute Trident. ſeſſ. 6. can. 32. dicit opera mereri augmentum. ſed non dicit, reddetur augmentum: ſed reddetur conſecutio gloriæ, ſi tamen in gratia deceſſerit. quaſi ad augmentum intenſiuum inſuper requiratur, vt homo per feruentem actũ ſe diſpoſuerit ſic. p. 143. merita mortificata non redibunt ad priſtinũ gradum, niſi iuſtus in viam redeat ad priſtinã diſpoſitionem gratiæ ex qua fuerunt profecta. [b] hanc nouam ſolut. adiecit Bañes. d. rel. p. 138. 159. quod explicuit p. 100. 123. beatitudo nõ eſt correlatiuũ meriti (nam animæ Chriſti & pueris baptizatis datur ſine merito proprio) ſed præmium formaliter ſeu merces eſt correlatiuum meriti: quare in vno poteſt eſſe maius præmium reſpectiuum quam in alio in quo eſt maior beatitudo gratis data. quo modo ſtipendium æquale quod datur nobili ob res geſtas in bello, aut ob literaturam, dicitur reſpectiue maius & glorioſius præmium, quam quod datur agricolæ laboranti manibus ſuis. ſic ei qui habet plures meritorum etiam remiſſorum titulos æqualis beatitudo dicitur maius præmium formaliter, & maior gloria: quia gloria eſt clara cum laude notitia, vt aiunt Auguſt. Ambroſ. D. Thom. 1.2. quæſt. 2. artic. 3. & 2.2. q. 103. 1. ad. 3. At quia hoc incrementum eſt de ſola denominatione, addit de extenſiuo. ſup. S. [c] cit. ſup. S. [d] Bañes & Bergom. §. 881. fin. ſed communis Theolog. negat beatitudinem eſſentialem creſcere, aut maius lumen gloriæ requiri vt videat plura ſingularia eiuſdem ſpeciei, aut plures cogitationes in Verbo: qui per hoc non magis penetrat ea quæ ſunt eminenter in Deo, nec virtutem intenſiuam Dei. alias anima Chriſti quæ videt in verbo infinitas cogitationes quæ erunt per æternitatem (Diuus Thomas, tertia part. quæſtione decima, artic. tertio. cummunis cum Magiſt. 3. d. decima quarta, vbi Albert. Paludan. Capreol. Alexand. tertia parte. quæſtione decima tertia, Marſil. quæſtione decima, articulo ſecundo. Henric. quodlb. 7. quæſt. quinta Suarez. dub. 26. §. 3.) haberet eſſentialem beatitudinem infinitam.

[e] Bañes. 2.2. quæſtione vigeſima quarta, articu. ſexto. dubio. 2. concl. 2. & rel. p. 131. Atque ita putat ſe probabiliter loqui: nec ſine præſidio aliorum Doct. ſup. lit. S.

f [f] Plane ſentit D.Th. quãuis nõ tã clare expreſſerit 2.2.q.24.a.6.ad.1.&.1.2.q.114.a.8.ad.3.& in.1.d.17 q.2.a.3.in.2.d.27.a.5.ad.2.Tabu.ver.meritũ.§.62 & fateť Bergo.§.881.& Bañes.& Victor.rel.de aug mẽt.carit.ſed ij duo negãt ſentent.D.Tho.per omnia ſibi placere Bañes f dic.rel pag. 148.&159. ſed cũ D.Th. cõcordãt ſe re omnes vt Scot.4.d.22 q.vni. Rich. 2.d.16.aiũt cuilibet actui caritatis reſpõdet maior gloria: nõ tñ ſemp ſtatim maior gratia & caritas habitualis, niſi ſe amplius diſponat. ſed Nominal. vt Gabrie. & Maior. 1. d. 17. putant quolibet actu etiam remiſſo ſtatim augeri gratiam & ius glorię

g [g] in locis cit. ſup. R.

h [h] vt bene probatur in textu alias ſi ſaluantur dicta concil. & Patrũ cũ ſolo incremento extenſiuo gloriæ non eſt vnde probemus actibus intenſioribus reddi maiorem gloriam intenſiue, nam æque loquũtur de actibus caritatis intenſis & remiſsis.

5 At iuxta planam mentẽ B.Th. f & conc.Trid. g cuilibet actui caritatis etiam remiſſo reſpondebit homini, ſi in gratia deceſſerit, id quod ſimpliciter vocatur maior beatitudo h eſſentialis, nempe intenſiuè. h vt enim merces & meritum ſibi correſpondent, ita augmento meriti ſimpliciter reddet Deus incrementum prẹmij eſſentialis: & conſecutio illius eſt corona iuſtitiæ quam, vt ait Apoſtolus reddet mihi Dominus iuſtus iudex. nec ad eam conſecutionem eſt aliud impedimentum, quam opera mortificari peccato: ſecluſo autẽ peccato, & purgata omni pœna conſequetur iuſtus integrè tãtum gradum gloriæ, quantus de iuſtitia reſpondet omnibus meritis etiam remiſsis, quæ habet in hora mortis. & in quibus perſeuerans deceſsit. Nam ſi ſolum conſequeretur quantũ reſpondet vni caritatis actui, quem forte primum habuit intenſiorem, non ſolueret Deus homini, quantum de iuſtitia meruit per multos & inſignes actus totius vitæ, quos fecit remiſsiores primo. quod de Deo aſſerere, non caret temeritate & periculo contra verba planumque ſenſum conc. Trid. i & contra illud Patrum axioma Deus iuſtos & illorum omnia merita prẹmiat vltra condignum. k

6 Videtur etiã cõtra bonos mores: eſtque diuertere homines ab exercitatione bonorum operũ abſolute: l quaſi hæc in ipſa executione inutiliter fruſtrẽtur ſolito prẹmio gloriæ eſſentialis. id enim homines faceret ſocordes ad frequentãda bona opera, quæ frequenter ſolent eſſe remiſſiora in eo qui habet magnũ caritatis habitũ. cũ tamen Deus in ſcripturis ſpe prẹmij eſſentialis, quod facile poteſt ſemper augere, incitet homines in opera iuſta, vt vnuſquiſq; referat prout & quantum geſſerit in corpore: & Deus occaſiones quærit præmiorũ, cũ certus ſit exhauriri nõ poſſe theſauros ipſius, quantacũque præmia in creaturas dignas diſtribuat: atq; ita certũ eſt per quodlibet opus caritatis quãuis remiſsius habitu ſit, iuſtũ mereri augmentũ gratiæ & gloriæ. m alias deterioris eſſet cõditionis qui habẽs magnã gratiã facit actus caritatis remiſsiores, quã qui haberet paruam gratiam: cum tamen maior dignitas perſonæ ex maiori gratia augeat valorem meriti. [n] ſic enim Chriſtus ex dignitate infinita perſonæ gratæ per opus etiam leue meruit infinite.

7 Sine temeritate [o] negari non poteſt omnibus & ſingulis meritis iuſtorum dum per pœnitentiam reuiuiſcunt, deberi præmij eſſentialis gradum nouum, p præter eum qui reſpõdet quãtitati contritionis ſecundum ſe conſideratæ, per quam homo reſurgit. quod Patres

i [i] & tamen Doct. cit. ſup. lit S. putant hæc & quæ ſequũtur ſaluari de maiori beatitudine extenſiua.

k [k] quod axioma ſumunt Theolog. 4. diſt. 46. ab Auguſt enchyrid. cap. 112. lib. 21. ciuita. cap. 24. Chryſoſtom. hom. 28. ad popul. Baſil. in Pſal. 114. Bern. ſerm. 1. de amicitia. quia Pſal. 21. & ſæpe in omni opere Dei cum iuſtitia admiſcetur miſericordia vltra condignum. D.Thom. 1. part. q. 21.4.c.& ad. 1. Matth. 5. merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Lucæ. 6. menſuram bonam & ſupereffluentem dabunt. vid. Vega. de iuſtif. q. 5. ad. 2.

l [l] ſimili ratione Bañes. 2.2. quæſt. 24.6. dub. 2. ad 4. ex. 2. ordin. & d. rele. p. 154. (citans D.Th. de peccatis. art. 2. ad. 8. vbi nil ad propoſitũ dicit.) admittit quod homo per peccata remiſsiora nõ meretur nouam pœnam eſſentialem: quæ doctrina non deterret homines à peccatis ſicut expedit.

m [m] Tri. c. 16. can. 32. vid. ca. 10. & can. 24. D.Th. 1.2. q. 114. 8. ad. 3. & 2.2. q. 24. 6. ad 1. in cit. c. 27. Z. cõt. Bañes

n [n] quia meritum fundatur in morali valore, & perſona offert ſeipſam in ſuo opere. D.Th. 3. d. 30. art. 5. ad 5. in. 2. d. 29 ar. 4. quodl. 6. ar. 11. de verit. q. 12. ar. 13. facit. 1. p. q. 95. 4. & in. 1. Cor. 3. lec. 2. facit 22. q. 182. 2. ad. 1. & in Tabula B. Tho. verb. meritum. §. 81. Capreo. 4. diſtin. 49. quæſt. 2. ad argum. Scoti contra. 2. conclu. Richar. 4. diſt. 38. artic. 6. quæſt. 2. Almain. tract. 2. moral. capit. 1. Cordub. libr. 1. quæſtion. 9. Victor. Mantius, Peña. communior recent. (cõtra. fr. Med. 1. 2. quæſt. 114. 8. cum Cano. & Suarez.) ſic Chriſtus meruit infinite, quia ex gratia vnionis erat Patri infinite gratus, & Dux ex iuſtitia diſtributiua refert maiora ſpolia belli, quia perſona dignior, quã idem dum erat miles, licet æque decertet.

o [o] quia eſt contra omnes Patres etiam dum ſcripturam interpretantur. Soto. diſt. 16. quæſt. 2. artic. 5. imo Ledeſ. quæſt. 30. artic. quinto, dicit eſſe hæreticum. Bañes. 2. 2. quæſtio. 24. articu. 6. dub. 6. §. deciſio, dicit eſſe errori proximum. & tamen con. 3. deludit dicens, non dari nouum gradum gloriæ, ſed eundem nouo titulo.

p [p] D. Thom. plane. 3. part. q. 89. 5. c. & ad primum 2. clarius diſt. 14. quæſt. 2. 3. 3. Bonau. ibi in. 2. part. art. 2. quæſt. 2. Scot. 4. diſtinct. 22. quæſt. vnic. art. 2. Durand. diſtinct. decima quinta, quæſtio. 5. & in. 3. diſtinct. 31. quæſtio. 2. ad. 3. Alexand. 4. p. q. 57. m. 6. Palud. diſt. 14. q. 1. art. 3. & poſt multa. Capre. & Hiſpalenſ. diſt. 14. ad argum. & alij plurimi ſtatim

citandi



citandi. in quo mirum eſt quod Bañes. d. a. 6. dub. vlt. con. 3. dicat, non dari augmentum gloriæ ob merita quæ reuiuiſcunt. & conatur pro ſe trahere Caiet. cum D.Thom. d. q. 89. 5. ad. 3. & D. Tho. 3. d. 31. q. 1. 4. 3. ad. 4. citat etiam Palud. Bona. Alex. d. q. 57. m. 5. ad. 7. & Capr. quem dicit variare. Qui tamen plane aliud ſignificant & pro nobis ſunt.

q [q] In id Hebræ. 6. abundate in omni opere bono, ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino: non enim iniuſtus eſt De[9], vt obliuiſcatur operis veſtri. quod de operibus mortificatis (quibus ſignif. de iuſtitia deberi præmium, cum viuificantur) exponunt ibi D.Thom. Chryſoſt. Theophi. Anſel. vtraque gloſ. interlin. & ordin. habeť. c. intermittentes. de pœnitentia. d. 4. & hinc probat cum Mag. d. 22. communis Scholaſt.

videntur colligere ex ſacra ſcriptura, [q] nec aliud requirunt vt his meritis reddatur proprium præmium, quam vt gratiam recuperauerint, [r] & in gratia deceſſerint. [s] alias fruſtra & ſine cauſa, [t] tot merita & paſsiones pro Chriſto fuiſſent, ſi prẹmio & proprio fine fruſtrantur? nec ſatisfaciunt qui dicunt gloriam eſſentialem reſpondere iuxta proportionem contritionis præſentis per quam reſurgit: & ob merita quæ reuiuiſcunt dari eandem gloriam eſſentialem nouo titulo. [u] At ex ſcripturis & ſanctis colligitur dari nouum gradum gloriæ vt dictum eſt.

8 Alij per extremum [x] putant ſtatim reuiuiſcere eam totam gratiã & gloriam quæ reſpondet proprijs meritis, perinde ac ſi merita nunquam fuiſſent mortificata, quia remoto per pœnitentiam impedimento prohibente, manent opera ita accepta Deo vt prius, & præter hoc ratione præſentis contritionis reſpondet nouus gradus gratiæ & gloriæ. Nec eſſet inconueniens, [y] vt pœnitenti debeatur ſemper maior gradus gloriæ quam ante peccatum [z] deberetur. hæc tamen ſentẽtia videtur parum conſona dictis ſanctorum, [a] & occaſio ſocordiæ.

9 Tertia ſententia [b] id admittit, vt reſtauretur tota gloria quę meritis proprijs debebatur: quia fundatur in promiſsione Dei & valore operum, ſi adſit ea conditio vt homo in gratia decedat: & quia his meritis poſtquam viuificantur, debetur gloria ex iuſtitia. [c] ſed gloria quæ

r [r] Trident. ſeſsio. 6. c. 16. & citat id Heb. 6.

s [s] Trid. ſeſ. 6. c. 16. & can. 32. non requirit vt in gratia ſemper perſeuerauerit, ſed vt in gratia decedat. ſic enim concurrunt omnia, quæ Deus de lege requirit, vt his operibus reddat iuſtã retributionem ex promiſsione: ita enim decet Deum eſſe liberalem circa fragiles homines. & hinc D.Tho. q. 89. 5. ait opera mortificata habere ex pœnitentia efficaciam perducendi in vitam æternam: quod Patres colligunt ex ſcriptura Ezechiel. 18. in quacunque hora ingemuerit. & clarius. c. 33. impietas impij non nocebit ei: gloſ. in id Ioel. 2. reddam vobis annos, quos comedit bruchus & locuſta. D.Greg. d. c. intermittentes. Aug. 1. de ver. & fal. pœnit. c. 14. pium eſt credere, & noſtra fides poſtulat, vt cũ gratia Chriſti peccata deleuerit, priora etiam bona remuneret.

t [t] In quem ſenſum exponunt id Galat. 3. tanta paſsi eſtis ſine cauſa: Hiero. Amb. Theophil. ſeu Athanaſ. Theodor. Anſel. Sedul. D.Thom. Caiet. Carthuſ. Lyra. gloſ. interlin. Adamus & alij & Hieron. citat Ezechiel. 16. reſtituemini ſicut fuiſtis ab initio. & in id Ioel. 2. reddã vobis. Hierony. Theodor. gloſ. interlin. idem Hiero. in id Malach. 3. ſedebit mundans argentum Auguſt. epiſt. 54. ad Macedon.

u [u] Quod tamen contendit Bañes. d. q. 24. art. 6. dub. 6. con. 3. & quoſdam pro ſe citat ſup. lit. S. fin.

x [x] Id probabilius reputat Henric. quolib. 5. q. 24. fin. & fere Dura. d. 22. q. 1. fauet ibi Scot. q. vnic. a. 2. Adria. in. 4. de ſatisfactione. q. 2. ad 1. confirm. primi arg. Couarr. c. alma mat. 1. p. §. 4. num. 10. Cano apud Bañes, & idem tenent Pariſien. Nominales cum Maior. d. 22. q. 2. Almain. d. 14. q. 1. & tract. 2. moral. c. 14. citans Guillel. Pariſien. 2. p. tract. de ſacramento pœnit. fol. 34. Gab. d. 14. q. 3. a. 3. dub. 3. & citat Okã. 4. q. 8. & 9. Aureol. apud Capreo. d. 14. q. 2. art. 2. ibi Palac. q. 6. ad fin. poſt. 3. con. Med. C. de pœnitẽt. tract. 1. q. 8. quæ ſententia præter autores, habet bonas congruentias: & ei fauent Patres cita.

y [y] Quia quanuis ſit vtilius per accidens, feciſſe malum & reſurgere (eo quod hinc debetur ei maior gloria quã prius) honeſtius tamen eſt & optabilius perſeuerare in gratia minori, ſine indigentia pœnitentiæ: vt de dono innocentiæ dicunt Patres ſup. D. Tho. 2. 2. q. 106.

z [z] Nec obſtat quod Maior. d. 22. q. 2. hanc propoſit. (Deus ſemper vocat hominem in meliori ſtatu, quem habuit in hac vita) ait fuiſſe damnatam Pariſijs: quia ſignificat eum qui ſemel habuit gratiã, ſemper ſaluari: quod eſt error contr. Trident. ſeſ. 6. can. 17. Arauſi. can. 25. Caſtr. & Medices verb. gratia. hær. 2. Aug. apud Torren. lib. 2. conf. c. 5. §. 22.

a [a] Ledeſm. quæſt. 30. art. 2. dicit oppoſitum eſſe nouam doctrinam & apud Patres Hieron. & Chryſoſt. inauditam, qui negant reſtitui ſtatim in priſtinum gradum. At ſane d. ſententiæ Henr. & Scot. & aliorum Doct. non eſt improbabilis. quod autem Hiero. c. quicunque. de pœnitentia. d. 3. negat reſtitui: loquitur quantum ad dignitatem exteriorẽ eccleſiaſticam, vt exponit etiam D.Thom. q. 89. 3. ſimiliter Chryſoſt. in pſal. 50. aſperges me Domine. loquitur de ſpeciali auxilio & familiaritate: ad quã tepide reſurgens non ſtatim admittitur.

b [b] Scotus. d. 22. quæſt. vni. art. 2. Palu. d. 14. quæſt. 1. art. 2. Gab. d. 14. q. 3. art. 3. dub. 3. Medina tract. 1. de pœnit. q. 8. idem ſentit Maior. d. 22. quæſt. 2. Alma. quæſt. 1. Durand. q. 1. Palac. d. 14. q. 6. ad fin. poſt. 3. con. & videtur Soto. & Patres ſuper Hebrę. 6. non eſt iniuſtus Deus. cit. §. 4. T. ac ſubinde nulla gloria datur ob opera adulti, niſi propter merita ſaltem viuificata. Nam & prima contritio, qua diſpoſitiue iuſtificatus eſt, vt intelligitur formari per gratiam, eſt meritoria gloriæ de iuſtitia.

c [c] Quia Deus nemini negat id quod debetur de iuſtitia, gratia enim perſonæ videtur vt conditio ſine qua non: qua conditione per pœnitentiam poſita, ſeu remoto prohibente, opera habent efficaciã merendi ex iuſtitia.

d [d] Soto & quidam Recent tribuunt hanc ſententiam Scoto. ſi gratiã, & eius augmentum amittat, ſibi imputet qui eam receperat: at gloriã meritis reſpondentem nunquam recepit: quare remoto prohibente reddetur ſuo tempore, ſicut gratia quæ debetur ratione baptiſmi, aut abſolutionis receptæ cum obice, viuificatur ſuo tempore, remoto obice per pœnitentiã: non tamen ſi effectus ſemel datus, fuit amiſſus.

eſſet conferenda gratis abſque merito proprio, vt propter gratiam ex operato datam in ſacramento, non d recuperatur. [d] hæc alij.

## C A P. XXXIIII.

Omnia merita reuiuiſcere, nec tamen ſemper homo recuperat ſtatim priſtinum gradum gratiæ &. §. 4.

§. 3. *Quæ proportio ſit ſanctis & rationi magis conſentanea.*

5 *Datur maior gradus gratiæ quã qui reſponderet quantitati præſentis contritionis: ſed tota gratia prima datur gratis.*

CAEterum probabilius videtur merita mortificata ſuſcitari quidem omnia & ſingula per pœnitentiam. [a] primum ad nouum quendam gloriæ eſſentialis gradum præter eum qui reſpondet quantitati præſentis contritionis. 2. non ſemper iuſtum qui actu tepido reſurgit recuperare ſtatim priſtinum gradum b ingentis gratiæ & meritorium, [b] à quibus per peccatum cecidit: ac ſubinde non ſemper reſurgere ad maiorem gradum gloriæ quam eſſet ille prior gradus qui ante peccac tum ei debebatur. [c] 3. ſeruanda eſt quædam æqualitas aut proportio in ea recuperatione gratiæ & meritorum.

2 Hanc proportionem recentiores Theologi varie explicant, primũ vt qui ſummo cõnatu pro quantitate totius auxilij ſibi dati in præſenti conteritur, huic omnia merita & tota priſtina gratia ſine vlla diminu d tione quantitatis reddantur: [d] quia ab eo homine nihil amplius exigi poteſt vt ſibi remittatur cum culpis etiam ingentibus tota pœna, quam ita facere totum quod in ſe eſt: ac ſubinde omnia merita & gratia reddantur, quæ in pœnam peccati ablata aut impedita fuerant.

3 Cæterum illa proportio videtur ſanctis & rationi magis conſen e tanea, [e] vt ſi pœnitens à gratia vt mille cadens reſurgat per tepidam contritionem vt quatuor, perinde ſe habeat ac ſi ea viuificata merita quę olim ob gratiam perſonæ erant eximia, nunc profecta eſſent ex hac tantum parua gratia & caritate præſen f te, quam tepidus recuperat. [f] idem

C A P. XXXIIII.

[b] D. Thom. Nauarr. & alij. ſed eſt conditio. 14. [c] cap. 1. de pœnit. d. 6. [d] Trid. ſeſ. 14. c. 5. obli ta includi ſub alijs [e] Caiet. confeſſ. c. 2. cond. 4. D. Tho. d. 21. ar. 2. ad. 3. add. q. 6. ar. 4. Soto. d. 18. q. 2. ar. 4. Ledeſ. q. 5. ar. 4. Tabien. conf. 2. §. 11. Nau. ca. fratres. n. 27. ca. 6. nu. 12. c. 9. n. 11. c. 14. nu. 26. Pius. V. catech. Syl. confeſsio. 1. §. 8. Bona. d. 17. nã & qui tanquã certũ iurat id de quo dubitat, eſt periurus. D. Tho. 2. 2. q. 89. 1. Caieta. Sot. Syl. Nau. c. 12. n. 7. fi. [f] D. Th. Palud. Soto. q. 2. a. 2. Nau. c. 2. n. 5. Armil. confeſſ. §. 9. 22. de quo inf. cap. 13. [g] ſup. c. 2. §. 2. excepto Chriſti & eccleſiæ in fauorẽ pœnitentis vt cõfeſſarius teneatur ſigillo. ſed fieri ſecrete nõ eſt de eſſentia ſacramẽti vt ait Trident. cap. 5. [h] Nau. ca. 2. n. 5. ad fi. tunc vero abſolui poſſunt vno verbo, ego vos abſoluo, ſed prius hortetur omnes ad dolorem Soto. d. 18. q. 2. 5. Syl. confeſsio. 1. §. 20. Roſel. confeſsio. 1. 10. Tabien. confeſſ. ſacramẽtalis. 2. §. 37. Turrecre. c. quã-uis de pœnit. d. 1. Richard 17. ar. 3. q. 8. Palud. q. 2. Medin. de confeſſ. q. 19. fol. 64. Nau. ca. 8. num. 13. contra Scot. d. 17. q. 1. ar. 3. ad. 1. Gabr. q. 1. conc. 3. Angel. confeſ. 1. §. 29. qui putant conditionem ſecreti eſſe de eſſentia ſacramenti. idem Nicol. Niſſe. tract. 6. p. 3. q. 10. ad. 5. & probabile ait Richar. ſed falſum eſt cont. Trident. cap. 5. [i] Trid. ca. 5. can. 6. D. Tho. d. 16. in lit. Caiet. ad articulũ 5. Pariſien. Syl. confeſſio. 2. §. 3. Nauar. cap. 2. num. 5. [k] Caie. ver. confeſ. condit. 11. Petr. Soto. lect. 11. [l] cõmunis Theologor. Scot. d. 17. q. vnic. Richard. ar. 8. Soto. d. 18. q. 2. a. 6. col. 6. Caietan. cond. 11. Victor. §. 158. Ledeſ. q. 8. ar. 3. Cano. p. 5. Angel. confeſsio. 1. §. 32. Rainer. Recent. Mant. Gueuar. Bañes. fr. Medin. [m] vt citatũ eſt, cap. 2. §. 7. X. [n] Doctor. à princ. citati. Nau. cap. 2. num. 5. [o] ſup. lib. 1. c. 26. Caiet. opuſc. de cõtritione. q. 1. Nau. c. 1. num. 36. [p] Trid. ſeſſ. 14. ca. 4. [q] Doct. ſup. Nauar. etiã ca. 21. n. 33. eſſe de conſilio. [r] ſup.

& integre confiteri: [b] ſed fortis fidat ſacerdoti, qui vice Dei audit, & tenetur arctiſsimo ſigilli ſecreto. confitentem non deterreat confeſſarius aſpero verbo, ſed excitet confidentiam illius, docens quod ea verecundia nimis iuuet in ſatisfactionem. [c]

7 Conditio. 10. integra omnium mortalium cum neceſſarijs circunſtantijs, quæ fecit poſt baptiſmum: ſub quibus includuntur etiam illa, quorum poſt factam diligentiã oblitus eſt, [d] vel ſi inculpata ignorantia iuris aut facti non agnoſcit fuiſſe peccata: vel ſi quid propter vitandum periculum nocumenti, iure concedente ſileat. dubia proferat dubiè, [e] certa vero certò. ſi deſit integritas ſcienter & ſine cauſa, non eſt confeſsio, ſed eſt iteranda. [f] licebit tamen, Epiſcopo aut Pontificis Pœnitentiario negotijs diſtricto audire ſola reſeruata, & ab illis tantũ abſoluere: infr. lib. 3. de pœnitentia, cap. 14. quia cenſetur integra, dum pœnitens ex parte ſua vellet omnia eidem confiteri, & quia contrahit onus cõfitendi hæc ipſa (quãuis abſoluta ſint) cum reliquis peccatis, quę habet, vni confeſſario. Quę cauſæ excuſent ab integritate, dicentur cap. 12. & ſup. lib. 1. cap. 28.

8 Conditio. 11. ſecreta, ne fiat coram alijs: [g] auricularis enim confeſsio, quæ fit vni tantum ſacerdoti ſub ſecreto, eſt etiam quantum ad hunc modum, à Chriſto inſtituta, ſup. cap. 2. §. 2. excuſat ab hoc præcepto defectus ſecreti: vt ſi putet reuelandam eius confeſsionem: vel qui non niſi per interpretem, ſup. cap. 2. §. 6. & coram alijs in procellæ aut peſtis tempore [h] confiteri poteſt deſeretis. Nec vnquam (ſecluſo caſu reſeruato) tenetur vnus eadem peccata confiteri duobus ſacerdotibus: ſup. cap. 2. §. 8. nec duo aut plures ſimul ſe audientes, confiteri vni ſacerdoti. non prohibuit tamẽ Chriſtus, quin peccata præſertim publica, poſſet ex cauſa pœnitens publicè confiteri: [i] at in mortis articulo vtatur ſecuriori remedio confeſsionis coram alio, quando confiteri non poſſet niſi per interpretẽ, vel alijs audientibus. 2. per ſcriptum confiteri præſenti ſacerdoti vix vllus tenetur, ſup. ca. 2. §. 5. quia periculum eſt vt amiſſa papyro legãtur ſcripta peccata. mutus tamen qui nouit ſcribere, debet per ſcriptum cõfiteri ſub ea cautela, vt in vna papyro referat numerum, in alia habeat ſcriptas ſpecies [k] peccatorum. 3. ſi forte confeſsio per literas aut nuntium facta ſit abſenti ſacerdoti, abſolutio tamen impendi non poteſt ſcripto, ſed verborum forma prolata, & pœnitenti præſenti. [l] quanuis quidam Doct. putant valere ſi ex cauſa abſoluatur abſens à peccatis, [m] ſicut abſens abſolui poteſt ab excommunicatione: & matrimonium (cuius materia verbis, aut literis exprimitur) fieri poteſt per ſcriptum & paranymphum inter abſentes, dũmodo adſit parochus cum teſtibus, quando ſecundus ſe tradit & acceptat mutuo abſentis cõſenſum.

9 Conditio. 12. Lachrymabilis, id eſt, cum cõtritione aut dolore præteritorum: [n] ſaltem illo, qui ad cõfeſsionem informem ſufficiat, infr. capit. 11. cum propoſito emendandi vitam. quæ conditio eſt neceſſaria, alias eſſet confeſsio impœnitentium, [o] & iteranda. confeſsio tamen informis ſine dolore legitimo ſatisfacit præcepto, & reuiuiſcit remoto obice: ſed quędam attritio nota ſi excludat voluntatem peccandi, ſatis eſt ad fructum ſacramenti cum abſolutione coniuncta. [p] 3. Dum Patres de maiori peccato exigunt maiorẽm contritionem, & multas lachrymas, ſup. lib. 1. de pœnitentia, cap. 27. intelligunt, vt ſufficiat remittere totam pœnam: minima tamen contritio vel cũ ſacramento debita attritio tollet omnem culpã mort. 13. accelerata eſt vtilis, [q] vt ſtatim homo exeat à periculo moriendi in peccato: & vt bona opera ſint meritoria. ſatis tamen eſt contritio (quæ implicite includit votum



[r] ſup. §. 7. R. Nauar. ca. fratres. nu. 101. Caietan. [s] Archiepiſcopus Granatenſ. Guer. poſt conſultationem cum viris doctis. [t] non eſt de neceſsitate niſi vt animo accuſandi ſe coram iudice proferat peccata Nauar. Caietan. Soto, & alij ſup. [u] [x] ſic eſt de neceſsitate ſacramenti: quia confeſſarius ex claue poteſt ligare ſua ſententia Trid. ſeſſ. 14. cap. 8. can. 15. ſup. lib. 1. capit. 18.

confitendi) dum non vrget tempus præcepti. 2. antepoſitum præceptum eccleſiæ, ea acceleratio erat neceſſaria, ne peccator decederet abſq; confeſsione, ſup. lib. 1. de pœnitentia. c. 4. aut ne lapſu temporis obliuiſceretur multorum mortalium, præſertim obligantium reſtituere & ſatiſfacere proximo, vt li. 1. de pœnitentia. ca. 2. & 3. dictum eſt.

10 Conditio. 14. fortis, ne timore aut prauo pudore omittat confiteri neceſſaria, quæ vt dictum eſt [r] pertinet ad integritatem. tenetur vero confeſſarius breui & ſufficienti interrogatorio inſufficientiam pœnitentis iuuare, dum opus eſt vt integrè fateatur, & præ pudore nihil omittat: & rite doleat ac ſatisfaciat. 2. ſi pœnitens recto decalogi ordine dixit ſponte ſingula, cum numero, circunſtantijs & ſigno doloris: excuſatur confeſſarius ab affirmatiuo, & ſuaui præcepto interrogandi. Si tamen ex modo confeſsionis aduertat, non ſatis diſcuſſiſſe conſcientiã, nec expediat ob temporis anguſtias dimittere, vt diutius recogitet, ſupplere debet interrogans, non ſingula inquæ homines cadere poſſunt, nec ea quæ ſunt præter pœnitentis ſtatũ: ſed quæ pro ratione perſonæ, temporis & loci coniectat communiter homines eius ſtatus facere ſolitos. 3. Ruſtici etiam moniti nihil præmeditati nouerunt, ſed groſſo modo ſine certo numero aut diſcuſsione confitentur bona fide: qui cogendi non ſunt repetere confeſsiones [s] ſic factas cum indocto parocho: quia cum hi habeant vniformem vitæ modum, & extra ordinarijs vitijs ac negotijs non ſint aſſueti, ex his quæ fatentur ſe vna hebdomada aut menſe feciſſe, facile cõiectat expertus confeſſarius, quantum toto anno peccauerint, prout requiritur ad rectum iudicium, & remedium peccatorum.

11 Cõditio. 15. accuſans ſe ſerio, ſibi imputans peccata nõ ſocijs, aut dæmoni: [t] nec prætexat excuſationes, ob quas quæ certo nouit fuiſſe mortifera, appareant dubia aut venialia. hinc oportet vt tanquam reus ſiſtatur coram legitimo iudice habente in illum, & in omnia eius peccata poteſtatem & iuriſdictionem non impeditam. 16. parère parata. [u] vt facile obediat monitis confeſſarij, & acceptet cum animo implendi, dignas pœnitentias claue non errante impoſitas: ad quarum acceptationem ligat authoritate Chriſti confeſſarius. [x]

## CAP. IIII.

Has. 16. conditiones reduci ad tres. 1. vt ſit vera. 2. integra. 3. dolens.

*§. 2. Integra. ſed multæ cauſæ excuſant ab integritate inf. cap. 12.*

3 *Quando dubitat an ſit mortale, tenetur confiteri: niſi dubium deponat.*

Ex his omnibus colligitur triplex conditio [a] neceſſaria ex parte pœnitentis, fidelis integra, & lachrymabilis. 1. dolens & cum vero propoſito: quæ includuntur in vna accuſatione ſacramentali. [b] ad quas reliquæ reduci poſſunt. 1. vt confeſsio ſit fidelis, id eſt, vera ne excedat numerum, [c] quem certo nouit: nec ſibi imponat mendaciter peccatum mort. quod non fecit. [d] ad hanc pertinet. 1. 3. & 4. 6. 7. & 15. conditio.

2 At in foro exteriori ſi reus timore acerbæ pœnæ ſe falſo infamet, non videtur mort. [e] quia eſt Dominus famæ. & ſicut in tali foro, mendacio veniali decipiens iudicem ſine iuramento non peccat. mort. [f] ita in iudicio confeſsionis non peccat mort. 1. qui mentitur in re ad confeſsionem non pertinente: [g] niſi mendacium eſſet pernicioſum. 2. ſi cõfeſſario rogãti de peccatis quibuſdam venialibus aut de quodã. m. alias rite abſoluto, neget ſe feciſſe. [h] nec mentitur reus qui illegitime rogatus negat. [i] 3. nec

CAP. IIII. [a] Soto. d. 18. q. 2. ar. 2. & alij cit. cap. 3. A. [b] quia cum hoc ſacramẽtũ miniſtretur per modum iudicij, oportet vt reus habeat vicem accuſatoris & teſtis. cui pro ſe & contra ſe creditur. [c] niſi excuſetur ex ignorãtia aut ſcrupulo, dũ vult ita ſe plene explicare, vt potius agat cõtra ſe, quam vt ſit diminutus. Caietan. verbo. conf. cõd. 4. Syl. Nauar. Soto. Petr. Sot. Ledeſ. Victor. [d] quia decipit iudicẽ in re graui. Sot. Ledeſ. q. 8. a. 3. Caietan. verb. cõfeſsio cõd. vlt. & 2. 2. q. 69. art. 1. Victor. §. 130. Petr. Soto. lect. 10. fi. Syl. cõfeſsio. 1. §. 8. Nau. c. 2. n. 5. c. 21. n. 37. c. 22. n. 38. quod plane ſentiunt Palu. d. 21. q. 2. a. 3. cõc. 1. n. 12. Rich. Bon. d. 17. q. vlt. [e] Nau. c. 18. nu. 27. 29. [f] Sot. rel. ſecr. memb. 2. q. 7. conc. 2. lib. 5. iuſt. q. 6. ar. 2. fi. Cord. caſ. 6. Cou. 1. Var. cap. 1. prin. Ledeſ. q. 8. a. 3. dubio. 4. fr. Medi. lib. 1. inſtr. ca. 14. §. 35. Nau. ca. 18. nu. 3. ad fi. vid. c. 25. nu. 35. 40. cont. Caiet. cui nõ fauet D. Th. 2. 2. q. 69. 1. ad. 3 quia ſolum intendit eſſe mort. ex genere in re graui, vt ſubdit. q. 70 art. 4. [g] vt rogatus de nomine, patria, parentibus: an ſit diues aut pulchra. Syl. confeſ. 1. §. fi. Nau. cap. 21. nu. 37. cap. fratres. nu. 13. frat. Medin. Soto. Ledeſ. & fatetur Caieta. 2. 2. quæſt. 69. 2. & verbo. confeſſio. cond. 4. addit. Sylueſt. §. 9. Angel. confeſſio. 1. §. 6. non peccat negans aliquid, ex quo ſibi aut alteri timet periculum, quia iudex hic non legitime rogat. [h] [i] Soto. Ledeſm. Sylueſt. §. nono. Angel. Nauar. c. 18. n. 38.

peccat mort.ſi confiteatur aliquod, veniale,quod non fecit. k niſi dũ non ſubijcit aliam veram materiã, l & ob id fruſtratur vim ſacri. hic enim vult abſolui à peccato quod non habet. m 4. ſi actus ſonat peccatum mort.& tamen ex circunſtantia excuſatur, vt quia fœmina fuit per vim oppreſſa, tenetur explicare. n interdũ excuſatur pœnitens, ſi fatetur peccatum mort.& permittit decipi confeſſarium in eo quod putet fuiſſe grauius: vt monialis corrupta quæ confitetur turpem conſenſum ei qui ex habitu reputat virginem, vt dicetur ca.8.§.2.

3 Conditio. 2.neceſſaria vt ſit per ſe integra. o quod requiritur ex neceſsitate præcepti diuini & ſacramenti: p præcedente diligenti præ meditatione, vt in vnaquaque ſpecie morali (quæ ſumitur ex proprio obiecto vel ex circũſtantia ſpeciem mutante mort.) referat probabilem numerum. q alias ſcienter deficiẽs peccat contra neceſſariam integritatem. r ad hanc reducitur conditio.3.5.10.11.14. conditio. 3. vt ſit lachrymabilis,id eſt,habeat formalem dolorẽ, s cum propoſito emendæ, & implendi iniunctã pœnitentiam. t ad hanc reducitur conditio 2.8.9.12.16.

4 Integra omnium mortaliũ extenditur ad occultiſsima u etiam peccata externa,aut quæ ſunt ſolius cogitationis, x & conſenſus voluntatis,in qua primum reſidet libertas

k Soto.rel.ſup.&.diſt.18.quæſt.2.ar.4. Victor.§.132.Petr.Soto.de conf.lect.10.ad fin.frat. Medin. ſupra. Adrian.de conf.quæſt.5.dub.5.Sylueſt.§.8. Angel.§.6.7.Palac.d.21.ad fin recent. l m ſic limitandi ſunt D.Thom.add.quæſt.6.art.4.Palud. diſtin.21.q.2.art.3.cõc.1.num.12. Anton.3.p.tit.13.cap.18.§.8.Ledeſ.dub.4. Arm. confeſsio.§.5. ſic explicat Nauar.cap. fratres.nu.13.& quod Caietan.dixit.2.2.q.69.1.ſe exponit verb. cõfeſsio.cõdit.4.& vlt. Ledeſ. dub.1. Soto. ſic etiam Doct. qui non diſtingũt de falſo(quod ſibi imponit)veniali aut mortali vt Palud.ſed Richard.diſtinct.21.art.3. quæſt.4.tantum dicit eſſe peccatum. Bonau.artic.2.queſt.2.dicit per id mendacium perdi meritum confeſsionis.nempe ex opere operantis tantum.nec eſt ſimile ſiquis cũ hoſtijs panis triticei apponat ſimul hoſtiam ordeaceam , & omnes intendit conſecrare. nam ſi ſacerdos id nouit peccat.at confeſſarius nõ intendit abſoluere niſi à veris peccatis. quod ſi in re parua decipiatur eſt per accidens & abſque ſacramenti præiudicio. n Naua .ca.6.n.6. ſi. vt ſi occidit ſed pro neceſſaria vitæ aut honoris defenſione,aut ſi furatus eſt in extrema neceſsitate.Bon. diſt.17.artic.vlt.quæſt.5.Gabriel.artic.2.concl. 4. Victor.§.162.Cano.part. 5. Soto.Syluest.confeſsio.1.§.15. o ſub conditione integritatis comprehenduntur omnes conditiones concil. Conſtan. ſeſſ. 8. in Bulla Martin.V.Compluten.contra Petrum Oxomen. approbatum per Sixtum. IIII. habetur in ſumma concil. Trident.ſeſſ.14.capit.5. & can.7.&.8.Caſtro verb. confeſsio Vvaldenſ. de ſacram.cap.135.Taper.art.3.Roſen.art. 8. Petrus Soto.de confeſſ.lect.9.&.10. Lindan. libr. 4 capit. 55.Caniſ.tit.de pœnitentia.quæſt.5.&.6.Ayal.de tradit.3.par.Bellarm.lib.3.de confeſſ.cap.5.probat ex concil.& cap. ſequen. ex Patribus & cap. 11. & paulo poſt.ex Tertullian.Orig.Clem.Cypria.Hieronym. Ambroſ. Auguſtin. Leo. Pacian. Gregor. Niſſen. Latom. de confeſſ.contra Oecolamp.Pighius de confeſſ.contra Eraſm.Diuus Thomas. add. quæſt.9.artic.2.Ledeſ.quæſtio.8.artic.2.Doct.diſt. 17.ibi D.Thom.quæſt.3. Scot. quæſt.vnic.artic.2. Palac.quæſt.7,imo in ordine quæſt.8.Palud. quæſt. 5.Gabriel.Marſil.quæſt.12.artic.1.Alexan.4.par. quæſt.18.alias.quæſt.77.memb.4.artic.4.Caietan. tom.1.opuſc.5.quæſt.3.&.5.Med.q. de integritate confeſſ.quæſt.68.Durand.quæſt.15.Adrian.quæſt. 4. de confeſſ. Cano. relect. de pœnitentia.part. 1. Angles in flor. Theolog. Victor. §. 159. Vega. lib. decimo tertio, in Trident. cap. 31. Nauar. ca. 9. num. 11. &.§. cautus Turrecrema.cap.conſideret. §.dolendum.de pœnitentia.diſtinct.5.ſummiſtæ verbo. cõfeſsio. Soto. diſtinct. 18. quæſt. 2.artic.3.& 5. ait oppoſitum eſſe hereticũ. falſo tamen id tribuit Vviclef. cum de eo nihil tale referat Vvaldenſ. ca. 135. p colligitur Ioann. 20. quorũ remiſeritis. vbi indefinita æquiualet vniuerſali Tridentin. cap. quinto , & conſtat ex tradit. eccleſ. quod oportet omnia peccata mort. ſubijci clauibus eccleſiæ. q r infra.cap.quinto.§.8.Soto.quæſt.2.artic. 4. concil. Trident. cap. 5. can. 7. Florent. Lateran. capit. omnis. quia confeſſarius vice Chriſti facit iudicium de tota conſcientia hominis baptizati. in quo differt à pœnitentia adulti ante baptiſmum quàm ſatis eſt eſſe de peccatis in genere Trident.ſeſſ.14.capit.ſecundo.Nauar.capit.ſexto. num.13.Syluest.confeſsio. 1. §. 11. Angel. §. 23. Cano.part.5.Caietan.opuſc.de confeſſ. quæſtio. 3. Victor.§.178.193.frat.Medin.lib.1.cap.9.§.2. s Nauar.capit.primo.num.37.capit. nono. num. 10.capit.fratres.num.37.Caieta.de confeſſ. quæſt. tertia. Syluest. confeſsio. 1. §.2.Petrus Soto. lect. 11. Ledeſ.queſt. 8. artic. primo.dubio.tertio. Soto.diſtinct.18.queſtio.tertia,artic.ſecundo,ad tertium.Cou.cap.Alm.prima. part. §. 4. num.decimo tertio.Victor.§.149.Cano.part.quinta.fr. Medin. & ex antiquis Diuus Thomas.diſtinct.17.quæſtio. tertia,quarta.1.Richard.artic. ſecundo, quæſtione octaua.ad quintum.Bonauentura ſecunda par. artic.ſecundo,quæſtio.tertia.Paludan. quæſtio. octaua, & Recent Theolog. Syluest. conf.1.§.21.Angel. conf. 1. §. 29. cum Diuo Thoma quolibeto. 4. quæſt. 10. t Tridentin. ſeſsio. 14. capit. 8. can. 15. u x Tridentin. capit. quinto. can. 7. Clemens epiſtol. prima, ad fin. ex Doctrina Petri Apoſtoli.Tertullian.de pœnitentia, capit. 12. vbi Pamel. Gregor. Niſſen. orat. ad eos qui durius alios iudicant Origen. homil. 8. in Leuit. Pacian, pareneſi de pænitentia Clemens lib.8.conſtit.Apoſtol. cap. 8. lib. 2. capit. 18. vtrobique Turrian. Leo epiſtol. 78. alias. 80. Hieronym.in eccleſ. 10. ſi momorderit. Auguſt. de ver.& falſ.pænitẽn.cap. 8. &.15.hom.49.ex.50.alios affert Bellarm.lib.3. cap.6.vſque.10.

y D.



& formale peccatum. y non ſatis eſt confiteri conſenſum, ſed ſimul opera externa. z nam iniuſtitia cõtra proximum in decalogo prohibetur primum & præcipue in operibus externis. 5. tenetur peccata etiã publica confiteri, a & quæ alias erant ſacerdoti nota, vt in eo foro fiant huic nota tanquam iudici, cum qualitate intentionis, & propoſito emendæ omnia confitenda ſunt vni ſacerdoti. b nec licet ex verecundia diuidere, vt quædam dicat vni, reliqua alteri: quia vt vnum mort. remitti non poteſt abſque alijs m. c & vna contritio extenditur ad omnia, ita Chriſtus ob congruẽtes rationes d inſtituit integram vni fieri confeſsionem: & qui ſponte ſine cauſa excuſante dimidiat, irritam facit confeſsionem, e & tenetur illam integrè repetere: niſi eidem cõfeſſario repeteret: f q ſi epiſcopo occupato confeſſus eſt tantum reſeruata, tenetur hæc ſimul cũ reliquis confiteri vni ſacerdoti. Sic enim ex omnium concurſu iudicabit confeſſarius quem, quando & quomodo ligare aut ſoluere debeat. quæ cauſæ excuſent ab hac integritate dicentur poſtea. g

5 Si de peccato probabiliter dubitet fuiſſe mort. tenetur illud confiteri ita dubie h ſicut nouit: quia alias exponet ſe probabili dimidiãdi confeſsionem periculo; quod tamen facile & ſine damno ſuo vitare poteſt: in foro tamen externo nõ tenetur in dubio confiteri crimen iudici interroganti: i quia in dubijs quæ vergunt in ſui præiudiciũ, melior eſt conditio poſsidentis bonam famam. ſi tamen deponat dubiũ practicè (dum pœnitens per rationes aut conſultationem ſapientis æquè probabiliter opinatur nõ fuiſſe mort.) excuſari poteſt à præcepto confeſſionis: k ſed in mortis articulo deberet in dubio conteri: l quia opinio probabilis licet excuſet à violatione præcepti, non tamen ſupplet medium neceſſarium remiſsioni huius peccati, ſi forte fuit mort.

## C A P. V.

### Examen conſcientiæ obligat ratione integritatis, vt declaretur ſpecies, numerus & circunſtantiæ.

§.2. *Quomodo in ijs iuuandus ſit pœnitens.*

3 *Quando ſpecies cenſeatur vna in genere moris vt adulterium; vel ſi tempore continuetur, quanuis varientur actus exteriores &c. §. vbi quando dicatur interrumpi.*

4 *Quando ſit duplicata ſpecies. ſi oblitus eſt circunſtantiæ quomodo repetenda.*

6 *Facilius interrumpitur peccatum internum.*

7 *Cur in confeſsione ſint exprimenda opera externa.*

8 *Numeri expreſsio pertinet ad integritatem. quomodo meretrix dicet numerum.*

IVre diuino tenetur pœnitens pro ſtatus ſui & negotiorum qualitatẽ, præmittere debitam & diligentem conſcientiæ diſcuſſionem: a ſine quo medio nõ poſſet vir varijs

y D.Thom. 1.2.quæſt.74.1.&.2. z infr.c.6. a Cano.p.5.Sylu.confeſsio.1.§.3.Tabien. §.7. §.29.ſ. D.Thom.d.17.q.3.a.1.ad.1.add.q.7.a.ad 1. Rich.ar.3.q.4.Soto.d.18.q.3. ſentit Nauar. ca.8.nu.1.ii.Med.q.de confeſsione celanda.f.114. Ledeſ.q.10.ar.1.dub.ſi. Recen. Sebaſtian. Sapia. add.ad Pan.ca.omnis.cont. Petrũ Romiſium hæret. b Aug.de vera & falſa pænitentia. cap. 12. ca.omnis vtriuſque ſexus & ſignificat Trid. cap. 5. omnia quorum memoriã habet. concil. Flor. materia eſt confeſsio integra eſt certa & cõmunis ſentẽtia Nauar.ca. conſideret. nũ. 4. ꝓpter bonas cõgruẽtias D.Tho. d.17.Palud. Dur.Adria. quare habẽs reſeruata tenetur vrgente præcepto cõfiteri inferiori omnia etiã reſeruata. c & tamen de vna excõmunicatione abſque alijs poteſt abſolui capit.cum pro cauſa de ſententia excommun. d de quibus rationibus D. Tho.d.17.q.3.4.Dur.q.5.Adrian.q.5.Soto.d. 18. q.2.ar.5.Petrus Soto lectione.9.Cano.p.5.fol.74. Bellar.lib.3.ca.12. quę rationes ſunt congruentiæ explicantes id quod frequẽter cõtingit.quare male Med.de confeſſ.q.8.fol.51. impugnat has rationes quaſi non conuincant. e de fide ex concil.Flor. materia eſt confeſsio omnium quæ memoriæ occurrunt Trid.c.5.qui ſcienter aliqua reticent,nihil diuinæ bonitati per ſacerdotes remittendũ proponit nẽpe quia in ipſa confeſsione ſciẽter peccat cõtra illã, & id peccatum non explicat: cõmunis d.17. alij d.18. f Nau.c.9.n.16.Caiet.confeſsio.c.3. Anto.3.p.tit.14.c.19.§.4.Syl.confeſsio.1.§.3. Palud.d.17.q.6.Rich.a.2.q.8.arg.4.cum ſolut. Medi. & citat Adr. q.4.de confeſſ.§.ſi pectas. Baptiſta verb. confeſsio. §.8. Angel.confeſ.1.§.13. g inf.c.12. h ſup.c.3.§.7.Tap. i cõmunis Doct.inf. k fatetur Sylu.ſup.& quidam Recent. quod tamen ſine cauſa negat Nau.c.9.n. 14.& in ſimili c.27.nu.193.ad fin. l Nau.c.12.nu.26.ſi.ca.9.n.14.cap.14.n.26.cũ Bon.d.17.p.3.a.2.q.1 D.Tho.q.3.a.d.21.q.2.3.ad 3. Richar.d.16.a.5.q.2. Palud.d.21.q.2.ſi.Soto.d.18.q.2.4. Med.de confeſ.q.28.de confeſ.facta confeſſario prauo.f.75. Victo.§.10. Syl.confeſſ.2.§.2.Tab.§.11.frat. Alexand.libro.2.titulo quarto ad fin.

C A P. V.

a Trid. ſeſſ.14.c.5 nihil aliud requiri à pœnitente quã vt poſtquam diligenter ſe excuſſerit can.7.peccata mort.quorũ memoria cum debita & diligẽti præmeditatione habetur.D. Th.d.17.in expoſit.lite.Sot.d.18.q.2.4.ad vlt.&.q.3.a.2.verſ. at vero.ar.3.poſt.conc.3.Victor.§.178. Ledeſ.2.p. q.5.ar.5.q.6.1.q.8.1.dub.1.Cano.relect. de pænit. p.4.Petr.Soto.de confeſſ.lect.10.Sylu.confeſsio.1. §.3.Nau.c.9.n.13.c.fratres.n.72.Roſen.& Taper. art.

art.5.Caiet.verb confeſsio.cond.10.& tom.1.tract.5.opuſ.de confeſſ.q.3.ad.1.fr.Med.lib.1.ca.13.lib.2.ca.7.fr.Alexan.li.4.tit.1.ca.3.Nauar.ca.21.nu.35.Adria.de confeſſ.§.6.dubium.Catech.Pij.V.Richard.d.17.ar.2.q.6.Scot.q.vnic.art.2.Gabr.q.1.concl.3.Palud.q.1.art.2.conc.5.q.2.art.1.fin. Mai.q.3.Palac.q.5.Medin.q.de circunſtan.loci & tempo.ad fin.

b quanta diligẽtia ad memoriã requirat Scot.diſtinct.17.quæſt.vnic.ait circa neceſſaria de ſpeciebus & circunſtantijs, requiri quantam prudens faceret in arduo negotio, non tamen ita exacte requiri circa numeros. Gabriẽ. Mai. facit Auguſt. de vera & falſa pœnitentia: cap.15. Innoc.III. in cap. omnis.inquirat peccata, & peccatorum cauſas.concil. Vvormat. cap.7. & 6. Synod. cano. vlti. ne alias confeſſarius infideliter vindicet offenſas Dei: qui debet interrogare teſtem vbi aduertit ex obliuione, aut incuria tacere aliquid conducens ad rectam ſententiam. de quo Nauar.capit.10. num.7. Cou.1. Var. ca.2.num.16.ſed hæc ſententia temperanda eſt: quia confeſſarius in hoc iudicio ſimul eſt aduocatus, & medicus ſuauis, & abſque nimia interrogatione confeſsio eſt integra & fructuoſa. quare ſatis eſt in pœnitente ea diligentia quam adhiberet in negotio quod optat obtinere. Caietan. Soto. & Recent.

negotijs & peccatis diſtentus, implere Chriſti præceptum confitendi integre omnia & ſingula mort. quorum habere debet memoriã & conſcientiam: debetque facere tantam inquiſitionẽ circa neceſſaria vt digne abſoluatur, quantam vir prudẽs in arduo negotio facere ſolet: b diſcurrens per ætatis tempora, per loca vbi moratus, per perſonas & conuerſationes cum eiſdem habitas: c præſertim vbi eſt ſuſpicio de iniuria tertij, quæ requirat ſatisfactionem aut reſtitutionem ne quis tamen anxietate prematur, ſciat ſufficere mediocrem diligentiam, d quam moraliter timorati & docti facere ſolent, qua contẽtus eſſe debet, quanuis ſuſpicetur facta proliſsima diſcuſsione & ſcrupuloſa, ſe noua quædam eiuſdem rationis peccata reperturum. e hoc enim opus non eſt, cum abſque eo confeſſarius tanquam iudex ſatis ſtatum rei cognoſcat vt ſententiam proferat. f nõ eſt communiter conſulendus pœnitens vt peccata ſcribat in memoriæ ſubſidium dum fiunt, vel dũ ſe præparat pro confeſsione, ſup. c.2.§.6. niſi forte mutus caute ſcriberet, qui aliter ſe explicare neſcit. ſuppletur defectus examinis per interrogationes prudentis confeſſarij: g præſertim vrgente cauſa, & quando ruſtici etiam moniti neſciunt præmeditari peccata. Differt vero à corporali medico: qui ignotos morbos aut vulnera curare non poteſt, ſed confeſſarius, vna efficaci abſolutione eũ qui confitetur omnia quorum facta h diligentia memoriam habet, h ſanat ab omni peccato, quanuis quædam memoria exciderint.

c hęc iuuant ad refricandam memoriam præteritorum. d quia hæc exprimitur in Trident. ſeſſ.14.capit.5.can.7.Soto.ſup.quæſt.2.artic.4.fin.Victor.§.161.Ledeſ.frat.Medin.Nauar.capit.nono.nume.13.capit.fratres à num.59.66.81.Medin.quæſtio.de confeſſ.iteranda.fol.68.Caieta.opuſc.de cõfeſſ.Cano.de pœnitentia.Ledeſm.quæſt.8.artic.1.dubio 2.& late.artic.2.dubio.1.Petr.Soto.lect.10.Syluest.confeſsio.1.§.12.fin.&13.

2 Diſcutiet pœnitens hæc quæ ſtatim explicabimus.1.propriã peccati ſpeciem in genere moris: quia tenetur ſub mort. explicare omnes ſpecies peccatorum mort. & circunſtantias quæ ſpeciem mutant, etiam in actu interiore: & quando addita circunſtantia per ſe reſultat vna moris ſpecies, vt adulterium.2. quando dicatur vnum numero peccatum in ratione moris, quanuis varios actus exteriores & longi temporis comprehendat, vt ſtatim dicetur.3. vt opera exteriora quæ ſunt cõtra iuſtitiam & in proximi damnũ bene explicet, præter conſenſum internum 4.vt conſtet dici probabilem numerum in vnaquaque ſpecie peccati mort. vbi noua auerſio & deformitas reperitur.inf.§.8.

3 Confertur ergo primũ vna ſpecies moris, quando non requirit diuerſum iudicium, pœnitentiam, cõſilium & medicamen: quia in genere moris in ordine ad confeſsionis præceptum, noluit Chriſtus obligare ſigillatim numerare ea, quorum diſtinctio non cadit ſub certa cognitione humana. quare circa moram temporis ſatis explicat totam malitiam & vnitatẽ, qui confitetur feciſſe modo ordinario, qualis eſt cum quadã phyſica tẽporis interruptione & diſtractione naturali. Si autem ſæpius actum & propoſitum peccati videtur interrupiſſe, & incertus eſt numerus: ſatis eſt notabilem tẽporis morã i in opere poſitam confiteri. vbi vero in homicidio & mediorum executione fuit parua interruptio, ſat intelligitur explicato peccato.2. ſatis eſt ſub cõmuni & generico nomine cõfiteri numerũ ſuperſtitionũ,

e Med.ſup. f Caietan. opuſ.queſt.3.Soto.q.2.art.fin. g Nauar. cap.9.num.13.& quidam Recẽt. Quare qui fecit examẽ parum diligens quod tamen putat ſufficere (quanuis pingui & craſſa Minerua, cum præparatione reſpondendi ad ea quæ confeſſarius interrogauerit vt ſolent ruſtici qui non aſſueſcũt refricare memoriam) videtur ſatis ne accedat indigne, ſed cum fructu ſacramenti: ſignificat Sylueſt.ſup.cum Diuo Thoma.Petr.Soto.lect.10.Victor.§.178.193.Nauar. capit.6.num.13.cap.9.num.12.fin. cum Direct. & Archid.& cap.fratres.num.80.& Archiepiſcopus Guerre. poſt conſultationem cum doctis.

h ſic explicat Trident.cap.5.can.6.

i quia ex mora longi temporis coniectat confeſſarius grauitatem, aut interruptionem. numerumque peccatorum.

k Caie.



k Caieta.opuſ.de confeſſ.q.3.verb.interrogatio. Angel.verb.interrogat.Cano.p.5.ad.4.Soto.d.18.q.1.ar.3.q.2.ar.4.Petr.Soto.lect.9.Nauar.c.conſideret.nu.17.colligitur ex.ca.omnis.& de ſpeciebus diuinationis D.Thom.2.2.q.96.3.ad.2.de ſpeciebus gulæ.2.2.q.148.4. præpropere caute, nimis ardẽter, ſtudioſe. vbi Caietan. & addit Caiet. d.opuſ.q.3. cum exaggeratione, non oportet explicare ſpecies quæ homines ſine mediocri ſcientia neſciunt diſtinguere: ſed quæ fere omnibus notæ ſunt: quia in moralibus non variat iudiciũ confeſſionis

k aut beſtialitatum: k quanuis enim diuinatio per terram, aquã vel aſtra; & coitus cum varijs brutis, phyſica ſpecie differrẽt: non tamen variant iudicium confeſſarij, nec grauitatẽ in genere moris. idem videtur de ſpeciebus gulæ.3. adulteriũ eſt ſimplex ſpecies, l cum vnica auerſione contra prolem & coniugis fidem: quia vtitur re non ſua: & ad huc amplius non ſua, quia ſub alterius poteſtate conſtituta. in furto rei ſacræ eſt vna ſpecies, quia vſurpat alienam rem, non tantum ſub generali, ſed ſubſpeciali dominio aut poſſeſsione Dei cuſtoditam: vbi eſt differentia quæ per ſe determinat genericã rationem.

4 Vbi noua ſpecies circunſtantiæ eſt accidentalis, manet in vnico actu phyſico, duplex ſpecies moris, m cum duplicata auerſione: nec obligatur fateri vnum vt eſt circunſtantia alterius, ſi malit confiteri ea vt duo peccata diſtincta. n interdũ ita coniunctæ ſunt malitiæ, vt non ſatis explicentur, niſi confiteatur per modum quo vna eſt circunſtantia alterius. o communiter tamen

l D.Tho.2.2.q.154.ar.8.quę ratio eſt aduertẽda de adulterio, & art.10.de ſacrilegio, quæ circunſtantia ſimiliter facit ſpeciem furti, de quo bene D.Th. de mal.quæſt.2.art.6.ad.2.6.&.10.&.art.7.ad.8.

m D.Thom.1.2.quæſt.1.ar.3.ad.3.Nauar.cap.6.nu.18. n Nauar.ca.conſideret.num.105. Anto. Angel.verb.interrogat.in.3.præcepto fauet Nau.cap.6.num.20.cap.9.num.16. de eo qui oblitus eſt confiteri circunſtantiam. o Sylueſt.confeſſ.1.§.10.Petr.Soto.lect.9. contra Angel. quem Sylueſt. damnat erroris, vt ſi occidat ſacerdotem.

p Nauar.cap.6.num.20.ca.conſideret.num.104. Pet.Sot.lect.9. q Nauar.Adrian.vt comburens domum.vbi nouit eſſe plures homines. r Nau. cap.11.num.4.cap.6.num.16. s Cano.p.5.Sot. diſt.18.quæſt.2.art.4.verſ.6.Ledeſ.2.par. quæſt.8. art.2.dub.2.quæſt.9.art.1.dub.4.concl.4. Nauar. ca.6.nu.16.& ſeq.ca.15.nu.4.c.17.nu.55.c. conſideret.nu.48.Sylueſt.peccatum.§.2.Caietan.tom.1. tract.31.opuſ.17.qq.quæſt.15.dub.2. quod eſt de conf.q.3.& cum D.Thom.1.2.q.20.ar.3.&.22.q.66.3.ad.3.quia ab eodem numero actu habent libertatem & formam malitiæ moralis: quæ extenditur per varias materiæ partes, vt anima per varia membra hominis. At Cano fr. Med. dat rationem: quia explicato principali, intelliguntur quę cõmuniter comitantur actum, vt oſcula ſociant fornicationem. idem Nauar.cap.16.nu.11.ca.6.nu.17.hęc tamen ratio non eſt vniuerſalis, nec neceſſaria.inf. V. t clericus qui conſentit vt ab alio percutiatur incurrente excommunicationem (Caiet.verb. excom.cap.10.not.3. ibi Armi.num.2.Sylueſt. excom.8.§.1.

qui dixit peccatum, oblitus circunſtantiæ, ſatis eſt repetere ſolam grauitatem circunſtantiæ accidentalis. p 2. tenetur explicare quando vno actu fit diuerſis iniuria, (vt vno ſclopi ictu occidit clericum, Patrem regem & alios: aut inducit ſocium vt iuuet ad homicidium, vel vt fiat in loco ſacro) nam qui vno actu occidit duos laicos, eſt duplex q peccatum vnius ſpeciei: vt quando quis furatur ſimul à diuerſis dominis res diſtinctas: vel ſi coniugatus habet rem cum aliena vxore, facit duplicatam iniuriam r alijs duobus coniugibus.

5 Vnum numero peccatum dicitur.1. quando permanet eadem voluntas moraliter continuata: quanuis in eundem finem & ſub eadem forma, morales actus externi varientur: s vt quando ex firma vindictæ volũtate arripuit enſem, abijt in agrum vt inimicum quærat, percutit pluribus ictibus: t & qui ante fornicationem, & poſt illam cõtinuat actus libidinoſos. u in malis enim ſat eſt voluntariũ indirectè, vt fiat aut continuetur peccatum: x

Angel. Tabien. Antõ. Perez.l.1.titu.3.lib.1.ord.) clericus non ſit excommunicatus: ſed poteſt excõmunicari Nauar.cap.27.num.78 fin. per cap. contingit.1. de ſent. excomm. vbi Pan.Sylueſ. §.8. cũ Ioã. Andr. Angel. nu.36. & tamen ſi pluribꝰ ictibus cum interuallo clericꝰ notorie ſe ſubijciat, incurrit excom. quia in 2. ictu participat in crimine cũ excommunicato notorio. Tabien. excommunic.n.34. Syl.& ſic eſt limitandus Peruſin. & Anton.3.p.tit.24.cap.1.§.1. ſecus quando ictus ſunt moraliter continui, vt ait Tabie.& Sylueſt.

u colligitur ex cit.A.S.Nau.ca.6.n.17.quod magis expreſsit in editione anni.84.nu.18. illatione 7.de actibus etiam ſubſequentibus, Caie.to.1.trac.31.q.15.Soto.d.18.q.2.4.con.6 in arg. ſeu not.6. commun. Recent. ſed Cano & frat. Medin. lib.1. inſtruct.cap.9.§.1.limitant, niſi eſſent actus exorbitantes ad maiorem voluptatem inuenti, qui non ſatis explicãtur in actu principali. imo Marſil.q.12. fol.572. putat quod præter copulam, tenetur exprimere tactus & oſcula, videtur Soto. libr.6.iuſtit.q.1. art.5. poſt ſecundam concl. At reuera prædicti actus etiam extraordinarij habent ſe materialiter reſpectu eiuſdem formæ, nec oportet explicari. & contentus ſit in genere fateri cum honeſtate.

x vt in retentione furti: vel qui non vitat cauſam periculoſam vt ebrietatem quam adhibet, & aduertit periculum in damnum probabile proximi. D.Thom.1.2.quæſtio.6.artic.3.ſed quia peccatum eſt contra legem (Rom.7. Diuus Thom.1.2. quæſtio.71.6.cum Auguſt.) ad illam ſpeciem reducitur contra virtutem ex qua tunc procedit obligatio.

cum tamen ad meritum requiratur poſitiua deliberatio & actus: quare etiam in ſomno aut ebrietate ita continuatur voluntas, vt pollutio dormientis, y vel homicidium ebrij z ſit formaliter peccatũ, quando coniunctum eſt cauſæ voluntariæ: a quanuis apud Deum non punietur grauius. falſo autem quidam admittunt contingere vt ebrius toto tempore quo eſt mentis compos ſit in gratia: & tamen dum inebriatus facit homicidium, perdat gratiam. 2. in omiſsione reſtituendi rem ſuffuratam, ſi toto anno poteſt, & ſæpe aduertens proponit non reſtituere, videtur continuari phyſice idem numero peccatum: b Nec tamen grauatur moraliter per ſingula anni momenta: quia dum dormit, vacat iuſtis negotijs, & Miſsis aut alijs præceptis, excuſatur ne tunc (dimiſſo ſomno aut aliorum præceptorum impletione) debeat ſtatim reſtituere. 3. Reſultat tamen aliud numero, ſi actu contrario interrupit voluntatem, c vel longi temporis ceſſatione. d minuſque ſufficit, ad interruptionem & numerum in peccatis quæ complementum habent in animo, vt eſt hæreſis. e

6 Dum multa præcepta ad eandẽ virtutis rationem pertinentia ſimul concurrunt eodem tempore ſit vnum peccatum: vt ſi frangat iuramenta varia, f aut vota de eadem

y y Lib. de euchar. cap. 49. D. Thom. 3. part. quæſt. 80. ar. 7. Soto. lib. 9. iuſt. q. 2. 2. & diſtin. 12. quæſt. 1. art. 7. Ledeſ. 1. p. quæſt. 21. art. 7. Syluest. euchar. 3. §. 10. Cord. lib. 1. quæſt. 7. Abulen. Matth. 4. q. 75. Nauar. cap. 21. num. 50. Raulin. ſerm. 8. de euchar. Nauar cap. 25. nu. 93. Doct. 4. diſt. 9. Richard. art. 2. quæſt. 3. Alber. ar. 10. Carthu. quæſt. 5. Bonauent diſt. 12. quæſtio. vlt. Alexan. 4. p. quæſt. 47. Gabrie. lec. 10. Pan. cap. ſignificatum. de præben. nu. 4. Viglius. 2. par. commun. opin. 218. contra Adria. 4. de euchariſt quæſt. 4. fol. 25.

z z quia ſatis ex cauſa (in qua præuiſum eſt periculum homicidij) habet voluntarium: & ex proprio obiecto habet malitiam. ebrius tamen antequam occidat non denominatur homicida, niſi inchoatiue Cord. lib. 2. qq. quæſt. 18. vid. quæſt. 23. & 24. cum Palud. Bonau. Maio. Almain. Adrian. Angeſt. Vega de iuſtificatione quæſt 13. concl. 5. Caſtro. de lege pœn. ca. 14. Taper. art. 7. Cou. Clem. ſi furioſus. 2. part. princip. num. 1. & 2. & §. 4. num. 10. & 3. part. princ. num. 3. & 7. Nauar. cap. 27. num. 232. & hi addũt quod apud Deum non punietur grauius ob factum. at falſo dicunt grauari cum noua malitia peccatum, Hug. lib. 2. pag. 14. cap. 6. Gregor. 2. diſt. 28. quæſt. 1. & 2. Marſil videtur D. Tho. 2. 2. quæſt. 79. 3. id 3. Richard. Victor. in cap. 4. Cant. cap. 17. Hug. lib. 1. ſacr. part. 7. cap. 23. vid. Soto. lib. 5. iuſt. quæſt. 1. art. 3. quare Ariſtot. 3. Ethic. c. 5. dicit ebrios ſi occidant, duplici pœna puniendos. In qua re de ſpecificatione peccati ex voluntario indirecte Caieta. loquitur irreſolute. 1. 2. quæſt. 20. 5. quæſt. 76. 4. & 2. 2. quæſtio. 150. 4. & negat falſo factum ab ebrio eſſe in ſpecie homicidij niſi materialiter. Cord. ſup. & hinc falſo putat Marſil. 2. quæſtione. 21. articulo 2. ſuppoſ. 2. fieri poſſe vt ebrius toto tempore, quo eſt mentis compos ſit in gratia, & tamen amittat gratiam quando facit homicidium, ſine rationis vſu. quod ſignificat Palac. 2. diſtinct. 35. quæſt. vlt. ad fin. & Caietan. 1. 2. quæſtione. 76. 2. ſed ſunt interpretandi vt cauſa aut ignorantia quæ de ſe cauſat venialis, fiat peccatum mort. propter periculum præuiſum euentus futuri.

a a ſi tamen cauſam intercidit per pœnitentiam ante quam ſequatur pollutio aut homicidium: tunc effectus non eſt peccatum, quia iam non eſt mihi voluntarius. quod ſi ita ebrius percuſsit clericum, qui tamen ante ebrietatem pœnituerat, non videtur excommunicatus: quia tunc non peccat contra obedientiam eccleſiæ. ſicut qui fecit furtum, & tempore excommunicationis non eſt ſoluendo, non incurrit illam. colligitur ex Soto. diſtinct. 12. quæſtione prima, artic. ſeptimo. Martin. de Mag. q. de temperantia, & quidam recent. contra Canum in præl. c. 1. 2. quęſtion 71. 5. ſit tamen irregul. quia fuit voluntaria cauſa occiſionis, quanuis eſſet cauſa inculpata. ſic qui mãdauit occidi licet reuocet ante ictum & pœniteat. ſit irregul. ſecuto effectu, ſi mandatario noluit aut non potuit intimare reuocationem. Nauar. cap. 27. num. 51. 233. cum Innocen. Villadieg. Couar. Cle. part. 2. §. 2. num. primo. fr. Ludo. 1. part. inſtruct. capit 63. cum Cordub.

b b ſignificat Caietan. 2. 2. quæſtio. 62. artic. 8. & tom. 2. opuſc. 17. quæſt. quæſtione ſeptima. Adrian. quæſtio 3. de confeſſ. & hoc intendit Soto. libr. 4. iuſtitiæ. quæſtione ſeptima, artic. quarto. vide. q. 6. artic. ſecundo. & diſtinct. 17. quæſtio. ſecunda artic. ſexto. Ledeſ. 2. part. quæſtio. 3. artic. 1. & 2. Medin. C. de reſtitutione. Nauar. capit. 17. num. 55.

c c Cano relect. de pœnitentia. Nauar. capit. 6. num. 18.

d d Nauar. ſup. Soto. libr. 4. iuſt. q. 7. artic. vltim. facit Nauar. capit. 17. num. 55. addit Soto. non oportet fateri quando triduo detinuit reſtitutionem: quia eſt leuis materia. & diſtinct. 17. quæſtio. 2. 4. concl. 7. ratione. 6. continuatio in conſenſu turpi per horam non eſt notabile tempus. & Cano, nec per. 10. horas. Victor. §. 176. Alcoc. cap. 10. frat. Medin. lib. 1. cap. 9. §. 2. & quidam Recent. addunt nec ſi dimidiato die cõtinet actum interiorem aut exteriorem: licet vero parum interrumpat, cenſetur idem actus moraliter (vt dicitur eadem arbor, idem fluuius, & idem locus formaliter, licet paulatim mutetur.) nam ad malitiæ continuationem vt furti, ſatis eſt conſenſus virtualis, in quo ſponte manet non reſtituens cum poſsit.

e e Nauarro. capit. ſexto. num. decimoſexto. in princip. ſic actus meritorij, quia ſunt interni, multiplicantur breui morula, vt orationes iaculatoriæ: quia fiunt cum nouo exercitio plenæ libertatis, vt bene ait Cano.

f f ſic teſtis qui ſimul rogatur de pluribus rebus & articulis ſub iuramento, & in omnibus mentitur, eſt vnum periurium, Archid. capit. intereſt. vigeſima ſecunda, quæſtione quarta, Sarmien. libro octauo, ſelect. in. l. quoties, numero ſexto, fol. 18.

g vt



caſtitate: g ſi mendacium multis ſimul iuramentis confirmet, h aut blaſphemias ſimul multiplicet. i 2. At votum & iuramentum de vna re, diuerſa ratione pertinent ad eandem religionis virtutem. k 3. differunt edere carnes die ieiunij, & non ſemel in die comedere: l quia diuerſis temperantiæ præceptis prohibentur, & ſunt in confeſsione explicanda. 4. Quando præcepta ſunt ſubordinata, licet ſint multa eſt vnum peccatum: vt qui tempore præcepti in quadrageſima fecit confeſsionem dimidiatam, m peccat contra ius diuinum & humanũ. qui clericum occidit, contra ius naturæ, canonicum & ciuile. qui celebrat in peccato abſque cõfeſſione, n varijs titulis peccat: ex eo quod conſecrat, offert, miniſtrat ſibi, & recipit indigne diuinum ſacramentum. qui contrahunt matrimonium in mort. vbi vterque eſt miniſter o qui confert, & recipit ſacramentum: latro qui vt furetur, ſe exponit periculo infamiæ & mortis ſeu ſuſpendij, non peccat bis. p ſi omittat horas, quas debet propter multa beneficia & ordinem ſacrum: q aut vna intentione omnes horas canonicas vnius diei intermiſit. r ſi miſſam omiſit, quando incidit vno die duplex feſtum. s aut fregit diem ieiunij, in quo eſt duplex obligatio vt Vigiliæ, & Quadrageſimæ.

g g Vt qui in ſæculo fecit votum continentiæ: deinde in ordine ſacro. 3. vota ſimplicia, quibus fit religioſus in ſocietate Ieſu. 4. profeſsionem. Cordub. caſ. 3. fin. & dicit ſentire Caiet. 2. 2. q. 186. 9. dub. 1. frat. Med. lib. 1. cap. 14. § 18. Soto. lib. 7. iuſt. q. 2. 5. ad. 1. nec plus peccat epiſcop9 vel ſacerdos cõtra votum quã ſubdiaconus. De moniali quę peccat contra votum pfeſsionis, Quidã aiũt ſat eſſe cõfiteri quod peccat contra votum continentię quia ſolennitas addita voto, iuramẽto aut contractui, non mutat ſpeciem, aut certe eſt differentia parum nota in moralibus. (nam & per vota ſimplicia in religione ſocietatis fit mancipatio & traditio perſonæ vt definit Gregor. 13. ann. 84. & probat Michael. Medin. lib. quarto. de ſacrorum hominum continentia. cap. 37. lib. 5. cap. 24. & citat D. Tho.) ſed probabilius eſt in praxi quod tenetur cõfiteri ſe profeſſam: quia grauat valde, & eſt per ſe ſolemnis traditio irreuocabilis, qua ſoluitur matrimonium ratum: quia eſt mors quædam. diciturque ſacrilegum adulterium dicit Perez cum legiſt. leg. 5. tit. 15. lib. 8. ordin. pag. 315. fin. quia violat ſponſam Chriſti. Soto ſup. & diſt. 18. quæſtio. 2. artic. 4. colum. 7. fr. Medin. Palac. 4 diſtinct. 16. quæſtio. 3. Nauar. cap. 6. num. 11. fin. cap. 12. num. 32. Alcoc. in. 6. præcepto contra Cord. qui falſo pro ſe citat Nau. de alijs ſatis videtur dici quod peccauit contra votum.

h h vt cum addit execrationem & iuramenta per Deum & per ſanctos ſuper eadem re, Caietan. 2. 2. q. 89. 1. Nauar. capit. 12. num. 1. fin. Cou. 2. var. cap. 10. Simanc. de cath. inſtit. cap. 8. fin. cum Cepola. Alciat. Boer. Hippol. per. l. inficiandum. ff. de furto. frat. Medin. lib. 1. capit. nono, ante §. 1. fin. frat. Alexand. lib. 2. tit. 2. in. 2. præcept. & dicit fauere Ioan. Andr.

i i Couar. Simanc. dict. capit. 8. numero. 9. cum Cepola & alijs: vt qui multiplicat ſcripturas publicas de eadem re.

k k Quare tenetur explicare votum ſimul & iuramentum.

l l Couar. 4. Variar. ca 17.

m m Caiet. 1. 2. quæſt. 72. art. 6. ad. 2.

n n Soto. diſtin. 18. quæſt. 1. art. 4. frat. Medin. 1. 2. quæſtio. 109. artic. 4. tandem. concl. 3. Durand. 2. diſtinct. 28. quæſt. 3. & 4. Vega de iuſtific. quæſtio. 13. concl. 4. quanuis propter ſpeciale præceptum poſitiuum Chriſti ante communionem. At Cano relect. de pœnitentia. part. 4. & Petr. Soto de confeſſ. lect. 12. putant eſſe duo peccata: & tamen eſſe vnum, quando ex cauſa excuſatus à confeſsione celebrat incontritus: quia contritio non obligat per ſe proprio præcepto, ſed ex iure naturali propter dignam receptionem cuiuſque ſacramenti. At reuera diuerſa præcepta non diſtinguunt peccata vt probat. Caietan. cum D. Tho. 1. 2. quæſtio. 72. 6. niſi concurrat per ſe obligatio circa diuerſa obiecta, nec Chriſtus in eo caſu adiecit præceptũ cõfeſsionis, niſi propter dignam communionem.

o o Nauar. cap. 22. nu. 3. & 85. & tamen quia contrahens eſt miniſter laicus (ſicut & qui baptizat ſine ſolẽnitate in extrema neceſsitate) non iubetur eſſe in gratia, vt ſic miniſtret: ſed tantum peccat, quia recipit ſacramentum matrimonij in peccato.

p p Nauar. cap. 15. num. 24. lit. A. & tamen temere ſe exponere periculo vitæ, eſt peccatum contra caritatem ſui. Diuus Thomas, 1. 2. quæſtion. 73. artic. 8.

q q Nauar. capit. 25. num. 122. & quando iuſte diſpenſatus eſt ad plura beneficia, tenetur ad plura onera, & officia illorum, ſed ſemel tantum ad horas vnius diei. libr. de orat. Miſcell. 36. num. 56. D. Th. quodlib. 1. art. 13. Richar. quodlib. 2. art. 26. Abulenſ. Matth. 6. quæſt. 93. ſentit Cordub. lib. 1. quæſtio. 20. cum. Gerſ. 2. part. alpha. 24. Q. Gabriel. 4. diſtin. 15. quæſtio. 8. artic. 3. dub. 2. Angles. cum glo. cap. dudum. 2. de elect. frat. Ludou. 2. part. inſtructor. capit. 103. de qua re ſcrupuloſius loquitur Nauar. Miſcell. 22. numer. 53. 62. Dionyſ. carthuſ. contra pluralitat. beneſ. artic. 8. Syluest. beneſ. 4. §. 4.

r r Nauar. capit. 6. num. 15. lib. de orat. not. 7. num. 6. not. 10. num. 30. Gerar. tracta. de horis. quæſtio. 8. Ploue. Archid. cap. Eleuter. 91. d. vterque Card. Syluest. Hora. §. 12. verſ. 6. Verucil. Roſel. ſupplement. Piſan. quia. 7. horæ vnius diei ſunt vna oratio.

s s colligitur ex Caietan. 2. 2. quęſtio. 88. 5. ad primum. Soto. lib. 8. iuſt. quæſtio. 2. 3. ad primum de habente plura iuramenta aut vota. & in propoſito, qui frangit duplex ieiunium vnius diei eſſe vnum peccatum contra temperantiam frat. Alexand. in ſumma. libr. 2. tit. 1. capit. 9. cum Alexand. 2. part. tract. de commiſſ. quæſt. 7. & Recent. contra Nauar. capit 11. num. 4. & add. Hiſp. num. 5. cuius oppoſitum ſentit. cap. 6. num. 5. idem de duplici feſto vnius diei: quia alterum transfertur, & fit miſſa & recitatio horarum de vno, quod per ſe obligat, ac ſubinde id omittens peccat ſemel contra vnum principale præceptum.

t [t] ſed ſignificat Sylueſt.clericus.2.num.2.fin. eſſe multa peccata.ſicut ſi vno ictu occidat multos. at reuera eſt vnum in genere moris abſque proximi iniuria, vt ſi vna aſperſione baptiſmi, aut vna abſolutione baptizet & abſoluat ſimul multos.

t Si multis communionē miniſtrat, [t] 5.eſt vnum, quando præcepta generalia ex conſequenti includuntur in u ſpeciali: u vt qui parentem occidit, facit contra iuſtitiam, pietatem, caritatem Dei & proximi, obedientiam, honorem Dei, & contra præceptum de conſeruanda ſpirituali vita gratiæ, & de perſeuerantia.

7 Opus exterius non addit nouam malitiam in genere moris, ad x conſenſum efficacem internum: [x] & tamen quando eſt cōtra decalogū (vbi continentur ea prꝫcepta religionis & iuſtitiæ, quæ per ſe primo y reperiūtur in actu exteriori, [y]) z oportet confiteri etiam opera, [z] in quibus prima ratio peccati conſiſtit: voluntas enim furti, ſicut & idolatriæ, ideo eſt, mala, quia furtum eſt iniuſtum & proximo nociuum. 2. explicare oportet circunſtantias, ſi a opus ſit cōſummatum, a vt ſi quis tanquam prima & principalis cauſa fecit voluntarium homicidium artificis familiā alentis: videtur enim in genere moris ob reſtitutionis obligationē diuerſa ſpecies. Vt differt imperfecta inchoatio operis puta ab homicidio differt vulneratio, b aut aborſus embrionis [b] ante tempus animationis. 3. cæterum ſi res exterior non ob aliud eſſet mala, quàm propter extrinſecum finem, nō tàm ſtricte tenetur opera explicare: vt ſi praua intentione induit & ornauit ſe, & deambulauit, aut inuiſit loca quædā vt fœminam alliceret. Qui miſſam feſti omittit propter ſtudium aut ludum, ſatis videtur confi c teri quod miſſam omiſit: [c] quia vbi eſt vnum prorſus. propter aliud, cenſetur moraliter vnum præceptum vnius virtutis. hæreſis vero quanuis mente conſummetur, ſi exteriori ſigno de ſe manifeſtatiuo etiam occulto impie declaretur, habet nouā malitiam inobedientiæ, propter ex d communionem adiunctam. [d] 4. grauatur peccatum operis ob moram notabilem temporis, ſup. §. 2. & ob periculum ſcandali: & dignum eſt majori pœnitentia. de circunſtantia qua virgo conſenſit mente in actum turpem, dicetur infra.

8 Numerus peccatorum pertinet ad ſubſtantiam, & integrita e tem neceſſariam confeſſionis [e] & non eſt circunſtantia, ſed additio peccati habētis nouam auerſionem: & facta diligentia, certa pro certis, dubia pro dubijs, b (vt dictum eſt) explicet. circunſtantias peccatorum & numerum: nec ſigillatim peccata dicat, ſed vno f verbo ſimul vnius ſpeciei [f] vero-

u [u] Caietan. 2.2. quæſt. 36. artic. 6. colum. vlti. ſic omne peccatum habet imprudentiam practicā ex parte intellectus, vt ait Caietan. 1.2. quæſtio. 72. artic. 9. nec tamē addit nouam malitiam. & 2.2. quꝫſtio. 53. art. 2. & 3. & verb. periculum: At præter hanc generalem rationem in voluntate eſt ſpeciale peccatum.

x [x] D. Thomas, 1.2.q. 20. articulo quarto. communis. 2. diſtinctio. 42. vbi Bonau. Capreol. Hiſpalen. Gregor. quꝫſtio. vnic. concl. 7. & alibi Alexand. 4. part. q. 22. m. 5. Vega. libr. 6. in Trid. cap. 37. Cord. lib. 2. quæſt. 18. col. antepenult. vide quæſt. 12. Durand. quæſt. 1. Richar. Gab. Carthuſ. diſt. 40. quæſt. 2. Hug. libr. 2. de ſacram. p. 14. c. 6. quia volūtas apud Deum pro facto reputatur vt ait Chryſoſt. in Matth. 6. Aug. 1. de liber. arbit. cap. 3. & epiſt. 49. quæſt. 4. contra Scot. quodlib. 18. artic. 3. Mairo. Aureol. & Lichetum. 2. d. 42.

y [y] quia iuſtitia reſpicit medium rei & opus externum, quod eſt vtile proximo D. Thom. 2.2. quꝫſt. 58. artic. 10. cum Ariſtot. 5. Ethic.

c [z] Nauar. cap. 6. fin. prælud. 7. num. 23. &. 28. fin. oppoſitum dicit errorē: Can. relectione de pœnit. part. 5. quia Trident. ſeſ. 14. cap. 5. declarat obligari ad confitendum omnia peccata etiam cogitationis, & contra duo vltima præcepta decalogi. (quod tamen ideo eſt peccatū quia eſt moralis inchoatio operis lege prohibiti.) ergo ſupponit vt rem certam quod operis peccata tenetur exprimere. alias non confitetur vere omnia: opus enim homicidij vt eſt à libero vſu voluntatis eſt formaliter peccatum liberum: quia poteſt facere & non facere. frat. Med. 1.2. quæſt 20. art. 4. colum. antepenul. addit rationem quia opus ſæpe grauat peccatum per intenſionem, ſcandalum, obligationem reſtituendi, aut excommunicationem. At hæc ratio eſt inſufficiens cum nō probet vniuerſaliter. ſed Mai. falſo ait ꝙ opus eſt aliud numero peccatum: quare qui ex conſenſu mort. habuit pollutionē etiā in ſomnis, tenetur fateri illam. Sot. diſtin. 12. q. 1. art. 7. frat. Medin. 1.2. quæſtio. 74. 4. & ſignificant Marſil. Diuus Thomas, Hug. Gregor. cit. ſup. lit. Z.

a [a] vide Nauarro. capit. 27. num. 51 52. non excommunicari niſi opus cōſummatū.

[b] colligitur ex Diuo Thom. 1.2. quꝫſtio. 72. artic. 7. vbi Caieta. & fra. Med. nunc vero Sixtus. V. ſtricte reſeruat aborſum.

c [c] Bañes. 2.2. quæſtio. 19. artic. 3. ad fin. Durand. 2. diſtinct. 35. quæſtio. 2. Mant. facit. Soto. cit. ſup. §. 6. V. quod autem Cano, & Peña aiunt eſſe duplex peccatum, intelliguntur materialiter.

de [d] Nauar. capit. 6. num. 8. [e] concil. Triden. ſeſsio. 14. capit. 5. cano. 7. omnia & ſingula peccata. Florent. omnia peccata integraliter confitenda. Lateranen. capit. omnis. ſolum dicit omnia peccata. plane Auguſtin. de vera & falſa pœnitentia, capit. decimoquarto, & probat conſuetudo fidelium, & integritas iudicij: colligitur ex Diuo Thoma, opuſc. 12. quæſtione ſexta, fin. Nauar. co. c. 6. nu. 14. quanuis apud antiquos non reperiatur tam expreſſa mentio.

f [f] Nauar. capit. 6. num. 18. fin. ſic conſulit Caietan. verb. confeſſor. in. 6. præcepto, & tom. 2. de contritione. quæſtio. 2. Nauar. cap. 5. num. quarto, ne confeſſarius in. 6. præcepto permittat ſigillatim dicere, ſed vrgeat vt ad numerum reducat peccata vnius ſpeciei.

g com-



ſimilem numerum, putà quod toties in die, hebdomada aut menſe peierauit, iuxta iſtius anni conſuetudinem, plus minus: ne cum tædio tempus deterat. ficta tamen eſſet confeſsio ſiquid ſcienter numero detrahat. ſi decies furatus eſt aureum, ſunt. 10. peccata, & non ſatisfacit dicens, ſemel furatus ſum decem au g reos. g

9 Nō eſt à confeſſore plus nimio cogendus ad numeri certi explica h tionem, h quando propter ruditatem vel conſuetudinem vix poteſt numerare: quia conſilium & remedium in hoc foro medicinali cum iudicio non quidem cæco, ſed paruo ſatis adhiberi poteſt, dum ruſti i cus i facta mediocri diligentia de vniformi vita groſſo modo dicit: paſsim id feci, vel multoties per menſem: per hoc enim implet præceptum in concilijs expreſſum. ſi quis iacet in conſuetudine multis annis expoſitus in omnem occaſionem eius peccati, ſatis eſt ſi concubinarius dicat ſe vſum fuiſſe con k cubina vice vxoris: k meretrix dicat principales ſpecies operum quas poteſt numerare, vt ſi cum clericis notis &, coniugatis, &c. ſi toties quolibet die vel hebdomada admiſit ſo l lutos. l de interno vero conſenſu ſatis explicat dicens ſe paratam & expoſitam, quoties occaſio ſe offert per m decennium. m idem de vſurario, & conſueto peierare aut furari: dummodo diligenter recolat damna proximis illata, vt reſtituat.

## C A P. VI.

### Circunſtantia peccati quid ſit,

§.2. *Neceſſe eſt confeſſarium noſſe circunſtantias.*
3 *Sunt ſeptem circunſtantiæ, & explicantur.*
4 *Circunſtantia quomodo & de varijs modis.*
5 *Vbi, ſeu circunſtantia loci.*
6 *Quando, ſeu circunſtantia temporis.*
7 *Quibus auxilijs.*

CIrcunſtantia dicitur id quod accidentaliter circunſtat ſubſtantiā actus habentis ſpeciē ex pro a prio obiecto. a quare tria ſunt conſideranda in actu morali quod eſt peccatum: primum Phyſica ſubſtantia actus in genere naturæ: & ſic omne quod ei accidit, dicitur circunſtantia. Similiter reſpectu actus exterioris ſecundum ſe conſiderati vocatur circunſtantia etiam illa quꝫ b mutat ſpeciem b in genere moris: aut quæ de bono actu facit malum morale. 2. ſpecies Phyſica vel moralis ſumitur ex proprio obiecto, ſicut & ſpecies in ſcientijs & alijs virtutibus. ſed genus actus ſumitur ex principio coniuncto, & intrinſeco, vt quod ſit vitalis & liber: pertinet enim ad ſubſtantiam actus moralis; quod procedat à

gh [g] communis. [h] Caietan. tom. 1. opuſc. tracta. 5. de confeſſ. quæſt. 3. Soto. Petr. Soto. Nauar. & alij infr.

i [i] Archid. ait ſatis dici aliquoties aut ſæpe peccaui in hac ſpecie. quod Angel. confeſſio. 1. §. 20. dicit probabile. Sylueſt. confeſsio. 1. §. 11. ait in hoc nihil certi haberi ex iure diuino vel humano. Caietan. ſup. At falſo & nimis ample loquuntur. ſed melius Soto. diſtin. 18. quæſtio. 2. art. 4. cōc. 2. Petrus Soto. lectio. 9. Cano. part. 5. fo. 77. Nauar. capit. 6. num. 14. & recēt. nō requirit mathematica explicatio numeri ſed moralis numerus quantū ſatis eſt ad prudens iudicium & remedium.

k [k] Nauar. capit. ſexto. num. 15.

l [l] Sot. quādo conſuetudo mixta eſt ex actibus internis & externis, meretrix numeret ſaltem opera, propter iniuriā quꝫ ſit proli. ſic qui vna nocte ter concubuit cum ſcorto, tenetur explicare actus: quia ex quolibet actu per ſe ſequitur proles, cum iniuria illius. Ledeſm. 2. part. quæſt. 8. artic. 2. dub. 5. Nauar. capit. 6. num. 17. ſicut qui fecit peccata in iniuriam proximi, tenetur explicare numerum etiam propter reſtitutionem.

m [m] fatetur Soto, Ledeſ. Nauar. cap. 6. num. 15. Angles. pag. 285. Sylueſt. confeſsio. 1. §. 10. Angel. confeſsio. 1. num. 13. Anto. Roſel. Victor. §. 165. alias. 178. Cano. part. 5. ad. 3. Petr. Soto. de confeſſ. lect. 9. Alcoc. cap. 10. frat. Luis en el Memorial. fol. 124. vid. Nauar. cap. conſideret. numero. 44. addit Syluest. ſatis eſſe ſi confeſſarius his verbis agnoſcat debitum numerum. & Caietan. ponit aliquid medium inter iudicium paruum & cæcum. quando ruſticus aut pueri præ ſimplicitate neſciunt ſatis ſe explicare, aut dum non expedit vt meretrix cum periculo recolat ſigillatim peccata ſua, quia præceptum poſitiuum Chriſti eſt ſuaue, & obligat quantum ſatis eſt ad conſequendum finem.

C A P. VI.

a [a] D. Thomas. 1.2. quæſt. 1. artic. 3. & quæſt. 18. a. 2. vbi Caietan. Conrad. fr. Med. & oēs Thomiſtæ. nec. enim ſumunt ſpeciem ex libertate volūtatis, alias omnes actus virtutū eſſent vnius ſpeciei. At quia homicidium ab inſano, & cordato factum conueniūt in obiecto materiali, & differunt ex ordine ad voluntatem: alij Doct. 2. diſtinct. 40. dicunt bonitatem ex obiecto dici ex gñre. Scot. quolib. 18. a. 1. Henric. quodlib. 13. quæſt. 10.

b [b] Caietan. & Conrad. 1.2. quæſt. 18. art. 4. &. D. Thomas. quæſt. 7. 3. ad. 3. ſic Trid. ſeſſ. 14. capit. 5. can. 7. vocat circunſt. mutantes ſpeciem. at reſpectu actus interioris circunſtantia quæ ſecundariam ſpeciem tribuit non vocatur ſimpliciter circunſtantia. 1. accidens, ſed cum addito importante perfectionem D. Thom. quæſtio. 18. 5. ad. 4. ar. 10. ad 2. qua ratione id quod proprie eſt circunſtantia nō grauat infinitè. D. Thomas. 1.2. q. 88. 5. &. 2.2. q. 110. quarto, quintum. ſic temperandi ſunt Victor Sot. qui vocant circūſtantias etiā reſpectu actus interioris: quia vna ſpecies moralis adiungitur alteri, tanquam accidens.

Y 3 c quod

voluntate libera, ſaltem ſecundario aut indirecte. [c] actum vero eſſe ſupernaturalem non pertinet ad circũſtantiam accidentalem, ſed ad genus & ſpeciem ordinis ſupernaturalis: nam ab obiecto ſupernaturali habet ſpeciem, à principio vero & auxilio ſupernaturali habet rationem generis. in præſenti tamen conſideramus circũſtantias reſpectu actuũ. in genere moris: [d] nec dicitur ſimpliciter circunſtantia, niſi illa quæ non tribuit nec variat ſpeciem moralem peccati. hæc tripliciter [e] ſe habet, quia auget, minuit aut impertinens eſt ad malitiam peccati tanquam accidens illius.

2 Hæc conſideratio non tantum ſpeculatiuo Theologo digna eſt, ſed confeſſarijs qui ſunt iudices neceſſaria, [f] vt ſciant vnum peccatum eſſe alio grauius, aut accidentaliter ex circunſtantia, aut quia mutat ſpeciem moris: & perpendant quas circunſtantias oporteat explicari in confeſsione. iudex vero in foro exteriori [g] perpendet has circunſtantias, vt conducunt ad inquirendum reum criminis quidem notorij, ſed ignotum in perſona. definitur [h] actus humani circunſtantia eſſe conditio non pertinens ad ſubſtantiam actus, ſed aliquomodo ipſum attingens.

3 Numerantur ſeptem [i] circunſtantię illo verſu: quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. vox quoties, id eſt, numerus, peccati non eſt circunſtantia, [k] ſed multiplicatio peccati ſecundum ſubſtantiam. 1. quis, id eſt, perſona peccantis, non ſecundum ſubſtantiam, libertas enim perſonæ & voluntatis pertinet ad ſubſtantiam actus moralis: [l] ſed ſecundum conditionem quæ accidit perſonæ, [m] vt quod peccans in ſexto præcepto ſit monachus cum voto [n] aut cõiugatus, vel in ſeptimo ſi iudex [o] qui ex officio tenetur, omittat impedire nocumenta reipublicæ. 2. quid, non ſignificat obiectũ, vt eſſe alienum in furto, ſed quantitatẽ nõ quidẽ diſcretã ſeu numerũ, de quo. c. 5. §. 8. ſed multitudinẽ materiæ, [p] vt ſi parum aut multum furatus eſt: vel à paupere

[c] quod probant Doct. 2. diſt. 42. & cit. A. Albert. Scot. Duraud. quæſt. 1. Okam Gab. Greg. Ferrar. 3. contra gent. ca. 7. Conrad. Caiet. cum D. Tho. 1. 2. quæſt. 20. art. 1. & 2. dub. 2. D. Thom. mal. quæſt. 2. a. 3. & 1. 2. q. 74. 1. Aug. 1. retract. cap. 9.

[d] at entitas phyſica actus quę eſt bona, ſit moraliter mala: & vnus actus ſecundum eſſe naturæ habet plures ſpecies morales. D. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 3. ad. 3. ſed primario habent cõmuniter vnam ſpeciem vt egreditur ex intentione agentis, dicit ibid. & ad. q. 18. 7. 1. ſed fieri põt vt idem numero actus interior ſit nunc bonus, & poſtea malus ex circunſtãtia. recent. cum Caiet. quæſt. 19. 1. quæſt. 20. ar. 6. Capr. 2. d. 40. q. 1. ad. ſi. Albert. artic. 1. contra Conrad. Okam & Gabriel.

[e] Diuus Thom. 1. 2. q. 7. a. 3. communis Doctor.

[f] qua ratione Theol. & qui agunt de rebus moral. & ſummiſt. diligenter tractant de circunſtan. in quo male loquitur fr. Med. 1. 2. q. 18. ar. 11. conc. 2. nam bonitas creaturæ pendet ex accidentib. 1. p. q. 5. & bonitas actus ex circunſt. quas dictat prudẽtia.

[g] Soto. lib. 5. iuſt. q. 6. ar. 2. rel. ſecr. memb. 2. q. 6. Caie. cum D. Thom. 2. 2. q. 69. ar. 2. Nau. c. 18. nu. 40. 59. per iura. Sylu. verb. iudex.

[h] D. Thom. 1. 2. q. 7. ar. 1. Doct. 4. d. 16. ibi D. Tho. q. 3. ar. 3. Bon. Rich. Dur. Mai. q. 4. Marſil. q. 12. Palac. q. 3. Alex. 4. p. q. 18. & alias. 77. m. 3. a. 2. Sot. d. 18. q. 2. a. 4. Ledei. 2. p. q. 8. fr. Medi. lib. 1. c. 9. §. 2. Viguer. cap. 16. §. 4. verſ. 17. Ant. 3. p. tit. 27. ca. 17. ſummiſt. verb. circũſtantia. Nau. ca. 6. num. 1. & ca. conſideret. in princ.

[i] D. Th. 1. 2. q. 7. a. 3. Palu. d. 16. q. 3. a. 1. Palu. q. 3. Syl. §. 1. Nau. n. 2. & c. conſideret. n. 4.

[k] ſup. c. 5. §. 8. Nau. c. 6. n. 2. & 13. Palac. Syl. cõmu. cõt. Palud.

[l] ſup. lit. C.

[m] D. Th. 1. 2. q. 73. a. 10. vbi fr. Med. c. præcipue. 11. q. 3. & iuſtus quia minus adhæret, minus peccat. Caie. Bañes cũ D. Th. 2. 2. q. 23. 2. ad. 3. ſic Adam de ſe minus peccauit. Mag. 2. d. 22. D. Th. 2. 2. q. 163. 4. & religioſus ex voto. q. 186. a. 10. Caie. q. vlt. a. 9. Nau. c. non dicatis. n. 41. quod ſi forte grauat, ſed nõ notabiliter. Item in 6. mãdato. 1. ſi ſolus polluit ſe abſq; conſenſu in fœminã: ſi habet votũ cõtinentiæ: ſi virgo, quæ perdit aureolam irreparabiliter: ſi vir cũ fœmina cum qua nõ poſſet cõtrahere matrimonium, vt eunuchus, frigidus vxoricida, Chriſtianus cum gẽtili. 3. cum diabolo incubo ſub varijs figuris: aut ſi duplicatæ ſint circunſtantię, vt cũ fœmina quę ſimul eſt virgo & coniugata & cum voto: aut cõiugatus cũ coniugata: monachus cũ moniali Nau. c. 6. n. 5. §. 4. huc pertinet participans aliquo ex. 9. modis. vt ſi conſulẽs induxit cum ſcandalo cõtra caritatẽ fratris, & non paratũ, fr. Med. 1. 2. q. 14. art. 6. ſi conſilio fraudulento aut prece importuna obtinuit virginem: peccat in pluribus conſulens, quam conſultus exequens.

[n] ſup. cap. 5. §. 6. lit. G.

[o] quia Iudex capiens res alienas, quas tamen tenetur cuſtodire, plus peccat. frat. Medi. lib. primo, cap. 9. §. 2. Medin. C. de confeſſ. fol. 53. colum. 3. de prelato religionis. Ait reuera ſecluſo ſcandalo, non tenetur id explicare Palac. diſtinct. 16. quæſt. 3. quia non grauat multum.

[p] Caietan. verb. confeſsio quod Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 73. artic. 8. ait quòd ſe tenet ex parte obiecti: & minor quantitas culpæ eſt in tactu impudico qui eſt via. 2. quantitas ſucceſsiua grauat in indiuiduo, dum eſt magna mora temporis. 3. quantitas nimiæ intenſionis, vt ſi cum furioſa rabie percuſsit. 4. diuerſa præcepta eiuſdem ſpeciei vt duplex ieiunium aut feſtum in vno die. 5. quando effectus latet in virtute cauſæ, vt ſi expoſuit ſe temere periculo mortis per legem comminatæ, prima ſecundæ, quæſtio. 73. 8. & qui conculcat ſegetes quæ erant in virtute, Nauarro. capit. decimo ſeptimo, num. 27. aut in cauſa non vitauit periculum homicidij, licet non ſequatur frequenter, ſed hic & nunc poſitis his circunſtantijs. frat. Medin. prima ſecundæ, quæſtio. 74. quarto, niſi habeat magnum ius ad cauſam, vt pro neceſſaria ſui defenſione, vide Nauarro, capit. ſexto, num. 12.

q ſcan-



cui nimis nocuit: ſi alapam impegit in publico cum ſcandalo, [q] ſi fuit mortis cauſa contra iuſtitiam cum obligatione reſtitutionis: aut ſine hac quia peccauit contra caritatem & miſericordiam tantum, omittens eleemoſynam dare extremè indigẽti: aut ſi res furto ablata ſit ſacra [r] vt calix, quod pertinet ad ſpeciem ſacrilegij. Additur circa quid, [s] ſeu circunſtantia cui, quę interdum mutat ſpeciem, vt ſi iniuria illata eſt Patri, [t] principi vel ſacerdoti: ſi cognouit virginem vel coniugatam. grauat vero ſine mutatione ſpeciei, ſi affectus iniuria ſit benefactor aut vir nobilis. hæc circunſtantia conſideranda eſt etiam reſpectu actus interioris. 3. cur, id eſt, propter quid, intelligitur de fine extrinſeco [u] qui accidentaliter addit malitiam moralem alterius ſpeciei, pręter malitiam proprij obiecti. vel ſi in re temporali vt honore, aut in peccato de ſe veniali peccator conſtituat finem vltimum, [x] id eſt, quando ita amat vt formaliter proponat propter eius conſecutionem aut conſeruationem facere peccatum mort. in genere. [y] interdum finis pertinet ad eandem ſpeciem, vt ſi ab vno rapiat inſtrumentum vt clauem adulterinam, qua poſsit ab altero ſuffurari pecuniam. [z] item 4. Quomodo, vt fortiter, velociter: & de intenſione actus, & conatu. [a] ſed quia ſecluſa duratione longi temporis aut quantitate obiecti, non poteſt certo cognoſci conatus intenſionis qui latet in corde, ſatis eſt confiteri, magno conatu habere odio inimicum: hinc enim ſæpe oritur vt repetat improbos affectus contra inimicum, & diu in illis maneat: aut vt optet inferre ingens malũ ex parte obiecti. 2. huc pertinet peccare ex ſcientia & malitia: nam ignorantia licet culpabilis vel paſsio ingens appetitus excuſat à tanto. ſed quia nimis non grauat ſcientia, [b] non tenetur pœnitens explicare in confeſsione. 3. ſi tamen peccet ex conſcientia erronea dictante aut dubitante aliquid eſſe mort. quod vere non eſt, tenetur confiteri: [c] quia conſcientia

[q] ſcandal[illegible] ſt noua ſpecies. 1. ſi ſit ſub generali motiuo inducendi proximũ in peccatũ mort. Bañes cum Diuo Tho. 2. 2. q. 43. 1. ad. 4. vbi Caiet. a. 3. & q. 36. art. 6. col. vlt. Palac. d. 16. q. 3. ſummiſt. verb. ſcandal. Naua. ca. 6. nu. 19. ca. 14. nu. 31. 2. quando per opus de ſe bonũ aut indifferens dat occaſionẽ peccati mort. Bañes artic. 4. Nauarro. Caietan. & D. Thomas 1. 2. q. 18. artic. 10. q. 73. artic. 8. vbi fr. Med. & lib. 1. inſtruct. capit. 14. §. 16. quia nõ eſt alia ſpecies peccati ad quam reducatur. At. 3. in omni peccato externo ineſt de ſe gñralis circunſtãtia ſcãdali, contra ędificationẽ & caritatem pximi, quamuis non intendat ſcandalizare: & hoc grauat ſed non mutat ſpeciem D. Thom. 2. 2. quæſt. 43. 4. & 1. 2. quæſt. 73. 8. ad tertium vbi fra. Med. de illo qui occidit animam proximi ſed id non intendit. Caietan. verb. ſcandalum Cord. caſ. 5. Petrus Soto. de confeſſ. lect. 9. At quidam putant addere nouam ſpeciem, quando ſit à tali perſona hic & nunc. quæ indirecte inducit in ruinam fratris, Bañes, art. 4. frat. Medin. vtrobique Nauar. cap. 6. nu. 19. cum Adrian. quæſt. 4. de confeſſ. Palud. & Maio. d. 17. Caſtro. 1. de iuſt. hæreti. punit. cap. 20. Soto. lib. 6. quæſt. 1. artic. 5. Cou. reg. peccatum. in princ. ex Rom. 14. peccantes in fratres. Alexand. Richard. Antoni. Victor. Mant. Peña fauet D. Thomas. 2. 2. quæſt. 43. 1. ad. 4. ſed reſpondetur quod cum ſcandalum habeat motiuum generale, quod eſt commune omni peccato externo, non dat ſpeciem, niſi ſpecialiter intendatur, vt dictum eſt. ſic enim in furto non eſt ſpecies contra caritatem cum odio virtuali & auerſione Dei, aut contra obedientiam cum contemptu legis & ſuperba reſiſtentia, aut contra ſpiritualem vitam animæ cum prodigalitate bonorum ſpiritualium: niſi id intendat vt motiuum generale Nauar. cap. 11. nu. 4. verſ. 5. Caiet. 2. 2. quæſt. 36. art. 6. col. vlt.

[r] D. Thom. de mal. quęſt. 2. art. 6. Nauar. ca. 6. nu. 9. §. 11.

[s] hoc addit Ariſto. 3. Ethico. capit. 1. & Doct. in materia de reſtitutione, dum agunt cui fiet

[t] Nauar. cap. 17. nu. 28.

[t] D. Thom. 1. 2. quæſtio. 73. a. 9.

[u] finis eſt potiſsima circunſtantiarum 1. 2. quæſt. 7. ar. 4. Nauar. ca. 6. nu. 5. addit Pet. Sot. lect. 9. qui furatur claues vt furetur numos, eſt duplex numero furtum: at furari ad ſuſtentandos filios, non addit quid notabile.

[x] Caieta. 2. 2. quæſt. 132. Vide frat. Medin. 1. 2. quæſt. 1. artic. 7. quando peccator in amore ſui cõſtituit finem vltimum. & Bañes. 2. 2. q. 19. a. 3. de timore mũdano.

[y] quia hoc peccatũ ad nullam aliã ſpeciem reducitur, ac ſubinde eſt ſpeciale contra caritatẽ Dei & ſui. Caiet. cum Diuo Thoma. 1. 2. q. 84. artic. 4. & 5. & 2. 2. quæſtione. 132. articulo tertio, quæſtio. 148. art. ſecundo. Nauar. prælud. 9. num. decimo ſexto. capit. 23. num. decimo quinto. 119. at ex eo quod aliquis rem de ſe bonam. vt honorem diligat immenſè, non cenſetur conſtituere finem vltimum in illa creatura: nec peccat mort. niſi intendat facere peccatum mort. propter hoc. aut ſe exponat periculo illius.

[z] Petr. Soto. lect. 9. ait eſſe duplex peccatum.

[a] huc pertinet intenſio & non ad. 2. circunſtan.

[b] vt ſi contra Dei frequentem inſpirationem, & contra veræ conſcientiæ remorſum. Adrian. quæſt. 4. de confeſſ. & Medin. C. de confeſſ. putant eſſe duplex peccatum. ſed falſo, contra Caietan. & Diuum Thomam. 1. 2. quæſt. 77. Nauarr. cap. 6. num. 12. cap. 14. num. 26.

[c] Nauar. cap. 6. num. 12. prælud. 9. num. 9. communis. 2. diſtinct. 39. Diuus Thomas. 1. 2. q. 19. art. 5. vide art. 6. ad tertium & Doctor. in id Rom. 14. quod non eſt ex fide peccatum eſt. (.i. quod eſt contra conſcientiam) vt ibi exponunt Chryſoſtom. Theoph. Oecum. vtraque gloſ. habetur capit. omnis. 28. quæſtio. 1. Martin. lib. 10. hyp. reg. 11. Diuus Thomas, ſup. & communis Scholaſt. Cord. libr. 3. quæſt. 4. quare ſine cauſa Soto. lib. 2. de nat. & gratia. cap. 6. reijcit hanc expoſitionem, quaſi ſolius Pighij.

 d Ambr

d Ambroſ. lib. de paradiſo Lauren. Iuſtini. lib. de contemptu mundi. ca. 3. ſic ſumitur conſcientia. 1. Corint. 4. & Tit. 3. delinquit proprio iudicio condemnatus. e D. Th. d. q. 19. a. 5. ad 3. Dur. Gab. Cord. lib. 3. q. 4. col. 4. q. 6. propoſ. 5. q. 10. & libr. 2. q. 23. Nau. c. cõſideret. de pœnitẽ. d. 5. not. 6. c. ſi quis autẽ de pœnit. d. 7. nu. 135. (cont. Adr. q. 4. de confeſ.) At reuera erronea cõſcientia non obligat, niſi vt deponatur: iuxta id eccleſ. 17. ne demoretis in errore. D. Tho. q. 19. 6. ad 3. Bonauent. 2. d. 39. ar. 1. q. 3. Dur. q. 1. Gabrie. Angeſt. in moral. c. 7. nam abſolute ad oppoſitũ obligat lex Dei. indiſpenſabile tamen eſt vt liceat agere contra conſciẽtiam firmiter dictãtem (i. vel le id quod putat habere rationem mali.) D. Thom. q. 19. 5. ad 2. Adrian. quodl. 2. ar. 3. Cordub. lib. 3. quæſt. 10. contra Okam. 1. d. 19. & Andream de caſtronouo. 1. diſt. vlt. Alm. tract. 3. moral. cap. 15.

ligat ne fiat contra illam, niſi rationabiliter deponatur: ſtante enim dictamine conſcientiæ facit contra rationem formalem præcepti, quod falſo concipit: ſic enim opinio noſtra ait B. Ambroſ. nobis legem facit. [d] ſed quia peccatum iſtud eſt contra id ſpeciale præceptum & ſpeciem virtutis, ac ſi obligaſſet, [e] ſatis videtur ſic confiteri, feci furtum nempe dum rapui quod reputabam eſſe alienũ: aut violaui feſtum, quando ex errore putãs eſſe feſtum omiſi miſſam, & laboraui. eſt tamen ſpeciale peccatum contra cõſcientiam, quando circa res indifferentes fit, vt ſi dictet leuare feſtucam eſſe mor. peccatum in genere, nec tamen determinat vllam ſpeciem peccati: [f] vt de illo dictum eſt, qui pro honore & ambitione decreuit facere peccatum mort. ſi opus ſit non determinando ſpeciem peccati. 4. ad modum pertinet peccare ex conſuetudine: qui enim reincidit nõ reſiſtẽs cõſuetudini aut occaſioni proximę, [g] vix habet decẽs propoſitũ emẽdationis.

5 Vbi, interdum mutat ſpeciem, vt ſi peccat in publico loco cum intentione ſcandali: vel ſi infert iniuriam loco ſacro. [h] quidam [i] generaliter putant quodcunque peccatum externum ſi fiat in eccleſia addere nouam ſpeciem ſacrilegij, contra reuerentiam loci. at reuera in multis peccatis quæ quis facit aut facere vult in eccleſia, vt periurio vel detractione, non additur ſpecies nec magna grauitas ex loco. ſed ex iure poſitiuo fit ſpecies ſacrilegij contra locum: [k] 1. dum eccleſia violatur voluntaria & culpabili effuſione humani ſeminis, [l] etiam extra vas. 2. violẽta & iniuſta effuſione humani ſanguinis, [m] vel dũ ſuffocat hominẽ ſine ſanguine effuſo. 3. dũ furtũ fit de rebus quę ſunt ſubſpeciali cuſtodia eccleſię & Dei: [n] Deus

f Nauar. Doct. ſup. ignorantia tamen de articulis fidei, & rebus ſuo ſtatui neceſſarijs, eſt peccatum ſpeciale. Caietan. & frat. Med. cum Diuo Tho. 1. 2. quæſt. 76. 2. ad. 1. Cord. lib. 2. q. 26. cum Gabr. Almain. & eſt cont. virtutem ſtudioſitatis. 2. 2. quæſt. 162. 2. ad. 3. præter ſcientiam eſt modus, vt ſi cum violentia aut fraude peccatum fiat (vt in rapina & raptore fœminæ) Cord. caſ. 13. aut ſi quis à clerico euchariſtiam deferente auferat per vim, aut de altari rem etiam paruam, peccat mort. ſi fraudem faciat in contractu, aut in palliatione vſuræ & ſimoniæ: aut ficto conſenſu decepit fœminam.

g ſup. lib. 1. de pœnitentia. cap. 24. §. 4.

h locus ſacer non dicitur omnis qui gaudet immunitate vt oratorium ab epiſcopo deſignatum: nec vero locus benedictus, vt dormitorium & cãpanile monaſterij. Nauar. cap. 16. num. 3. cap. 25. num. 17. 18. ſed locus benedictus cum deputatione ad officia diuina, vel ſepulturam: vt eccleſia cum cœmeterio & capellis benedictis, Cord. caſ. 12.

i Sylueſt. confeſsio. 1. §. 10. cum Anton. aſpectus impudicos, & cogitationes de furto & homicidio, quæ habentur intra eccleſiam, eſſe confitendas: licet non ſint de eo peccato inibi committendo. & ſane addit quandam irreuerentiam Nauar. cap. 6 numero, nono. decimo. contra Med. C. de confeſſ.

k communis, Cano de pœnitentia. part. quinta. Petr. Soto. lect. 9. Nauar. cap. conſideret. nume. 21. Victor. §. 194. Nauar. cap. 6. num. 10. Caieta. tom. 1. opuſc. 31. quæſtio. 12. dub. 2. ſummiſt. verb. ſacrileg. Alcoc. cap. 20. cum Alexã. 2. par. queſt. 188. videtur D. Tho. & Anton. ſed ea addunt ſpeciem, quæ directè contrariãtur ſanctitati loci aut immunitati. concil. Lugdunen. capit. decet. de immunitate eccleſ. in. 6.

l Nauarr. cap. 6. num. 4. 9. 10. cap. 27. nu. 25. & vlt. edit. num. 256. etiam dum cõiugati in loco ſacro vtuntur actu matrimoniali. Nauar. frat. Medin. lib. 2. cap. 16. §. 14. Soto.

m Nauar. cap. 27. nu. 252. capit. 25. num. 83. Sylueſt. conſecratio. 2. §. 5. Tabien. conſecra. 2. §. 3. cum Pan. Hoſt. capit. propoſuiſti. de conſecr. eccleſ. Diuus Thomas. 3. part. quæſtio. 83. 3. ad. 3. Selua de benef. quæſtio. 5. par. 1. num. 168.

n vt primo furtum rei ſacræ vt calicis: & rei dedicatæ in cultum diuinum, licet fiat de loco non ſacro. Turrecrem. & communis cap. ſacrilegium. 17. quæſt. 4. Nauar. cap. 6. num. 4. Tabien. Angel. Syluest. verb. ſacrileg Armil. §. 2. Caietan. & alij ſummiſt. verb. immunitas Cord. caſ. 13. Victor. §. 194. Recent. cum Diuo Thoma, 2. 2. quæſtio. 99. 3. item. 2. ſi furatur rem non ſacram, ſed quæ erat ſub cuſtodia eccleſiæ. Caieta. opuſc. Nauar. nu. 4. Victor. §. 176. Soto. diſt. 18. q. 2. 3. concl. 4. ſed neuter incurrit excommunicationem. Angel. furtum. §. 52. qui tamen crumenam audientis miſſam in eccleſia furatur, non eſt ſacrilegus. L. Diuus. ff. ad. l. Iuliam. de pecul. 3. Quidam aiunt effringere fores eccleſiæ ad furandũ eſſe ſacrilegium, & hic fit excommunicatus Nauarro. cap. 27. num. 94. Turrecrema. cap. nullus. 17. q. 4. Syluest. Tabien. Armil. verb. ſacrileg. Antoni. Viguer. At reuera non eſt formaliter ſarileg. Angel. verb. ſacrileg. Palac. diſtin. 16. quæſt. 3. item. 4. exercere actus prophanos in eccleſia, vel cœmeterio: vt, triturare ſegetes, comprimere vuas, mercatum facere, repræſentare comœdias nimis laſciuas. Angel. Syluest. Tabien. verb. immunitas Syluester. primo. §. ſecundo. verſ. 2. Armil. verb. ſacrilegium. Cord. caſu. 190. facit Soto. lib. 2. iuſt. q. 4. ar. 4. & 5. exercere actus iudiciales, præſertim in cauſa ſanguinis, Nauar. c. conſideret nu. 112. Turrec. cap. quiſquis in atr. 17. q. 4. quæ colliguntur ex c. decet, cap. cum eccleſia. de imm. eccle. in. 6. vbi gloſ. 6. ſi fiat ibi conuiuium magnum: actus bellicus: & immunditiæ naturales notabiles, abſq; neceſsitate. DD. ſup.



enim habet ſpecialem rationem dominij & cuſtodiæ ſibi commiſſæ, vt rem liberet ab iniurijs, quare generica ratio furti quæ fit inuito domino, determinatur per ſe ad ſpeciem ſacrilegij, dum ſic ſpecialis Dominus aut cuſtos eſt Deus cui debetur religio. 4. ſi iudex contra immunitatem eccleſiæ extrahat reum fruentem priuilegio immunitatis [o].

6 Circunſtantia temporis aliquando grauat peccatum: primum ſi tempore ſacro, vt in ſolenni feſto aut hebdomada ſancta fiat peccatum externum. & multi [p] putant neceſſarium eſſe id exprimere in confeſsione: ſed reuera non grauat notabiliter, nec tenetur explicare in confeſsione [q]. quia dum ſub tertio præcepto prohibetur opus certum nempe ſeruile, non includitur omne peccatum, vt quod ſolo animo liberali perfici poteſt: Sed eo præcepto & tempore eccleſia determinat certum cultum diuinum audiendi ſacrũ, nec tunc homo tenetur ad alias orationes. peccatum vero quanuis videtur cõtra finem tertij præcepti remotum, cum ſit contra Dei dilectionem & debitum cultum & obedientiam, nõ tamen contra finem proximum & propriam materiam tertij præcepti: quæ ſola cadit ſub obligatione præcepti. 2. huc reducitur temporis duratio. ſupra c. 5. §. 3. cuius mora ſi valde notabilis ſit, vt inimicitia per menſem aut annum confitenda eſt: præſertim quia incertum eſt an in tanto tempore per interruptionem ſint multiplicata odij peccata. mora vero communis vt per horam vel diem (quanuis augeat grauitatem, ſicut & intenſio) non eſt neceſſario confitenda. 3. ſi vno die incidat duplex feſtum, aut duplex ratio ieiunij. ſu. c. 5. §. 6. quidã aiunt confitẽda quaſi duo peccata contra duo præcepta, ſed reuera vnum eſt, quia vna virtus religionis vel temperantiæ ſub eadem ratione formali obligat: nec præcepta ſubordinata aut eiuſdem rationis multiplicant peccata, quanuis augeant obligationem & grauent peccatum.

7 Quibus auxilijs. primo ſi ad peccatum duo ſocij ſe mutuo iuuent, adeſt ſcandalum præter propriam ſpeciẽ peccati. Si quis vtatur mediatrice [r], qua ſolicitat honeſtas fœminas nõ paratas. qui tamen vtitur expoſita meretrice aut ſocio parato ad furtum, non oportet amplius exprimere quam fornicationem aut furtum: quia moraliter non cenſetur cauſa inducens, nec multum variat iudiciũ confeſſoris. qui tamen vtitur homine parato vt maleficium ſoluat alio maleficio cum pacto dæmonis, tenetur explicare [s]: & qui per paratum occidit inimicum [t], aut intulit alteri iniuriam: quia ſe & mediatorem fecit obnoxium reſtitutioni ob peccatum iniuſtitiæ.

## CAP. VII.

### Circunſtantiæ quæ mutant ſpeciem moralem ſunt neceſſario confitendæ.

§. 2. *Et quando de veniali facit mortali.*

3 *Quæ extenuat nec tamen tollit culpam eſſe mortalem, cur poſſit taceri.*

4 *Grauantes quaſdam non tenetur exprimere.*

5 *Probabile eſt in praxi non obligari ad circunſtantias quæ non*

o Nauarr. cap. 6. n. 9. §. 11. & ca. 25. n. 19. & ſeq. D. Tho. 2. 2. q. 99. art. 3. DD. ſup.

p Vt citatum eſt ſup. tenet Cord. lib. 1. q. 18. & quæſt. 6. cum Alexan. Bona. 3. diſt. 37. in lit. Alber. diſt. 33. Scot. d. 27. q. 1. Gabr. q. 1. & in 4. d. 17. conc. 4. Maior. 4. d. 12. q. 6. Pet. Soto. lect. 9. Gerſon. Alphab. 31. T. Med. quæſt. de circunſtã tia loci & tẽporis. Catharin. li. 5. contra Caietan. Adria. quodlibet. 8. ar. 1. G. & de confeſſ. q. 4. Abulen. Exod. 9. q. 11. ſi. q. 12. vbi Lyr. Anto. 3. p. titu. 14. capi. 19. §. 7. Angel. feriæ. §. 36. Roſel. §. 6. & confeſsio 2. §. 7.

q Soto. d. 18. q. 2. 4. lib. 2. iuſt. q. 4. art. 4. Cano. p. 5. & ad. 4. Caiet. opuſ. 17. q. 12. Tabien. feriæ. §. 15. circunſt. §. 11. vbi Armi. §. 9. Nauar. c. 6. n. 9. c. conſideret. n. 22. Almain. 4. diſt. 17. q. 1. art. 2. Victor. §. 195. cum Nider. Palac. d. 16. q. 3. Fr. Med. li. 1. c. 9. §. 2. & 12. q. 7. a. 3. Ledeſ. 1. p. q. 16. a. 6. du. vlt. ad. 2. Couar. c. alma. 1. p. §. 5. n. 3. Alcoc. c. 17. & ſibi contrarius Abulen. Exod. 12. q. 24. omnes recent. Theolog. alias auferenda eſſent multa feſta, ne eſſent occaſio tot peccatorum. nec D. Thom. 2. 2. q. 122. 4. ad. 3. intendit niſi quod quantum ad finem pręcepti minus decet peccatum, quã opus ſeruile. addit Fr. Med. li. 1. c. 9. cõfitẽdam eſſe. 1. ſi enorme crimẽ fecit die veneris ſancti. 2. ſi dũ ibat ad implendã pęnitent. 3. Fr. Med. 1. 2. q. 7 a. 3. ſi die cõmunionis fornicetur. ſed hæc non ita grauant, vt obligetur cõfiteri. Palac. Alcocer. niſi fiant ex intẽtione violandi feſtũ, & in cõtemptũ illius. Caiet. 1. 2. q. 7. art. 1. Naua. c. 6. n. 9. §. 9. fin.

r Nau. c. 16. n. 13.

s Nau. c. 11. nu. 29.

t quæ tamen ratio nõ cõuincit ſecluſa reſti. adde quibus auxilijs, ſeu inſtrũ. F. Med. 12. q. 7. a. 3. ſi vtit extra ordin. fraud. ad peccatũ. 2 in venat. ferarũ prohibet lex inſtrum. arcabucij. Palac. d. 16. q. 3. aut venari perdices cũ boue, vel cũ lucerna. Nauar. c. 17. n. 128. Auendaño de venat. n. 61. Med. C. de reſt. q. 12. Perez. l. 40 tit. 19. li. 8. ord. vid. Cord. caſu. 121. Itẽ. 3. in bello prohibetur Chriſtianus afferre infideles auxiliares. F. Med. li. 1. c. 9. §. 2. Bañes cum Caiet. 2. 2. 40. a. 1. du. 3. niſi in caſu neceſſario. Mai. 4. d. 15. q. 15. Syl. bell. 1. § 8. ver. 3. Arm. §. 41.

## CAP. VII.

*mutant ſpeciem, quia non grauant infinite.*

*6 At probabilius eſt oppoſitum.*

Secundum fidem oportet explicare in confeſsione primum eas circunſtantias quæ in genere moris mutant ſpeciem mortaliter [a], 2. quando de veniali facit mortale. ex grauitate obiecti etiam intra eãdem ſpeciem, vt ſtatim dicetur: quia Chriſtus ſuo præcepto de confeſſionis integritate voluit vt omnia mortalia explicentur. rurſus 3. quando actus ſonat malũ mortale à quo tamen excuſatus eſt homo, ſi ſponte vult confiteri id, tenetur exprimere excuſationem [b]: vt quod occidit cum aliqua ira ſed in defenſionem vitę aut honoris: quod aliquomodo exceſsit in furto, ſed in extrema neceſsitate: quod omiſit miſſam feſti vel ieiunium ſed ex cauſa. 4. quando bonum opus fit peccatum mortale, ex fine extrinſeco aut ſcandalo [c]. 5. ſi de vna ſpecie fit alterius ſpeciei, vt cum coniugata, iam non eſt fornicatio ſed adulterium. ſi tamen confeſſarius nouit ſtatum pœnitentis puta eſſe coniugatum aut religioſum [d], ſatis intelligitur ſpecies quanuis eam vocet alieno & generali nomine fornicationis. 6. quando peccatum fit duplicis ſpeciei mortale. vt ſi homicidium fit in eccleſia. ſup. cap. 6. aut ſit clerici, additur noua ſpecies ſacrilegij.

2 Quando de veniali fit mortale grauat infinite ratione auerſionis: & quidam [e] putant furtum mortale (in quo ipſa auerſio & odium virtuale Dei eſt aliquo modo voluntarium ſaltem indirectè) differre ſpecie à furto veniali. At reuera nõ differunt ſpecie [f]. ſic veniale fit mortale ob finem aut ſcandalum, aut quid ſimile: vt ſi propter delectationem cognouit vxorem affectu meretricio [g], vel ſi religioſus regulas aut iuſſa contemnat [h]. 2. quando mortaliter mutat ſpeciẽ moris propter nouam cauſam auerſionis & ſpecialem repugnantiam cum ratione [i]: vel ſi diuerſis præceptis variarum virtutum prohibeatur, vt qui ieiunium præcepti ſimul & voti fregit contra temperantiam & religionem. Si peccatum habet excommunionem annexam eſt contra ſpecialem virtutem obedientiæ [k], aut ſi religioſus in eo peccat etiam contra votum obediẽtiæ. at qui falſo putat annexam eſſe excommunionem peccat duplici malitia, nec tamen propter conſcientiam incurrit excommunionem [l]: conſcientia enim erronea ad illud præceptũ virtutis reducitur de quo ſpecialiter dictat. dum tamen caſus eſt ſuperiori reſeruatus ſed abſque excommunione, explicãdus eſt non quia addat nouam ſpeciem [m], ſed vt confeſſarius aduertat an habeat iuriſdictionem in illum.

3 Circunſtantiam quæ extenuat retenta eadem ſpecie nec tamen tollit rationem culpæ mortale. poteſt quidem inculpate [n], ſed non tenetur exprimere [o]. dum modo nec ſponte, nec à confeſſario rogatus proferat vllum mendacium: vt ſi in fœminam aut duellum conſenſit quia prouocatus, ſi à non parato petijt mutuum ſub vſuris vt paruæ neceſsitati aut honori conſuleret, cui tamen dedit cauſam ſcandali. licet enim multum minuat, ſed tanta eſt auerſionis mortalis malitia, vt quanuis pœnitens excuſationem illam non explicet, vix digne exprimatur.

4 Quaſdam circunſtantias ſine

[a] De fide concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. can. 7. Nauar. cap. 6. n. 7. & prælud. 9. num. 6. & omnes Doctores.

[b] vt probat Nauar. c. 6. n. 6. fin. quia confeſſ. debet eſſe fidelis. i. Vera. ſup. cap. 5. Bon. d. 17. q. vlt. a. 5. Gabr. art. 2. con. 4. Vict. §. 162. Cano relect. de pœnit. p. 5. Sot. Sylu. & cõmunis, vt ſi quis occidit parentem putans eſſe extraneũ: aut cognouit fœminam ignorans eſſe cognatam, ſatis eſt confiteri quod hominem occidit aut cognouit ſolutã.

[c] Sup. c. 6. §. 3. Q.

[d] Sot. d. 18. q. 2. 4. Medi. de confeſ. fo. 53. co. 4. Fr. Med. lib. 1. c. 9. §. 1. Naua. c. 6. nu. 11. c. cõſideret. in princ. n. 60. Palac. d. 16. quæſt. 3.

[e] Vega. lib. 14. in Trid. c. 3. lib. 16. c. 11. Nauarr. prælud. 9. n. 6. c. 17. n. 3. Alexan. Aureol. Dur. 2. diſt. 41. q. 5. Bon. 4. d. 21. q. 1. ibi Rich. Scot. idem Carthu. 2. d. 43. q. 2. videtur enim eſſe aliud obiectũ formale, quod ſumitur ab vlt. fine operantis cum quodã contemptu legis diuinæ, dicit D. Tho. 1. 2. q. 74. 9. ad. 3. at Veniale nõ eſt proprie contra finẽ. D. Tho. 1. 2. q. 88. 1. ad. 1.

[f] D. Tho. 1. 2. q. 72. 5. q. 87. 2. ad 6. Couar. c. alma. 1. p. §. 10. n. 9. quia effectus peccati. i. reatus pœnæ non pertinet ad ſpeciem, & tamẽ Chriſtus iubet confiteri omne mortale, vt fatetur Nauar. c. 6. nu. 3. quia furtum non ex accidenti ſed ex genere eſt mortale.

[g] D. Tho. add. q. 49. a. 6. cũ Hiero. c. origo. 32. q. 4. vbi glo. Palu d. 31. q. 3. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 1. Nau. c. 16. n. 23. fi. Specul. coniug. 3. p. a. 16. con. 3. Perez. li. 1. tit. 1. li. 5. ord. pa. 22.

[h] Caiet. 2. 2. q. 186. a. 9

[i] D. Tho. 1. 2. q. 18. a. 11. vbi Fr. Med. & d. 16. q. 3. 2. 3. Dur. q. 4. Rich. Sco. d. 17. q. 2. a. 2 Nau. c. 6. ſed difficile eſt ex hac regula id noſſe.

[k] Nauar. c. 6. n. 8. (cõtr. Cord. caſ. 11) cum Nauar. Palac. rub. c. per veſtras, in princ. tex. §. 18. nu. 18. Cou. c. Alm. 1. p. §. 6. n. 3. Perez. l. 1. ti. 3. lib. 3. ord. verſ. 9. dies:

[l] Vict. tit. de excõm. §. 9. Cord. caſ. 11.

[m] Cõmunis & ſic eſt limitãdus Nau. c. 6. n. 7. fin.

[n] Cano. p. 5 Nau. c. 6. nu. 6. retractans quod dicit c. conſid. n. 5. Bon. Palud. Syl. inf. Gabri. d. 16. cõ. 4. ad fi. ſum. conf. li. 1. tit. 4. c. 6. Armi. circũſt. §. 2. Ang. cõf. 1. nu. 3. Anto. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 7. Pala. d. 16. q. 3. Viguer. c. 26. § 4. verſ. 17. Angl. p. 287 289. Ekius to. 4. ho. 36. Med. C. de cõf. f. 53. Gerſ. alphab. 41. F.

[o] Nau. in quo vera eſt ſententia Cano. p. 5. f. 78. Soto d. 18. q. 2. a. 4. & id decentius putat Bon. d. 17. q. vlt. Palud. d. 16. q. 3. a. 3. Syl. confeſ. 1. §. 9. Ledeſ. 2. p. q. 8. a. 4. dub. 3. Alex. 4. p. q. 18. alias 77. m. 4. ar. 3. §. 2. Turrecrem. c. 1. de pœnit. d. 5. in princ. n. 13. Fr. Med.



noua ſpecie aggrauantes poteſt & expedit, ſed non tenetur exprimere [p]. Primum vt ſi magna conatus intenſione, vel per horam aut diem exarſit in peccato libidinis & iræ: & generaliter quæ parum grauant intra eandem ſpeciem. Item ſi propenſus in furta concupiuit varias res diuerſi valoris, ſatis videtur ſi adhærens probabili opinioni dicat ſe toties concupijſſe res alienas in magna quantitate: ſi tamen proximum læſit furto, exprimat quantitatem vt confeſſor aduertat an ſtatim & quo ordine reſtituet, & an nouum peccatum admiſit diu retinens, quod oblata ſæpius occaſione debuit reſtituere. Similiter ſi longo tempore vt per annum, fouit inimicitias, ſatis explicari non poteſt numerus quo forte animum interrupit, & ideo eſt exprimenda mora temporis, vt de meretrice dictum eſt. cap. 5. ad fin.

5 Ad circunſtantias quæ tantum grauant putant graues Doctor. [q] noluiſſe Chriſtum obligare confitendas: quia non videntur grauare infinite, dum ſpeciem non mutant [r]. quæ valde probabilis ſententia, in praxi admitti poteſt: primum in peccatis internis quæ proximo nihil nocuerunt [s]: 2. vt taceatur talis circunſtantia, ne confeſſarius veniat in notitiam complicis [t]. 3. ſi ſcrupulo ſuo ſemel ac iterum abſolutus reuertatur cum tædio, vt huiuſmodi circunſtantias oblitas repetat, hunc confeſſarius iubere poteſt eſſe pacatum: 4. de mora temporis & intenſione actus & alijs ſimilibus.

6 At probabilior & tutior eſt illorum opinio qui aiunt confitendas circunſtantias notabiliter aggrauantes [u]. præſertim ex parte obiecti materialis, vt de quantitate furti, & iniurijs operis: ita tamen vt ſi reus non exceſsit conſuetum modum in eo peccati genere, ſatis explicatus confeſſario intelligatur actus ſimpliciter dictus. dum vero exceſsit nimis modum ordinarium peccati, explicet [x], quia non ſatis illud communi verbo intelligit confeſſarius. Conſtat vero inter-

Fr. Med. lib. 1. c. 9. §. 1. Victor. §. 175. Soto enim in 1. & 2. exemplo quod affert, non ait quod tenetur, ſed quod poſsit confiteri: addit tamen aliud exemplum, in quo peraccidens dicit teneri.

[p] Fatentur fere omnes DD.

[q] DD. 4. diſt. 16. D. Tho. q. 3. ar. 2. 5. Dur. q. 4. nu. 15. Palud. q. 3. a. 3. n. 17. Palac. q. 3. Gabriel. æque dubius eſt alij d. 17. Bonau. q. vlti. Almain. q. 1. a. 2. Carthu. q. 2. alij dubij videntur nec ſatis explicant vt Rich. ar. 3. q. 5. Scot. q. vni. a. 2. Gabrie. q. 1. art. 2. tenet. Caieta. tract. 5. de conf. q. 5. Adrian. q. 4. de confeſ. ar. 2. Med. C. de confeſ. q. de circunſt. fol. 52. Anto. 3. p. titu. 17. c. 17. §. 5. titu. 14. c. 19. §. 7. Angel. cõfeſsio. 1. §. 20. Tabien. circunſtan. §. 7. & 8. ſupponit gloſſ. capit. conſideret. de pœnitent. diſtin. 5. vbi Turrecrem. cap. 1. princip. nu. 11. & in cap. 2. de pœnitentia. d. 6. Sylueſt. confeſ. 1. §. 9. (ſed in fine limitat.) Armi. §. 22. & circunſt. §. 4. Viguer. cap. 16. §. 4. verſ. 14. & ex profeſſo. Nauar. cap. 6. nu. 3. & 7. cap. conſideret late à num. 5. item Palac. d. 22. fin. Couarru. 1. p. ſpon. cap. 1. num. 14. & propendet Sarm. lib. 1. ſelect. c. 7. ad fi. quibus fauet conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. can. 7. tradens enim omnia neceſſaria ad bonam confeſsionẽ in hoc ſuaui pręcepto Chriſti, ſolum declarat obligari ad confitendas circunſtantias quæ mutant ſpeciem. item Victor. §. 176. & Ledeſ. 2. p. q. 8. a. 4. dub. 5. fatentur eſſe ſententiam valde probabilẽ in praxi. nam vt quantitas intenſionis durationis, aut temporis ſacri non obligat, (nec circunſtantia ingratitudinis D. Thom. 3. p. q. 88. 4. Soto. diſt. 16. q. 1. 4.) ita in concupiſcentia interna furti magni, nõ videtur obligare circunſtãtia: & tamen in furto exteriori aiunt obligare per accidens, ratione reſtitutionis.

[r] Sed ait Soto quod ſi D. Tho. in ſum. ſenior perfeciſſet materiã de pœnitentia, mutaſſet ſentent. quia quantitas furti longe maioris grauat infinite. At ſanè non mutaſſet, quia D. Tho. in ſum. 1. 2. q. 88. 5. & 2. 2. q. 110. 4. ad. 5. generaliter negat circunſtãtiam grauare infinite, niſi mutet ſpeciem. quare furtum ratione quantitatis additæ (quia non habet niſi vnicam auerſionem) non addit niſi finitam malitiam obiecti. inf. cit. Q. de inceſtu cum matre, explicandum eſt quia mutat ſpeciẽ. inf. c. 8. E.

[s] Quod ſi cõfeſſarius tũc vrgeat, vt exprimat circũſtãtias: poteſt pœnitẽs doctus dicere, ſe cũ pręparatione iã expreſsiſſe omnia neceſſaria.

[t] Inf. c. 9. & Naua. c. 7. vt ſi cõcubuit cum matre & periculum ſit magnæ infamię in matre, ſat eſſet dicere, feci inceſtum grauem; aut in primo gradu: vel dicat cõſenſum tacito opere.

[u] Catec. Pij 5. Caniſi. cate. 2. p. c. 5. de cõf. q. 41 Marſil. 4. q. 12. a. 1. in 1. p. illi⁹. Maior. d. 17. q. 4. videtur Gab. q. 1. a. 2 cõ. 4. ſed dubi⁹ eſt. Caie. verb. in gratitud. fi. confeſ. cond. 15. & ſentit. 1. 2. q. 7. a. 1. vbi Fr. Med. & li. 1. inſtru. c. 9. §. 1. Sot. d. 18. q. 2. a. 4. con. 7. late Victo. §. 176. Ledeſ. 2. p. q. 8. a. 4. du. 5. Pet. Sot. ti. de conf. integ. lect. 9. Fr. Luis en ſu memorial. f. 125. Alco. c. 10. Cano. relect. de pœn. p. 5. (& id eſſe tutius fatẽtur Angel. conf. 1. §. 23. Syl. conf. 1. §. 9. Anto.) ex antiquis idẽ tenet Altiſ. 4. p. de confeſ. tit. 6. q. 3. Alex. 4. p. q. 18. alias. 77. m. 3. a. 2. § 2. Albert. d. 17. a. 3. Rich. a. 2. q. 8. ad. 3. (licet oppoſitũ ſignificat a. 3. q. 5.) idẽ colligitur ex Aug. lib. de viſit, infirm. c. 5. de ver. & falſ. pœn. c. 14. habetur. c. conſideret de pœn. d. 5. grauitatẽ peccati & circũſt. cõc. VVormat. c. 25. cõfeſſor cõſideret peccatorũ cauſas & modũ. & 6. Synod. in Trullo. can. vlt. quare ſaltẽ dũ cõfeſſor interrogat deberet exprimere. Prob. etiã ex mẽte cõc. Trid. c. 5 & can. 7. quia vt bene Sot. dicit. rationes affert quibus probat ad congruũ iudiciũ & medicinã, cõfitendã eſſe integre totam malitiã peccati cũ numero: & c. 1. id ſacramẽtũ inſtitutũ eſt ad tollẽdos peccatorũ effectus. ſed nihil voluit definire. ne tot patrib⁹ pręiudicium inferret & in antiquo pœnit. (quod habetur in fine decreti) pro diuerſis peccatis eiuſdẽ ſpeciei grauioribus imponuntur diuerſæ pœn. vt can. pœnit. 2. 22. Burchar. li. 19. c. 5. & apud Bellar. li. 1. de pœn. c. 21. vi. li. 4. c. 4. & 5. & Anto. Aug. de emẽdat. iur. tit. 3. c. 3. & 20. ſic & iudex in foro exteriori perpendit circunſtantias.

[x] Sic per accidens teneri

y dum obligari per accidens [y]. vt in peccatis exterioribus iniuſtitiæ: explicet etiam quando confeſſarius z interrogat [z]. tanquam medicus ad remedium efficacius adhibendum, quanuis non eſſet obligatorium: at iudici roganti reus non tenetur reſpondere, niſi neceſſaria, ad quorum inquiſitionem habet ille ius.

## CAP. VIII.

### De circumſtantia reincidentiæ frequentis. de inceſtu primi gradus quando caute confitendus.

§.2. *Ruſtici qui olim groſſo modo ſunt confeſſi an ſint cogendi repetere, quando non expediat rogare circumſtantiam conſenſus in ſtuprum ſi monialis, &c.*

3 *Non tenetur explicare circumſtantias quæ ante vel poſt comitantur opus principale, licet replicentur.*

4 *Prudentia confeſſarij dum rogat. ſed pœnitẽs rogatus obediat: dum tamen alium non infamet.*

a EXplicanda eſt circumſtantia reincidentiæ frequentis [a]: quia indirecte nimis grauat, & mutat b iudicium confeſſarij præſertim ſi rogatur [b]: quia periculum conſuetudinis in mollitie aut abuſu peierantium arguit infirmum propoc ſitum emendationis [c]. tenetur vero explicare quādo ſpeculatiue dubiũ eſt an mutet ſpeciem: vel an id ved niale attigerit ad mortale [d]. & pro foro conſcientiæ in praxi ſequatur tutiorem partem, quando eſt ſine alterius præiudicio: vt quanuis gradus inceſtus eſſent vnius ſpee ciei, vt quidam dicunt [e], explicanf dus tamen eſt inceſtus cũ matre [f], quia eſt ſimul contra pietatem: & cum ſorore, quia irritum iure naturæ eſt matrimonium cum illa propter ſummam indecentiam. at vbi periculum eſſet de graui matris infamia, tutum videtur in praxi confiteri ſe in primo gradu fuiſſe inceg ſtuoſum [g], ac ſi inceſtus reputetur vnius ſpeciei, ſaltẽ in primo gradu cum matre vel ſorore: quia cum vtraque eſt irritum matrimonium iure naturæ. ſi vrgeat confeſſarius an cum matre, moneat illum ſe non debere amplius explicare.

2 Ruſtici neſciunt diſcernere ſpecies morales aut numerum, ſed groſſo modo confitentur explicantes grauiores quaſdam circumſtantias, & tempus peccati cõſueti, quia amplius à parocho indocto non interrogantur: hi non ſunt cogendi repetere totius vitæ confeſſiones, h vt dictum eſt [h]. monialẽ, quæ confitetur internum conſenſum contra votum continentiæ poteſt confeſſarius ex habitu præſumere viri ginem [i], & ſimul habere circumſtantiam ſtupri, relinquens illam in k bona fide [k], quæ poſt diligens examen confitetur integre quod nouit: & nihil mendacij aſſeruit, dum abſolute confitetur cõſenſum. nec enim tenetur confeſſarius omnia interrogare: maxime quia ſpeculatiuè difficile eſt noſſe in quo conſiſtat ratio virginitatis in fœmil na ſola [l], in qua dicitur conſtituere ſpeciem ſtupri. in viro enim amiſiſſe primo actu virginitatem non eſt infame, nec tenetur vir in m confeſſione explicare [m]. nam ſi confeſſarius roget, exponet forte illam periculo vt præ pudore ſe virginem mentiatur. reuera tamen hęc virginitatis & externæ integritatis violatæ circumſtantia, vt mutat ſpen ciem in opere, ita & in conſenſu [n]: ac ſubinde de ſe eſt neceſſario confitenda. ſed non ſemper tenetur qui ſuauis & prudens eſſe debet, eam o interrogare [o]: ſatis enim functus eſt officio, ſi paulò ante aut poſtea hortetur vt integre fateatur.

3 Explicato principali actu, vt fornicatione non tenetur explicare eas circumſtantias quæ circiter antea aut poſtea comitantur communiter actum. ſup. cap. 5. §. 5. vt colloquia, oſcula & amplexus. hæc enim dum præcedunt ſunt via, vel ſunt conſueta poſt copulã, & conſtituũt ineſſe moris vnũ cum actu peccati hominẽ principali. vt ſi vno impetu p ter vocat furem [p]: & reſpondenti replicat eandem iniuriam. explicandum tamen eſt quando replicaq tio eſſet diuerſæ ſpeciei [q]: vt ſi vno impetu vocet furem falſarium, hæreticum ignobilem: quia iſtæ iniuriæ moris & naturæ differunt ſpecie. aut ſi in vna mollicie ſimul recogitet de concupitis fœminis ſoluta, virgine nupta, cognata & moniali, adſunt in vno actu phyſico ſex ſpecies peccati.

4 Qui maledicit B. Petro & vndecim Apoſtolis, aut mortem imprecatur Titio & toti familię illius, r videtur duplex peccatum [r] materialiter: ſed reuera eſt vnum circa vnum totale obiectum: vt qui furatur arcam vaſorum argenti, vel expilat totum horreum tritici, eſt vnum numero furtum. ſi tamen circumſtantiæ rarius aut peraccidens coniungantur cum actu principali, s exprimendæ eſſent [s]: vt ſi frequenti ludo addit periuria, deceptiones, adulationem: maxime quia hæc mutant ſpeciem. alias circumſtantias quæ parum grauant, poteſt, ſed non tenetur exprimere: vt ſi temporibus feſti vel ieiuniorum etiam hebdomadæ ſanctæ peccet cum fœmit na, vel tunc [t] ab vxore petat debitum ob delectationem.

4 Si confeſſarius prudens roget quædam vt aptius remedium afferat, & occaſiones reincidentiæ præſcindat, poteſt pœnitens confidenter dicere: vt an nuper reincidit. vt in principio dictum eſt. ſi domi vel prope retinet cauſam reincidentiæ, aut iuſſus à confeſſarijs nondum ſatisfecit cum poſſet. ſi quæ vero prælatus à ſubditis confitentibus quærat, dicenda ſunt quæ pertinent ad propriam tantum conſcientiam pœnitentis, in cuius bonum ordinatur hoc ſacramentum: vt ea notitia adiutus prælatus melius in ſpiritualibus iuuet ipſum & gubernet, ſaluo tamen & intacto ſigillo. cauendumque eſt ne propter abuſum ſcientiæ, deterreantur ab integra confeſſione. quod ſi in hoc excederet prælatus, & præter officium confeſſarij, ac præter res ad conſcientiam pœnitentis pertinentes, inquirat curioſius de aliorum vitijs: cautus ſit pœnitens, ne dicat ſine cauſa id vnde diffametur proximus: & ne confeſſio in remedium peccati inſtituta fiat ſibi, aut confeſſario occaſio detractionis iniquæ, vt dicetur capit. 10.

## CAP. IX.

### De complicis circumſtantia caute confitenda.

§.1. *Proponuntur 2. caſus de complice.*

3 *Si vrgente præcepto non poteſt habere alium confeſſarium communis ſententia ait confitendam integre circumſtantiam quæ mutat ſpeciem: licet hic peraccidens veniat in notitiam complicis.*

4 *Interdum idem licet extra tempus præcepti.*

5 *Raro contingit caſus in quo excuſetur à confitenda dicta circumſtantia complicis.*

---

teneri aiunt Cano. & Fr. Medin. cit. c. 5. §. 5. D.

y [y] Sup. §. 4. fin. fatentur etiam alij DD.

z [z] Inf. cap. 8. §. 1. B.

C A P. V I I I.

a ANto. [a] 3. p. tit. 14. c. 18. cond. 15. Tabie. conf. 2. §. 25. Piſan. §. 8. Roſell. conf. 2. §. 12. 13. Soto. diſt. 16. q. 1. a. 4. Petr. Soto. titu. de confeſ. lect. 9 D. Thom. d. 22. q. 1. a. 4. ad fi. & cum alijs Sylu. in Roſa aurea. quæſtion. impertinẽ. caſ. 5. fol. 340. & verb. conf. 1. §. 9. idem de abuſu iurantium ex conſuetudine. Nauar. c. 12. n. 6. At quia non mutat ſpeciẽ & eſt circunſtãtia ingratitudinis reincidere, ſi hic vero proponit emendã Cano. p. 5. f. 83. negat obligari vt id exprimat. qđ Ang. conf. 1. §. 15. cum Richa. limitat, niſi quando indirecte nimis grauat. idem de conſuetudine iurãdi negat Soto. li. 8. iuſt. q. 2. ar. 3. conc. 7. & de abuſu iurament. c. 12. & 15. Tabien. Armi. Syl. ver. iuram. Scot. & Gabr. 3. d. 39. Alco. cap. 15. quæ eſt probabilis in caſu niſi b confeſſarius interroget. [b] Nauar. c. 6. n. 8. c. 21. n. 38. cum Syl. confeſ. 1. §. 9. fin. & ait Nauar. falſo citari ſummam confeſ. quia ibi nihil dicit. idem Soto. d. 16. q. 1. ar. 4. ſed ſi confeſſarius in 6. mandato, aut de perſona complicis inquirat curioſe, pœnitens non debet reſpondere ad intentionẽ eius: quia iuridicè non rogat, vt bene. Nauar. c. 7. & Sylu. ſup.

cd [c] ſup. lib. 1. de pœnit. cap. 24. [d] ſup. cap. 3.

e [e] Significat Caiet. cum D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 9. Caiet. to. 1. opuſ. tract. vlt. reſpon. 5. dub. 1. Soto. d. 16. q. 1. ar. 4. Cord. caſ. 2. fauet Angel. confeſ. 1. §. 4. Ledeſ. 2. p. q. 8. ar. 4. dub. 5. At exponi poſſunt, eſſe eiuſdem ſpeciei ſubalternæ. aut loquuntur de inceſtu iuris poſitiui in alijs gradibus præter primum.

f [f] Hæc eſt certa ſententia in praxi: nam ſpeculatiue, probabilius eſt inceſtum cum matre mutare ſpeciem, quia eſt ſimul contra pietatẽ. vt ait Briſon. li. 9. de verb. ſignif. verb. inceſtus. Bernar. diaz. practic. cap. 76. Caieta. ver. inceſtus Couar. 2. p. ſpõſal. ca. 6. §. 8. n. 1. Perez. l. 5. tit. 15. li. 8. ord. D. Tho. diſt. 16. q. 3. Duran. q. 4. Ang. confeſ. 1. §. 3. Nau. add. Hiſpa. cap. 6. n. 2. c. cõſideret n. 12.

8 Ex his aduertat confeſſarius quàm parcus & cautus eſſe debeat in ſuſcipienda ea cura: & in illius ſuſceptæ executione. multa enim in rigore iuris licent in caſu, ſed non omnia expediunt, vt Apoſtolus ait. 1. Cor. c. 6. & 10. Quare attendat. Primo ſi præſentiat pœnitentẽ velle nominare perſonam cõplicis, preueniat ne id fiat: ſed narret factũ abſolute. nec facile credat fœminæ etiam ſeni narranti, quæ credula & ſuſpicioſa eſſe ſolet: ſed vt prudens iudex examinet cauſam veritatis. 2. Si pœnitens roget, vt alterum corripiat, aut denuntiet prælato legitimo tanquam Patri, quando caſus expoſcit: iubeat vt ipſe potius corripiat, aut denunciet: aut quærat virum probum, per quem id exequatur. nec abſoluat, niſi prius pœnitens ſuæ obligationi ſatisfecerit [p]. 3. Si pœnitens impeditus non habet per quem prouideat negocio alterius, quod ad ipſum non pertinet: relinquat rem totam, & Deo commendet. Nec ſe premat confeſſarius alieno onere cum periculo ſuo, & contra ſui ſtatus decentem grauitatem. Si vrget periculum probabile damni communis, audiat perſonam (ſed vix in cauſa neceſſaria roget vt ſponte reuelet perſonam) nec tamen ſe oſtendat ex zelo promptum, vt per ſeipſum præſtet auxilium externum, aut vt corripiat [q]: niſi vrgente neceſsitate. 4. In ipſa executione & proceſſu correctionis fraternę de re occulta & occulte nota, ceſſare debet ſi reus neget factum: aut ſi ceſſet certior ſpes quod proderit, abſque proprio damno & ſcandalo [r]. Vt enim de correptione ex caritate proximi eſt præceptum affirmatiuum, ita ſcandalum eſt contra præceptum negatiuum & contra caritatem: nec ſunt facienda mala, vt dicitur Roman. 3. imo nec permittenda ſine cauſa, vt inde eueniant bona.

9 Dum vrget periculum, curet confeſſarius vt pœnitens extra confeſsionem referat. at ſi hæc primum in confeſsione audierat, ſatis eſt obtinere ſpontaneam pœnitentis licentiam, vt ex Doctor. dicetur lib. 3. de pœnitent. capit. 23. Eam licentiam aliquando expedit petere: vt ſi latro iuxta patibulum erubeſcat confiteri crimen, cuius vicem confeſſor ſupplere poteſt, vt ſatisfaciat ſcandalo: vel ſi publicus concubinarius in paſcha, vel articulo mortis eſt cõmunicandus, & petit vt prius confeſſor ſcandalum tollat. quod tamen abſque pœnitentis licentia non licet, etiam in publicis. ſic ergo occulta quæ licite reuelantur extra confeſsionem propter bonum priuatum vel publicum, non vetantur ex cauſa dici probo confeſſario: qui prudens & cautus ſit, ne dicat vnquam id ſibi notum fuiſſe ex confeſsione. interdum Prælato ſic dictum ſine alia licentia, iuuat vt ille caute vtens ſcientia impediat periculum imminens, ſaluo ſigillo. infra libro tertio capit. 24.

10 Aliquando incidunt caſus in quibus expedit non niſi intra confeſsionem reuelari aliena peccata [s]: & poteſt limitari licentia vt tantum hæc aut illa dicantur tali perſonæ, nec manifeſtetur pœnitens cum ſuo periculo. quanuis enim confeſsio cum ſigillo ordinetur vt peccata tegantur, ſicut tecta & remiſſa fiunt eo ſacramento: non eſt tamen alienum ab hoc, vt pœnitens ex cauſa det confeſſario licentiam reuelandi peccatum ſuum aut alterius. ſigillum enim non eſt finis & ſubſtantia ſacramenti, ſed conditio ſine qua Chriſtus noluit vt præceptum confeſsionis obligaret: idque in fauorem pœnitentis. cum tamen olim in caſu fieret publica confeſsio de crimine publico, ſupra capite ſecundo. §. 2. & ad publicam reconciliationem.

11 Dum pœnitens parum fidit prælato, ſi quid ei extra confeſsionem aperiat (vt timet pati moleſtiam ab illo, vbi per concurſum & vota ambiuntur officia religionis) & tamen vrget periculum damni communis: poſſet in confeſsione cum prædicta licentia reuelare. 2. Si hic pœnitens fuit eiuſdem delicti complex, contra bonum commune, & reſipiſcens vult denuntiare alterius crimen ex quo bonum commune periclitatur, poſſet dicto modo reuelare: ne forte ab alio complice prodatur, aut ab iſto quem monet: præſertim quando ipſe per ſe denuntiare non poteſt, & neminem habet præter confeſſorem, per quem data licentia tuto denuntiet [t]. Deberet confeſſarius ea neceſsitate compulſus id onus ſuſcipere: ſed vt rite & prudenter faciat, habeat ſimul licentiam declarandi cenſoribus fidei nomen & qualitates pœnitentis impediti, cuius vice denuntiat: ne forte ille ſit iure inhabilis ad denuntiandum, vt puer, infamis, publicus peccator, aut inimicus alterius. deinde petat ab eo iuramentũ quod fuerit oculatus teſtis tali tempore & loco: nam & in tribunali ſancti officij, vbi nunquam fit publicatio teſtium, declarantur conditiones temporis & loci, ita vt reus poſſit meminiſſe aut noſſe denuntiantem, & excipere contra illum. 3. Sciat quod recta intentione accuſet abſque odio & inimicitia. 4. Curet vt ex interuallo ratificet hæc ipſa quæ confeſſor coram illo ſcriptis excipiet, quaſi notarius [u]: ſic quoad fieri poteſt vitatur periculum calumniæ & falſæ probationis. quod ſi hic qui ſolus vidit, probare non poteſt id quod pro bono communi denuntiauit, non fit reus talionis [x], vt patet ex praxi.

12 Iudex cui ſic denuntiatur multo cautior eſſe debet; ne

[n] Aug. in Leuit. 5. c. hoc videtur. 22. q. 5. B. Bernardin. ſupr. Alex. ad vlt. Bon. d. 21. p. 2. a. 1. q. 3. c. & adult. Rich. a. 4. q. 2. Sot. d. 18. q. 2. 5. ad 4. cum Bon. D. Tho. opuſ. 12. c. 6. nec id negat. d. 21. vbi ſolum intẽdebat agere quantum pertinet ad integritatẽ confeſsionis. Margar. conf. Med. C. de conf. Syl. conf. 1. §. 24. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 11. Adria. de conf. q. 2. §. ſed oritur ex his dub. ad 4. & dub. penul. de conf. §. ad 1. in ſolut. ad 8. & §. ad motiua aliorum ad 3. Raimun. Fr. Friburgo. in ſum. conf. li. 3. tit. 34. Armil. circunſt. §. 11. & cit. D. Tho. Tabien. circunſt. §. 10. confeſ. 1. §. 4. Roſel. ſup. Piſan. conf. 1. §. 3. enchyr. conf. 1. p. verb. conf. n. 8. §. 3. Fr. Alex. in ſum. li. 1. tit. 4. c. 3. tit. 7. c. 2. Aſtẽ. li. 5. tit. 14. & refert alios. Hoſt. ſum. li. 5. de pœnit. & remiſ. §. in quo tenetur. Palu. d. 21. Rich. a. 5. q. 2. Capreo. q. 2. ad 8. cont. 3. con. Soncin. q. 2. con. 2. ad 3. Gab. d. 17. q. 1. a. 2. con. 5. ſibi cõtrarius Nau. c. 75. n. 7. Gerſon. 2. p. tit. de cognit. peccati ven. & mort. conſid. 19. & li. quæſt. cum reſponſio. fol. 34. lit. P. & ſer. de pœnit. in cœna Domini, conſid. 4. Cord. ſup. Sot. relect. ſecreti. tit. de detract. m. 2. q. 4. conc. 3. & m. 3. q. 4. ad 2. Victor. & Petr. Nauar. li. 2. reſtit. c. 4. n. 279. qui fatentur licitũ eſſe id reuelare intra confeſsionẽ. Quòd ſi alibi Alex. Maior. d. 21. q. 2. Gab. d. 21. a. 3. du. 2. Angel. conf. 1. §. 3. videtur negare licitum dici intra cõfeſsionẽ circunſt. & perſonã complicis. Id aiunt quia negant licitum confeſſario vti licentia pœnitentis, vt extra confeſsionem agat de rebus in confeſsione auditis: qđ falſum eſt. nec ſemper pœnitens dicit complicem vt confeſſarius illũ manifeſtet, ſed in fauorẽ ſui ipſius vt capiat conſilium contra Palu. & Medin. dicentes non eſſe dimittendum præceptum de non infamando fratrem etiam leuiter, propter conſilium. at re uera tunc non eſt detractio.

[o] Syluest. & Margar. confeſſ. monent.

[p] DD. cit. quod bene aduertit Soto d. 18. q. 4. 5. ad 2. Bañes. Frat. Medin. & recent. dum imminet periculum. At interdum poteſt credere propoſito pęnitẽtis, vt ſtatim abſoluat.

[q] Quod præ multis bene expreſsit Bonau. diſtin. 21. in 2. p. artic. 2. quæſt. 2.

[r] De occultiſsimis quæ vnus vidit aut nouit, poteſt interdum fieri prudens correptio, cum limit. poſitis in textu. D. Thom. 2. 2. quæſti. 33. artic. 8. ad 1. vbi Bañes dub. 6 & D. Tho. art. 7. omnes recent. communis in 4. d. 19. (cum Aug. in Regula, & ſer. 16. de verb. Domini.) Palu. q. 4. vbi etiam D. Tho. q. 2. 3. 1. ad 2. Mai. q. 2. Soto lib. 5. iuſt. quæſt. 4. 3. ad 3. quæſtion. 6. 2. conc. 4. Abulenſ. Matth. 18. quæſtio. 97. Adrian. 4. de correct. Nauar. cap. 18. nu. 60. capit. 25. num. 42. 46. capit. inter. verb. conclu. 6. n. 300. 305. ſed occultum quod nullo teſte probari poteſt, ſi reus negat coram alio monitus, non eſt deferendum Prælato: quod intendit D. Tho. d. artic. 8. ad 1. Paludan. Angel. verb. correctio. Nauar. contra Sotum atq; ita ſunt interpretãdi quidam dicentes facta de occultis correptione ſecreta, non eſſe reum monendum vlterius corã alio pręſertim prælato. quod tenet Antiſiod. libro tertio. tractat. 25. cap. 2. Durand. 4. diſtin. 19. quęſt. 4. Caieta. in Mat. 18. facit D. Thom. quodlib. 11. artic. 15. Henric. quodlibe. 9. in principio.



[s] Gerſon. in quæſtion. cit. & ſignificant cit. N. contra Sotum diſt. 18. Frat. Medin. 2. p. inſtr. ca. 4. & Fr. Lopez. 1. part. inſtru. capit. 36. conc. 4.

[t] Vt ſi pœnitens dicit ſe noſſe hæreſiarcham, etiam cognatione proximum, qui corrumpit rempublicã, ſermonibus occultis, & libris ſparſis, hic vt bene monet Soto diſtinct. 18. quæſt. 4. art. 5. non eſt abſoluendus, donec re ipſa denũtiet: aut ſi (vt Soto & Victor. & alij aiunt) impius confeſſarius ſolicitet fœminas in confeſsione, aut circiter.

[u] In tribunali ſancti Officij non fit publicatio teſtium. Simanc. de catho. inſtitut. capi. 64. & tamen ita declarantur reo conditiones criminis, tempus & locus, vt poſſit reus deprehendere, ſi quis de eo denuntiauit, falſo; & per exceptiones defendere ſe ab illo; Simanc. ſup. n. 26. 53. 77. Summiſ. verbo teſtis. D. Thom. 2. 2. quęſtion. 70. Soto libr. 5. iuſt. quæſt. 7. ar. 3. Nauar. c. 25. nu. 48.

[x] Simanc. c. 4. n. 8. c. 64. n. 97. & cit. DD. Nauar. c. 25. n. 31.

y [y] Vt iure probant Tiraquel.retract. titul. 1. §. 2. glo. 1.nu.28. Burgos de Paz. conſil.29.n.20.& 66. Molina de primogen.lib.3.cap.4.num.32. Simanc. cap.51.nu.2.& 11.cap.50.n.21.23.fin.c.18.n.12. c.48.n.13. Sũmiſt.Syl. Angel.Tabien.Armil.verb. probatio.

[z] Naua. c. 18.nu.62.c. 25.num.33. 46. Perez rub. tit.2.li. 8.ord.p.27. 46. Anton. Gab. tom.2. communi. titulo de teſtibus. conc. 2. n.28. Simãc. c.64.à n.67. & num. 31. 61. & capit. 50. cap. 51. nu.3. Dueñ. reg.84. Couarr.3. Var. c.3.n.5. Anton. Gom. tom.3. Var. c.12.nu.12. ſic delicta Clandeſtina (quæ ſunt difficilis probationis & vix coram teſtibus admitti ſolet) probantur per teſtes ſingulares & cõiecturas: Gloſ. recepta. cap. veniens 2. de teſtibus. & tamen per ſolos teſtes ſingulares non fit plena probatio, Simanc. c. 64.

forte pœnitens celauerit nomen, ne poſsit eum tanquam teſtem examinare iteratis interrogationibus, inſpiciendo vultum & alias circunſtantias. tunc enim examinandus eſſet confeſſarius, 1. an ſit facile credulus, & indignus qui ſuppleat vicem notarij, & multorum teſtium ſibi confitentium. 2. ſi denuntiet hæreticum, aut fœminarum ſolicitatorem confeſſarium: an præſumatur cum periculo ſigilli contra inimicum ita agere, dum nomina pœnitentium impune denunciantium, & facti circunſtantias vt tempus & locum non prodit: quibus declaratis, poſſet innocens ſe defendere per exceptionem teſtium de nomine cognitorum: aut probare ſe tali tempore non fuiſſe eo loco vbi fuiſſe accuſatur. Ob hæc iudex condemnare non ſolet propter confeſſarij dicta, ſine alijs probationibus, quæ in cauſa criminali debent eſſe luce meridiana clariores y [y], vt reus damnari debeat. 3. Cautior ſit ſi reus aut teſtis ab eo citatus examinari & defendere ſe non poſsit, quia defunctus eſt. 4. Iudex ſolet retinere hæc ſcripta in memoria pro leui indicio, ſi forte alia via cumulatis indicijs aliquid certius de ea re cognoſcat. 5. Prodeſt ſingularis etiam denuntiator ſeu teſtis z [z], mali communis, vt iudex præuentione impediat mala impendentia. Sic enim propter leuius teſtimonium impedimenti, ſolet epiſco-

num. 69. & alij ſup. cum Aimo. de antiquit. 4. p. capit.4.num.23. Deci. & Molinæus. Auendañ. de exequen.mandat.c.2.nu.16. ſed fit probatio ad pœnam arbitrariam, Simanc.cap.50.num.21.23. vide cap.56.nu.20.c.65.n.74.

a [a] Nauar. c.22.n.83. capit.18.nu.31.& 54. Aimo.ſup.fol 189. Bernard. Diaz.regu.495.759.746. Anton. Gom. ſup. Menchaca.de ſucceſſ.creat.lib.1.§.4.n.40. vbi agunt de varijs caſibus.

b [b] Caiet.cũ D.Tho.2.2. q.70.a.2. ad 2.q.33.7.ad 5. per ſuſpiciones. Sot.li.5.iuſt.q.7. ar.2. vide Syluest. inquiſitio 2.§.2. verſ.9. Armil. §.12. Syluest. teſtis §.3. vbi Armi. §.8. Areua. de correctione fraterna.

C A P. X I.

a SAcramentum [a] confeſsionis dicitur à quibuſdã

informe. 1. quando peccator attritus confitetur idonea attritione ſupernaturali, antequam recepta abſolutione formetur per gratiam 2. ſi cõfeſsio eſt ficta ex defectu intrinſeco ita vt nulla ſit, quãuis ſequatur abſolut. At 3. in propoſito dũ verũ ſacram. fit (quia eſt vera & integra cõfeſsio cũ omni parte eſſentiali doloris cuiuſdã & propoſiti boni, & cũ forma abſolutionis) datur fictio in tribus gradibus, de quibus dictũ eſt li. de bapt.c. 27.§. 1. per quam impeditur effect⁹ gratiæ. hanc fatetur D. Tho. add. q. 9.a. 1. ſeu d. 17. q.3.4.1. nec tamẽ explicat modũ quo hæc confeſsio eſt informis (qđ autẽ D.Tho. d.23. q.1.4. 2. ponẽs differẽtiam inter formã abſolutionis & vnctionis: innuit nõ dari verã abſolutionẽ abſque effectu gratiæ. ſumit verã pro efficaci) idẽ tenet Palu.d.17.q. 8. Capr.q.2. Rich. a.2.q. 8.ad 5. Durand.q.13. Palac.q.8. Soto.d.18.q.3.art. 3. Ledeſ.2.p.q.8.art.1.dub.3.conc.9. Cano releɫ. de pœnit.p.5.verſ. Ego tamen. Caietan.verb.confeſ.iteranda cap.2. Victor.§.144. Nauar.capi.9.nu. 10. Couar.cap.alm.mat.1.p.§.7.num.13.

pus prohibere ne contrahatur matrimonium futurum a: & ob indicium vel minores probationes contra bonum commune, fit præſumptio vt reus inquiratur, rogeturque etiam abſque infamia: præſertim religioſus à prælato ſuo ob ſuſpi-
b ciones b.

## C A P. X I.

### Confeſsio in duplici caſu informis eſt integra & verum ſacramentum.

§. 1. *Valet etiam dum ex negligentia peccat in ipſa confeſsione.*

2. *Circunſtantia quæ fuit oblita quomodo repetenda.*

3. *Datur informis abſque culpa ob ignorantiam.*

4. *Tunc remoueri poteſt obex per attritionem, & conſequi gratiam ex priori ſacramento.*

INtegra per ſe & ex intentione dicitur etiam ea confeſsio (& coniuncta abſolutioni non eſt iterãda) quando reſultat verum ſacramentũ
a informe [a], (nempe quod ob aliquod impedimentum fruſtratur fru-
b ctu gratiæ) vt ſi ex ignorantia [b] ac-
c ceſsit bona fide. quidam [c] tamen falſo negant dari ſacramentum pœnitentiæ informe. Eſt ergo verum ſacramentum. 1. quando pœnitens integre fatetur cum aliquo formali

b [b] Quia licet ignorantia non ſit bona diſpoſitio poſitiua: remouet tamen prohibens. i. ſcientiã propriæ indignitatis. qui enim nouit ſe indignè, aut cũ attritione nota accedere ad ſacram. euchar. peccat: nec recipit effectũ ſacram. quare quædã attritio ſcientillã eſt inſufficiens diſpoſitio gratiæ: quæ tamẽ ignorãti eſt ſufficiẽs: alia vero ita parua eſt, vt nec ignoranti ſufficiat: quia Chriſtus inſtituit certæ qualitatis attritionẽ eſſe mediũ neceſſariũ ad fructũ ſacra.

c [c] Vt Scot. Gab. Maior. d.17. item Adria.4. de conf. q.5. dub.



quæſt.5.dub.4. quia tenet quod informis ſemper eſt cum peccato mort. nec impleri præceptum per actũ qui eſt peccatum mort. idem Medin. de conf.ſo.71. & ſentit Bonauent.diſt.17.2.p.ar.2.q.3. Taper.ar. 3.par.176.fin. (facit D.Thom.d.23. quæſt. 1.4.2. ſed ſup. explicatus eſt) falſo vero Quidã hanc ſententiã tribuũt Rich. Durand. Palud. & Petr. Soto. de cõfeſ.lect.8. & Nauar. cap. 9.nu.10. cũ plane his locis cit. contrarium dicant.

de [d e] ſup. li. 1. de pœnitentia.c.26. ſic Caietan. 1.2.q.113. 3. & 3.p. q. 79. 8. tenet quod cõmunicãs cũ diſtractiõe nõ recipit ſtatim gratiam nec tamen peccat. quæ ſententia ſeruit propoſito, licet falſa ſit.

f [f] huius rei non eſt autor certus: niſi iuuetur illis qui negant dari cõfeſsionẽ informem:

g [g] vt probant etiam Scot. Gabr. & alij q. putant ſaluari actũ contritionis ex ſpecialibus motiuis virtutum, abſque vna formali ratione pœnitentiæ in communi: de quibus ſup.lib.1. de pœnit. cap. 19.

h [h] quod expreſsit Triden.ſeſſ.14.cap.4.

i [i] Trident.cap.5.

k [k] Doct.cit. A. Soto. & alij.

l [l] in iudicio exteriori ſententia qua iudex procedit ſecundum allegata & probata, nec continet in ſententia intolerabilem errorem, valet in vtroque foro: quanuis reipſa ſit iniuſta Nauar.cap.9.num.1.§.2.& num.10. ca.27.nu.3. ſic valet ſententia abſolutionis vt ait Soto. diſtinct.18.quæſt.3.art.2.& art.3.concl.5.&

dolore & propoſito excludente voluntatem peccandi, & tamen non habet dignam diſpoſitionem primæ gratiæ à Chriſto inſtitutam: pũtà dignum gradum attritionis ſu-
d pernaturalis, [d] ſed naturalis obiecti etiam ex auxilio Dei. Nec impeditur veritas ſacramenti ſi inſufficiens ſit dolor ex m. negligentia, aut
e ignorantia quadam culpabili: [e] nam concurrunt omnia ad verita-
f tem ſacramenti requiſita. Quidam [f] putant ſi quis ob ſpecialia motiua deteſtetur peccata quorum recordatur, non fieri ſacramentum: quaſi ea attritio non habeat vniuerſale motiuum, nec extendatur ad peccata oblita. At reuera attritio extẽ-
g ditur ad omnia, [g] niſi quis expreſſa intentione excludat aliquod pec-
h catum: [h] vt vna confeſsio ex conſequenti extenditur etiam ad obli-
i ta. [i] 2. ſiquis ex negligentia & ignorantia culpabili oblitus eſt quorundam mort. (vt ſi multis peccatis & varijs negotijs irretitus, conſciẽtiæ ſuæ latebras accurate non per-
k quiſiuit) [k] & tamen in animo habuit facere integram confeſsionem. Chriſtus enim hoc præcepto, noluit vt pœnitens teneatur repetere confeſsionem, quando dolor ex intentione fuit vniuerſalis, & animus confitendi extenditur ad omnia mort. nam confeſsio eſt ſimilis iudicio humano, quod valet, dum humano modo ſeruantur ſubſtantialia. [l]
l 2 At ſiquis admiſit peccatum. m. ex ignorantia culpabili, & dum alia cõfitetur ignorat inculpabiliter illud confitendum, fieri poteſt con-

verſ.1. igitur caſus. Petr.Sot.lect.7.& 8. Ledeſm.q. 8.art.1.dub.3.concl.9. Palud.diſt.17. quæſt.8. Capreol.quæſt.2. videtur Richard.art.2. quæſtio.8. ad 5. Syluest.confeſsio.1.§.23. Caietan. opuſ. tracta. 5. de confeſ.quæſt.5.& verb.confeſ.ca.2. Cou. ſup. nu.13.verſ. 3. Cano. p. 5. quanuis verſ. hæc tamen argu. videtur negare, quãdo pœnitẽs aduertit ſe peccare.

m [m] Nauar. ca.9.nu.12. ſi.nu.15.ca. fratres. nume.80.

n [n] D. Tho. diſt.17.q.3. 4.2. ad.3. Palud. Gabrie. Caiet. Soto. & fatetur Med. & videtur colligi Trid.c.5. ſecus quando prælatus ſuperior abſoluit à ſolis reſeruatis: tũc enim eadem tenetur repetere, dum cõfitetur reliqua, inferiori. Nau. c.9.nu.6. & certa ſentẽtia.

o [o] fr. Ludou. Lopez.1.p. inſtructor.c. 5. ad.fi. Syl. cõfeſsio. 1. §.10. Nau.c. cõſideret. n. 104. Petrus Soto. de confeſ. lectione. 9. præſertim quia ex coniunctione vtriuſque augetur grauitas peccati. addit. Petr. Soto, qui furatus eſt ob fornicationem, non ſatis eſt dicere, furatus ſum & fornicatus: ſed oportet explicare finem, qui facit vt etiam ipſum furtum habeat ſimul malitiam alterius ſpeciei. At ſatis videtur, vt bene Nauar.ſup.cap.6. nu. 20. Alcoc.cap.6.doctrin.6.& quidam Recent. quia illud furtum extrinſece habet malitiam fornicationis, quæ ſatis explicatur.

p [p] ſic loquitur Caietan.ſup.& ſæpe, d. eſt, communis.

qr [q] [r] ſup. libr. 1. de pœniten.ca.24.& ſup.B.&.c.9.

m feſsio cum fructu gratiæ: [m] vt qui in articulo mortis per diligentiam excutit negligentias & ignorantias de ſe culpabiles, & faciens quod in ſe eſt abſoluitur, recipit fructum ſacramenti. Et tamen ſi poſtea in notitiam, aut in memoriam veniant peccata quorum oblitus erat, ſatis eſt hæc confiteri: nec tenetur prius
n dicta repetere, [n] cum fuerint legitime abſoluta: niſi cum oblitam circunſtantiæ neceſſariæ ſpeciẽ & grauitatem non ſatis poteſt explicare ſolam: tunc debet per accidens repetere id peccatum cum ea circun-
o ſtantia: [o] vt quod peccatum fuit cum coniugata, aut ex conſuetudine manenteque occaſione proxima recidendi. ſi tamen ignorantia fuit craſſa aut affectata, vt ne cordati quidem voluiſſe videri poſsit, iteranda eſt confeſsio: quaſi actus redeat in
p naturam ſuæ formæ, [p] id eſt, perinde habet ac qui ſciens dimidiauit confeſsionem.

3 Fieri poteſt vt homo bona fide ſine noua culpa recipiat ſacramentum, & tamen effectum ſacramenti
q non participet: [q] vt quia non affert eum attritionis gradum quem Chriſtus pro gratia habenda inſtituit. nam generale eſt vt ignorantia etiam inculpata aut quæ habetur cum probabili opinione ſapientum, quanuis excuſet à præcepto & à noua culpa, nõ tamen ſuppleat id quod Chriſtus inſtituit eſſe mediũ neceſſarium ad effectum ſacramẽti. iuuat tamen bona fides pœnitẽtis. 1. vt confeſsio reputetur integra for-
r maliter: 2. in attrito qui ſe contritum reputans communicat, diſpoſi-

s t [s] Sup.li.1.de pœn.c.16.lib.de ſacr.c.28. [t] ſup. lib.1.de pœnit.c.12.contra Med.quia ſacramẽtum de ſe ita abſoluit reum, vt non indigeat noua repetitione confeſsionis, ſic vera eſt forma baptiſmi recepta cũ obice: quia ſignificat de ſe abluere animã.

Perez.l.1.tit.1.lib.5.ord.p.17.Gozadin.conſil.51. d & Recent. [d] quia non tenetur magis repetere ea à quibus directè abſolutus eſt, quam peccata venialia: vt probat Soto.diſt.18.q.1.a.1.dub. .&.q. 2.a.5.col.3.Med.q.de cõfeſ.facta cõfeſſario prauo.

tio apud Deum eſt medium ſufficiens gratiæ: dum ignorantia per accidens tollit obicem. In ſacramentis enim viuorum, multum prodeſt diſpoſitio bonæ fidei, qua quis ſe contritum & iuſtum reputat.

4 Hoc ſacramentum ſi abſq; noua culpa receptum ſit informiter, remoto per pœnitentiam obice ſortitur effectum gratiæ [s] (nec peccata prius abſoluta remittuntur per ſe & directe ſequenti ſacramento abſolutionis, cum tamen omne peccatum mort. Chriſtianorum per ſe remittatur aliquo ſacramento pœnitentiæ, & cum infuſione gratiæ,) & dum ſortitur effectum, verificatur forma abſolutionis, [t] quæ impedita fuerat ab effectu gratiæ. interdum ſequenti attritione tollitur prior obex ſacramenti recepti, ſine ordine ad ſacramentum futurum, vt dictum eſt, [u] quando ſine noua culpa recepit ſacramentum informe. Si tamen receptio ſacramenti fuit cum peccato mort. aut ſi poſt receptionem commiſit peccatum mort. non tollitur obex ſine contritione, [x] aut alio remedio [y] quod habeat efficaciam contritionis.

## CAP. XII.

## Quæ cauſæ ab integritate confeſsionis excuſent.

§.1. *Excuſat ignorantia.*
2 *Impotentia quædam.*
4 *Dum quis ſola reſeruata confitetur ſuperiori nolenti audire omnia.*
5 *Quando ſubeſt periculum grauis damni proprij aut alieni.*
6 *Confeſſarius errorem à ſe factum in confeſsione quomodo confitebitur aut ſilebit.*

AB integritate confeſsionis excuſare poſſunt quædam cauſæ 1. eſt ignorantia pœnitẽtis: quando rudis aut puer quædam legis etiam naturalis aut diuinæ præcepta culpabiliter tranſgreſſus eſt, & tamen ideo ea non eſt confeſſus, quod non niſi maiori ætate agnouerit certo eſſe peccatum & neceſſario confitendum. [a] qui autem dubitat fuiſſe mort. debet ſub tali dubio confiteri aut conteri, [b] niſi dubium practice deponat probabili ratione, aut conſultatione & opinione viri ſapientis. interdum confeſſarius poteſt ſecluſo ſcandalo relinquere pœnitentem in ſua ignorantia, quam bona fide concepit, [c] ſi putat detectionem ignorantiæ non profuturam.

2. Excuſat. 2. dum quis de peccatis directe abſolutus facit abſque obligatione generalem confeſsionem totius vitæ: [d] huic enim licet ſilere quædam quæ infamiã præ ſe ferunt. imo hic qui de conſilio per multos dies paulatim repetit longam totius vitæ confeſsionem, poteſt quotidie abſolui ab abijs quæ fatetur. [e] 3. excuſat impotentia con-

u [u] ſup. lib. de baptiſmo cap.27.§.3. Victor. Ledeſ. Palud. quidã recẽt. x [x] fatentur D.Th.d.17. inclinat Durand. tenet Palud. Caietan. Cano. Ledeſ. Victor. Petrus Soto. & generaliter q admittũt ſacramẽtũ pœnitẽt. dari informe. quãuis ſine cauſa Soto, & Couar. ſup. negant reuiuiſcere, & Soto putat id eſſe ſoli' baptiſmi. Couar. autẽ, id eſſe propriũ ſacramento rũ, quæ non iterãtur, de quo late libr.ſacr.c.25 y [y] vt p martyriũ, aut ſi quis ſe reputans cõtritũ reciperet bona fide cõmunionem, vel aliud ſacramẽtũ, p q iuſtificatur.

§. ſequitur. fol.59.col. 1. &. q. de conf. reſeruatorum ad fin. Dionyſ. Ciſtercienſ. 4.d.23.Syl. confeſsio.1. §.4. Angel. confeſsio.1. §.8. Tabiẽ. §.12.fi.cum Palu.d.17. q.5.col.2. Gabrie.q.1. dub.2. Alm. col.44.Durand. q.11. q.15.n.10. Carthuſ.d. 18.Holcot. 4.q.5.Adri. de confeſ.q. 5.col.3. D. Tho.quodl. 1.a.12.Anto.3.p.ti.10. ca.2. Ledeſ. q.7.a.5.dubio.3.q.8.a. 3.dub.19. cum Gerſo. lectio.2.in Marc.fr.Medi.li.1.inſtr. c.12.Alcoc. c.9.fi.Nau. c.9.n.1.c.21. n.38.&melius.42.cap. 23.n.38.fi. c. fratres.n. 30.c.fin.de pœni.d.6.c. placuit. Glo.1.n.111. Quidam tamen aiunt quod dum hic dicit cõfeſſario ſe velle facere generalẽ totius vitæ, aut totius anni cõfeſsionem, tenetur ſub mort. repetere omnia peccata. m. quia alias decipit iudicẽ Chriſti vicariũ in re graui. Victor.§.253. & in nou.166.Ledeſm. q.8.a.2.dub.15. ſed quanuis ita dicat cum mẽdacio, poteſt mutata volũtate nõ facere generalẽ: nec fallit in re quæ per ſe pertineat ad forum iſtius iudicis. At ratione ſtatuti fratres Ciſtercienſ. (quo vtuntur Monachi D.Bern.) Carthuſiani, & B.Dominici ac Benedicti, & clerici regulares è ſociet. Ieſu repetunt prælato peccata in annua cõfeſsione, vt dicetur.c.16. [e] Ledeſ.q.8.art.2. dub.15.Soto.d.18.q.2.ar.5.q.4.ar.3.Maior.d.17. q.5. (ſed habeatur ratio de reuerentia ſacramenti: ne

C A P. X X I I.

a SVp. [a] c.11. mort.Nau.ca.9.nu.12.fin.c. fratres.nu.82.cum Gerſon.Adria.Syl. quia ignorantia facile excuſat omiſsionẽ, ne mihi imputetur tanquã cauſæ voluntariæ indirecte. D.Tho.1.2.q. 76.3.&.2.2.q.79.4.Syl.cõf.1.§.4.Cano.relect.de pœnit.p.5.Ledeſ.2.p.q.8.ar.1.dub.2. [b] ſup. ca. 4.§.3. [c] Medin.de confeſ.q.26.f.74.Soto.d.18. q.2.4.ad.2.Cano ſup.Petr.Soto lect.10.Cord. caſ. 189.& lib.1.q.11.fi.lib.5.q.43.ad fi.cõmunis Recent.Adrian.de conf.q.5. dub. 7.col. 3. & in ſimili Nau.ca.22.n.83.in.ca.ſiquis autem de pœnitentia diſt.7.nu.76.69.78.Cord.cum Soto.relect, ſecret. memb.2.q.4.concl.7.quæſt.6.conc.2.Syl.matrimonium.6.§.9.Couar.2.p.ſpon.cap.6.§.10.num.15.



ne paſsim & per horas interpollatas velit abſolutionem recipere.) probatur, quia licet pœnitens recordetur aliorum peccatorum, non tamen tenetur de præcepto ea tunc confiteri. eſt praxis dum parochus per multos dies facit confeſsionem longam vitæ de conſilio:

D.Th.q.3.4.2.Bon.Scot.Rich.a.2.q.8.ad.2. Palu. Capre.Gab.q.1.a.3.dub.2.Maior.q.5.Sot.d.18.q. 2.5.ad.2.Gerſo.2.p.tract.de integritate confeſ.fo. 186.191.Caie.verb. cõfeſsio.cond.10. ait id certũ eſſe ex ſtylo curię Rom. videtur Med.q.de reſeruat. fi.fo.59.(licet à principio. non ſatis explicet) Viguer.c.16 §.4.verſ.7. Roſel. Angel. Nauar. c.9.nu.6.ca. placuit. §. cautus.n.19. 21.de pæni. d.5. iuncta prop.2.Peña. & cõmunis Recent. de epiſcopo. de quo id inſinuat Trident.ſeſſ.14. ca.7.) At de Prælato religionis, negant poſſe abſoluere à ſolis reſeruatis Soto.Peña.) Alij tamen vt Syl. confeſsio.1. §.19. Tabie. abſolutio.1. §.9. tanquã tutius, Victor.§.149. & nou.162. Ledeſ. q.8. a.2.dub.4.

& tamen celebrat quotidie. f [f] inf.Soto. q.2.ar.4. Alcc cer. & quidam recent. quia hic eſt maius impedimentũ ex parte confeſſarij, quàm dum prælatus negocijs occupat' audit ſola reſeruata. g [g] Sot.ſup.a. 5. Ledeſ.ſu. dub.14.Victor.§.151. Alcoc. ſum. cap.11. Pedraza. ſum. & cit.inf.H. h [h] vt ex multis autorib' citatum eſt lib.1. de pœnit.cap.9.fi. cõtra Nau. ca.26.n.28. & Sotum.d. 18.q.1.a.4. ad primum. i [i] in quo vera eſt ſentẽ-

feſſarij: [f] aut ſi poſtquam pœnitens vnum etiam veniale cœpit fateri, quod primum ſibi occurrit amiſit loquelam, aut ſenſum: [g] hic enim fecit confeſsionem ex intentione integrã non minus quam qui quorũdam oblitus abſoluendus eſt: communiter enim in eo mortis articulo pro quo maxime Chriſtus prouidit remedium confeſsionis, & cum arctiori vi præcepti, ſolẽt omitti ex obliuione aut impotentia quędam peccata, aut infirmus ſolum præbet ſignum peccati in communi: [h] & tunc confeſſarius tenetur abſoluere dum licet, ne abſque tali remedio decedat. ſine vlla tamen ratione præuiæ confeſsionis impendi non poteſt abſolutio, [i] cum ſit ſentẽtia per modũ iudicij, vt poſtea dicetur.

3 Item mutus aut vir ignoti idiomatis, ſi tempore præcepti explicet quod poteſt, abſoluendus [k] eſt, licet confeſſarius quædam non ſatis intelligat. 5. ſi in procella maris aut graſſante peſte, vel irruente ſubito prælio: aut ſi domus vel turris plena viris flagrat incendio, nec poſſunt homines inde exire: tunc confeſſarius audiat ſimul multos alta voce aliquod peccatum confitentes, & ſimul abſoluat, [l] vbi incertus eſt euentus propinquantis mortis: vel ſi ægrotus patiatur paroxiſmos, ne expectet cõfeſſarius finiri integram omnium confeſsionem propter periculum abſque abſolutione decedendi: ſed audito vno mox abſoluat, [m] deinde reliqua audiat. 2. quando tempore præcepti, & præſertim inſtante morte, confeſſor ſimul & ægrotus ita infirmantur tempore peſtis, aut imminentis prælij & captiuitatis, vt ſi diutius moretur, periculum ſit ne morte præoccupatus abſoluere non poſsit. [n] 3. ſi confeſſarius eget interprete vt omnia intelligat, quem non habet, ſatis eſt vrgente neceſsitate præcepti, vt quædam intellexerit. [o]

4 Item quando Pontifex, aut ſummus pœnitentiarius propter maiora negotia, aut alias cauſas impeditus non vult audire niſi peccata reſeruata, cum tamen pœnitens vellet omnia integre confiteri: ea abſolutio dicetur ſacramentalis, non propter ſigillum tantum, aut quia ab excommunicatione & reſeruatione abſoluit, ſed quia à peccatis: [p] & homini attrito confert primam gratiam. [q] tenetur tamen pœnitens eadem reſeruata cum cæteris mortalibus iterum ſimul confiteri vni ſacerdoti: [r]

tia Nau.& Soti.d.18.q.2.art.4.ad.1. quia Triden. ſeſ.14.cap.5.& can.9. ait abſolutionem eſſe actum iudicialem ac ſubinde requiri cognitionem aliquã cauſæ & peccati. k [k] Recent.fr.Ludou.Lopez.1. p.inſtruct.ca.27.poſt med. vt de muto qui ſignis cõfitetur omnia quæ poteſt & per interpretem, quem tamẽ neſcit pœnitẽs & confeſſarius an vere referat peccata. cont.fr.Med.lib.2.ca.7.ad.fin. limitante in ſolo articulo mortis. l [l] dict.eſt.libr.1.capit.11. Sylu.confeſsio.1.n.23.Angel.confeſ.1.nu.28.Tabien.confeſ.ſacramental.2 n.37.Alcoc.ca.11.Richard.Turrec.ca.quãuis de pœnit.d.1.Soto.d.18. q.2.5.Med.de confeſſ.q.19. & ſatis eſt vt omnibus dicat: ego vos abſoluo. Alcoc. ca.11. multi recent. m [m] Alcoc.c.11.& recent.Soto.d.18.q.2.a.5.verſ. vnde ad.1.col.14.fr.Med.lib.2.c.8. & addunt ſi infirmus fatigatur nimis, poteſt abſolui antequã dicat omnia peccata. n [n] Soto.d.18.q.2.a.4.Alcoc. ca.11.& quidam recent. o [o] recent. quidã & colligitur ex ſupradictis.K.cont.fr.Med.lib.2.ca.7.fi. cum tamẽ.c.8.cõcedat ample infirmo, dũ nimis fatigatur: p [p] inf.lib.3.de pœnit.c.15.cõmun.d.17.

conc.6.q.26.a.2.f.367.col.3.Pet.Soto.lect.10.Angles, Flor.Theol.p.293. negant eſſe abſolutionem ſacramentalem: fatẽtur tamen priorem ſententiam, quæ cõmunis eſt, eſſe valde probabilem. q [q] Doct. ſup. quanuis Nau.§.cautus.n.19.21.cum quibuſdã tenet quod ſicut ex vtraq; confeſsione integratur vna, ita ex vtraq; abſolutione (quando primũ abſoluitur à ſolis reſeruatis per epiſcopum, & deinde ab omnibus per inferiorem) compleri vnum numero ſacramentum: nec conferri gratiam, niſi in.2. abſolutione: vt extrema vnctio non confert, niſi in poſtrema vnctione, & prolatione vltimæ formæ. quod refutatum eſt. cap.2.§.8. Soto.col.16. propoſi.2.Maior. r [r] citat. P. pro vtraque ſententia Soto.col.17.fin. D. Thom.d.17.quæſtio.3.4.2. ad.4.Dur.q.14.& 15. dicit oppoſitum eſſe plenũ periculo & erroneũ Palud.Capr.Cano.p.5.Pet.Soto. lect.10.Nau.§.cautus.nu.19.Med.fol 56. Richar. ar.2.q.3.ad.2.Bon.Maior.q.5.Palac.q.vlt.Adrian. de conf.q.4. Henric.quodl.1.q.30.Angles.p.292. Anto.3.p.tit.14.ca.19.§.6.Roſel.confeſſor.9.dict. 5.Angel.confeſsio.1.§.9.Sylu.confeſsio.1.§.19.

Tabie.

Tabien.abſolu.1.§.9.vbi Armil.§.9. Alcoc.c.12. Viguer.cap.16.§.4.verſi.7.Recent.Mant. Gueuar. Gallo. aiunt hanc ſententiam eſſe probatiſsimorum cui contraire non licet. præſertim cum ſit val de probabilis ſententia,abſolutionem à ſolis reſeruatis nõ fieri à culpis, ſ quod quidam falſo negant. s quia præceptum Chriſti eſt vt vni fiat omnium integra confeſsio.

s ſ Gerſon. 2.par. tract. de integrit. reſerua. & alpha. 41. G.Marſil.q. 2.art.1.fol. 575. ſentit Nauar.cap. 9.num.9. & hanc nõ audent reprobare Maior. quæſtion.5. Petrus Soto lect.10. Victor. Ledeſ. quæſt.8 art. 2. dubio.4. ad fin. idem qui putant ex vtraque abſolutione fieri vnum ſacramentum.

sed à ſola reſeruatione, vel excommunicatione, quam tenent multi ex prędictis.

5 Excuſat quando pœniteti quęrenti,non occurrit alius confeſſarius præter vnum idoneum,nec huic poteſt mutato habitu fieri ignotus. tunc autor naturæ Deus confert ius vt ad ſeruandum ſe indemnem ſilere id peccatum aut circunſtantiam liceat,ex cuius confeſſione probabiliter timet ſibi magnum damnũ famę aut corporis. t quanuis ob humilitatem & fructum ſacramenti quo difficultas compenſatur, liceret illud cũ periculo ſuæ famæ aperire huic cõfeſſario: u præceptum obligat quidem confiteri ante communionem vel tempore paſchæ, x ſed tunc excuſatur ab integritate. ſi tamen ex eo quod fœmina confitea tur abſolute huic fragili ſacerdoti, ſequitur ei vel ſibi periculum ſcandali, differenda eſt tota confeſsio, y & tunc omittenda. y vt iuſte dam natus ad inediam, & durum carcerem perpetuũ, verbera & mortem, Quare concil. Tridenti. ſeſſ.14.cap.7.can.7.&.11.caute loquitur: & neutri opinioni præiudicat. ſed Durand. ante tempus damnat cenſura erroris.

t u poteſt neglecta fama ſua, ſic confiteri: ſed non tenetur quia habet ius tuendi famam.ſup.cap.9.§.1. A. B.Nauar. cap. 9.num.4.Soto.diſtinct.18.quæſtio.2.5.ad. 3. Petr. Soto. de conf. lectione. 10. Cano. part.5.Caietan. verb.confeſsio. Adrian.de confeſ.quæſtion.1. §.ſed oritur ex his. & quæſtio.4.ad argum.Syluest. confeſsio. 1. §. 18. & refert ſe ad.§. 3. Tabien.§. 14. cum Anton.cap.18.concl.2.Medin.quæſtio. 12.de integri.ſeruanda.omnes Recent.Theolog.ex antiquis. Altiſ. lib. 4. tract. 6. cap.3.quæſtio.3. Diuus Thomas.diſtinct.17.q.3.3.3.ad.5.Maior.quæſtio. 5.fin.Addunt tamen Caietan.Soto.Petr.Soto. Ledeſ.quod ob leue detrimentum famæ, non licet ſilere peccatum,vt quia confeſſarius tutus ſeu prælatus ſine periculo ſigilli, habebit de illo malam opinionem. addunt Adrian. & Cano ſi probabiliter non timet id periculum, non licet omittere integritatem in dubio, & ob leuem ſuſpicionem: quia hæc lex de integritate eſt certa.

x x ſup.cap.9.§.9.B.Caietan. verb. confeſ. condit. 10. Cano. Nauar. capit. 9.num. 3. & num.6.Ledeſ. Medin. Roſel. Angel. Tabien. Antoni. Armil. Adrian.& inclinant Alexand.4.part.quæſtion. 77.m.3.art.1.ad primum.Palu.diſtinct.17.quęſtio. 5. ſaltem quando eſſet ſcandalum non confiteri: quod aiunt D.Thom.Syluest.Caietan. condit. 10. Soto. Cano. Ledeſ. Adrian.Maior.frat. Alexand. & dat rationem Ledeſ. dubio. 13. quia confeſsio eſt per ſe integra. Addit Altiſ. ſaltem dicat genus peccati exterioris, aut ſpeciem in ſolo conſenſu. dum vero concil. Lateran. Florent. Trident. ſeſsio. 14.capit. 5. can. 7. dicunt omnia peccata. m. quę memoriæ occurrunt, eſſe confitenda. intelligun tur de ijs quæ licite poteſt & debet confiteri. Alij cit. capit. nono. §.9. li.C.putant ſecluſo, ſcandalo, tunc licere omittere totam cõfeſsionẽ: & cõtritum communicare.

y in quo vera eſt ſententia Viguer. Victor. & in eo caſu limitandus eſt D.Thom. Alexand. & Palud.

poſſet obedire iuſtæ ſententiæ: ſed z excuſatur, z propter ſummum ius quod autor naturæ ad ſui indemnitatem contulit, & poteſt licite fugere. tanta enim difficultas ad impotentiam quandam moralem reducitur.

6 Non licet id peccatum fateri ex quo ſibi imminet probabile periculum animæ vel vitæ: a 2.caritas obligat id non confiteri propter conſeruandum bonum ſpirituale proximi, ſi periculum animæ imb mineat proximo. b vt quia timetur confeſſarius ſolicitaturus fœminam ſic confitentem: aut excitabitur in inimicitiam eius. 3. famę alienæ periculum excuſat, c cui proximus innocens non renũciat, quia detrimentum alienæ famæ non cõpenſatur vllo fructu. vt ſi proximus non fuit complex aut in culpa, vt d amittat ius ſuũ: d hic ne confiteatur detraxiſſe parenti vel magnati, detegendo occultam generis infamiam, quod fuit peccati ſui obiectum: ſed ſatis videtur fateri ſe infamaſſe virũ valde propinquum,aut nobilem. imò dicens ſe falſo id dixiſſe, non mentitur: e quia fecit cõtra veritatem practicam.

z Nauar. capit. 17. num. 102. Soto.libr.quinto.iuſtitia.quæſtion. 6. artic.4. colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæſtio. 69. 4. ad. 2. ibi Caietan.art.3.ad.2.Couar.1.Var.ca. 2. à num. 10. Alcoc.cap. 26.

a a quia vt ait Bernard. libr. de diſpenſatione, & præcepto. quod pro caritate inſtitutum eſt, non debet contra caritatem militare. & Chriſtus præcepto ſuo poſitiuo confeſsionis in ſalutem animæ ordinatæ, non eſt ſibi contrarius: dum ex occaſione cedit in periculum animæ. Doctor. omnes ſup.contra quoſdam vt refert Altiſ.

b b Doctor. ſup. ex intentione Chriſti. idque non tantum dum vrget ſcandalum actiuum puſillorum (de quo loquuntur Medin. quæſtio.duodecima,de integrit.ſeruand.Nauarro.cap.ſeptimo.numero quarto.) ſed interdum ob ſcandalum paſsiuum ex malitia actiua proueniens, licebit tacere peccatum: quia ita abſque damno meo poſſum facile euitare id ſcandalum.

c c Doctor. ſup.propter rationem in textu.

d d Hoc bene expreſsit ſolus Soto. diſtinctio. decima octaua, quæſtion. ſecunda. quinta ad quartum. At quando alter fuit in culpa & complex, ſibi imputet quia amiſit ius quoddam vt dict. eſt ca. 9.§.2.S.L.





e e Nauar.ca.18.nu.62.cum Adria.de ſigillo confeſ.art.5.dub.penul.ad.2.fol.95.& quodlib. 11.ad 2.princip.fr.Medin. lib.1.inſtruct.Peña,& quidam Recent.2.2.q.69.2.quod probabile dicit Cordub. caſu.65.& ſuper Sotum relect.ſecret.mem.3. q. 3. concl.4.

tenetur tamen id peccatum omiſſum confiteri ſtatim alteri, cum commode ſine periculo poterit: f quia confeſsio debet eſſe quantum fieri poteſt vna & integra omnium quæ recolit.At non tenetur ſtatim de peccatis oblitis: g quia hæc ſub generali accuſatione cenſentur incluſa. h

7 Magis excuſatur ab integritate confeſſarius, qui culpam erroris à ſe facti in alterius abſolutione, non poteſt integre confiteri,niſi reuelans alteri confeſſario peccatum alterius auditum in confeſsione: i quia arctius eſt præceptum de ſigillo quàm de integritate cõfeſsionis.

f f ſup.li.1. de pœnit.c. 4.§.4.Soto. g ſup. lib. 1.cap.4. eſt cõmunis D. Tho.add.q. 9.2.ad 3.Ledeſ.1.par.q. 25.5.dub.6 Syluest.con feſsio. 1. §. 18.Med. de conf.to. 68. Adrian. de conf.q. 4. §. ſi petas.

h h Trident. ſeſſ.14. c.5.

i i Nau. ca. 18.num.6.eſt certa & communis.d. 21. Scot. Palud. q.3.a.2.Richard.ar. 4. q.4.Palac.q. 2. Ledeſ. q. 10.5.dub. 5. & ar.1.dub. 7. Adria. fr. Alex.libr.1. tit.7.cap. 2. Aſten.Sylu. confeſsio. 1. §. 13. Arm. circunſt. §. 10.Petr.Soto.de cõfeſ. lectione.10. Med.q. de ſigillo Angel. confeſsio vltimo. §. 8. Caiet.cõfeſ. condit.10.quod vt certũ tenet Soto.releſt. ſecreti. m.3.q.4.con.5.dub.5.vbi Cord.idem Victor. Mât. Peña & omnes Recent.de quo ſine cauſa dubitauit Soto.d.18.q.4.ar.5.verſ.occurrit.& Gab.d.21. q.1.vbi Mairon.quaſi certum non eſſet, maius eſſe præceptum de ſigillo,quam de integritate confeſsionis detectæ ſub eodem ſigillo.

## CAP. XIII.

### Quando ſit iteranda confeſsio ob defectum ex parte pœnitentis, vt ſi deſit dolor: aut maneat in ſtatu peccati.

§.3. *Defectu examinis dimidians.*

4 *Confitens animo non implendi pœnitentias.*

5 *Si vult ſine abſolutione excommunicationis abſolui à peccatis.*

6 *Si induxit ſacerdotem peccatorem.*

7 *Defectus veritatis, quando ſibi imponit peccatum mort. vel recipit abſque intentione, aut propter malum finem mort.*

CAP. XXIII.

a QVia a dolor pertinet ad partem eſſentialem materiæ.lib.1.de pœnit.c.10.Soto.d.18. q.3.5.Petrus Soto.lect.8.Ledeſ.q.8.a.2.Cano.p.5. D.Th.d.17.q.3.4.1.Rich.ar.2.q.8.ad.5.Palud. q. 8.Bon.in.2.p.a.2.q.3.Caiet.tract.5.de confeſ. q.3. Syl,confeſsio.1.§.21.Victor.§.149.fr.Med.libr.1. Nau.cap.1.num.37.ca.9.n.10.c.fratres.n.37.Cou. b c.alma.1.p.§.4.nu.13. b Scot.d.14.q.4. ſignificat pro dolore ſatis eſſe quòd velit ſuſcipere ſacramentum. imo Sylu. confeſsio. 1. §.21.ſatis eſſe virtualem diſplicentiam conditionatam,& Angel. confeſſio. 1. §.13.19. & citat D. Th. quodlib. 4. q. 10. Gabr. qui cũ Scot. negat dolorem eſſe partem ſacramenti, ſed diſpoſitionem.

OB defectum in pœnitente eſt interdum iteranda confeſsio. 1. licet integre fiat animo accuſandi ſe: ſi pœnitenti deſit omnis dolor a formalis, a quia ita neceſſarius eſt, ſicut & aliqua formalis confeſsio peccati ſaltem in communi, per ver b ba aut ſigna. quidam aiunt b confeſsione integra cui ſolus dolor deſuit,qui eſt actus mere interior, imc pleri præceptum eccleſiæ, c quæ de mere internis nõ iudicat. At pœ d nas quidem euadit, d tenera tamen non implet,ſed peccat.mort. contra e eccleſiaſticum præceptum e quod iuri diuino præſcribit modum: f & f ex conſequenti extenditur ad peccata etiam interna, & dolorem voluntatis: quia ſine his non fit legig tima confeſsio exterior. g non tamen iteranda eſt, ſi quis ſignis aut ſcripto peccata expreſsit, qui poſsit verbis confiteri.ſup.cap.2.§.6.

2 Si talis attritio ſit quæ non excludat voluntatem peccandi, ſed ſcienter permaneat in virtuali affectione ſtatuque peccati, vt vſurarij aut concubinarij. ab occaſione tamen propinqua reincidentiæ, ne imputetur vt voluntaria, excuſat interdum neceſsitas vt dictum eſt lib. 1.de pœnit.cap.24.§.4.

3 Si contra integritatem peccatum aliquod mort. vel neceſſariam circunſtantiam cuius habebat probabilem conſcientiam aut dubiam, ſciens omiſit, abſq; cauſa excuſante vt dictum eſt cap.4. & 12. vel ſi ſtatuerat non confiteri aliquod pecca d omnis. At vtraque ſententia eſt falſa.

c c Victor.§. 163. Cano. p.5.f.99.Ledeſ. ar.2.dubio. vltimo. Adri.de con feſſ.q.5.dubio.4.f.73.quando non peccat. quia non vult abſolui. Palud. diſt. 17.q.8. con. 4.parte 294.Palu.d. 17.q.7.ar.5. Gab.q.1.ar. 3.dub. vlt. Alexand. 4.p.q.18.alias 77.m.5.art. 7.quia in. c. quod quidam de pœniten. & remiſ. iubet acceptari confeſsiones mereri cum per ſe cap. (licet antiqui ſit) limitari videtur lex poſterior in. c.

d d Cano. Med.q.fin. Nau.inf.&ſup.lib.1.de pœnit.ca.5.lib. de Euchar.ca.2.§.7.contr.Adr.& Cord,caſ.15.

e e Soto. Pet.Sot.lect.8.Cord.Nau.c.10.n.4.Hiſp. c.27.n.269.Dur.d.17.q.14.n.8.Adr. de conf.q.5. dub.4.Med.q.24.de confeſ facta ſine pœn. iteranda. f.65.Diony.Ciſtercien.2.d.17.Capr.2.d.41.ad 1.Greg.Taper.a.15.ſed Ciſterc. Adria. Capr. mouentur ex falſo fundamento cum Durand.2.diſtin. 28.quæſt.4.quod per actum qui eſt peccatum, non impletur præceptum. f Trid.ſeſſ.14.cap.5.can. f 8. & facit ſeſſ. 21. capit. 2. g vt dum eccleſia g obligat ad horas: ex conſequenti obligat ad internam attentionem.

h tum,niſi interrogatus. h valeret tamen, ſi minus paratus acceſsit cupiens,& confiſus vt confeſſarius interrogationibus inſufficientiam illius ſuppleret:ita tamen vt ſi aduertat non rogaſſe de quibuſdam neceſſarijs quæ fecit,dicat illa ſpõte. i item ſi confeſsio non fuit nuda ſed fucatis verbis palliata, vt quę ſunt mort.videantur venialia, aut longe minora.ſup.cap.3. Non valet.item ſi ex magna negligentia & craſſa ignorantia omiſit debitum examen pro longa & implexa confeſsione,k quando non ſuppletur confeſſarij induſtria: l præſertim ſi defectu examinis oblitus eſt multorum peccatorum,cenſurarum,vel reſtitutionum.quidam negant dari verum ſacramentum pœnitentiæ informe, præſertim quando in eo actu pœnitens peccat: Alij ea admiſſa, negant impleri præceptum,quando per abſolutionem non conſequitur effectum remiſsionis: m quod tamen reiectum eſt. ca.11.Alij falſo admittunt iuſtificari interdum pœnitentem abſolutione ſed obligari ad repetendum, quando ſacerdos non habuit iuriſdictionem. n

4 Si pœnitens petat iniunctas ſibi multas & graues pœnitentias cõmutari ab alio confeſſario, & quarũ oblitus eſt: putant quidam o confeſsionem eſſe iterandam. at limitandi ſunt p quando eo animo confitetur,vt pro magnis peccatis non intendat congruam quam confeſſor imponet pœnitentiam acceptare, vel acceptatam implere. q ſi tamen animo implendi, acceptauit, ſed poſtea vel ex negligentia nõ impleat, vel obliuiſcatur, non tenetur repetere confeſsionem. r

5 Si vult peccator abſolutionem recipere, (aut induxit confeſſarium imparatum vt abſoluat) abſque eo quod præcedat vlla excommunicationis etiam minoris,& præſertim reſeruatæ abſolutio. s at ſi non induxit ſed accedit ex ignorantia etiam culpabili propriæ excommunionis, vel neſciens præmittendam eſſe excommunionis abſolutionem, non eſt repetenda confeſsio. t cum fuerit culparum integra per ſe, & cum alijs debitis conditionibus, pœna enim etiam excommunionis nõ eſt materia neceſſaria ſacramenti, ſed culpa: Quidam addunt valere abſolutionem à peccatis, licet cũ vtriuſque ſcientia non abſoluatur ab excõmunione. u quæ ſententia non eſt admittenda in praxi. x

h ſup.ca.5.frat.Alexand.ſum.lib.1.tit.4.c.4.cauſa.8.cum Rain.Armi.conf.cond.8.facit Nau.c.10.num.7. i ſup.& Nau.c.9.nu.13. k ſup.c.5.Trid.ſeſſ.14.ca.5.can.7.Nau.c.9.n.12.Richard.d.17.ar.2.q.6. l Nau.c.9.n.13. m Adrian.de confeſ.q.5.dub.4.cui fauent Durã. Capr.Ciſtercien.cit.E.

n Durand.4.diſt.19.q.2.& loquitur generaliter etiam de non reſeruatis.quod Almain.ibi.q.vnica, dicit probabile ex fundam.Armach.li.11.à principio quod omnis ſacerdos habet iure diuino iuriſdictionem in omnia peccata.& quanuis prohibeatur à Pontific.valere abſolutionẽ vt valet quãdo inferior abſoluit indirecte à reſeruatis abſente ſuperiore:ſed cũ onere repetendi. hæc ſententia cum fundamento eſt valde falſa: quia vrgens ſcandalum non dat iuriſdictionem confeſſario non habenti. Alias ſacerdos non approbatus poſſet eum qui ſimul confitetur peccata mort. & venialia ante celebrationẽ,abſoluere directe à veniali, & indirecte à mort.& tunc ante communionem teneretur pœnitens confiteri venialia nõ expoſito, cum onere iterum confitendi. mort. Quod tamen inauditum eſt.

o videtur Richard.diſt.17.artic.2.quæſt.8.ad quartum.fauet Palud.quæſt.5.caſ.4.quem Anton.3.part.tit.19.cap.19.& Angel confeſſ.1.§.12.& 35.Sylueſt.confeſsio.1.§.13.&.25.putant ſe ſequi. ſed falſo.

p Nauar.cap.9.num.14.& in hoc magis propendet Paluda.ſup.Gabriel.quæſtio.1.Maior.quæſtio.6.dubio.vltim.Caietan.confeſsio iteran.Medin.de confeſſ.iteran.fol.72.Soto.diſt.20.quæſtio.2.2.ad tertium.Petr.Soto.tit.de ſatisfactio.lect.2.Victor.§.167.in nou.210,Ledeſ.2.p.quæſt.20.art.4.dub.2.fin.& quæſt.8.art.2.dub.17.ſentit D.Thom.diſtinct.17.quæſt.3.3.5.ad quartum.& diſtinct.18.vbi Richard.art.5.quæſtio.1.& expreſſe D.Thom.quodlib.1.artic.12.ad.1.Maior.diſt.16.quæſt.6.dub.vlt.Adrian.in 4.de ſatisfact.fol.126.§.4.caſus. Nauar.cap.9.nu.14.& in cap.contrarium.num.20.omnes Recent.qui aiunt oppoſitam ſententiam non mereri nomen probabilis opinionis:niſi limitetur, vt in textu.

q quia tenetur acceptare pœnitens Trident.ſeſſio.14.capit.8.can.15.Nauar.cap.26.num.20.

r cit.P.

s Palud.d.17.quæſtio.5.artic.3.caſ.2.Nauar.capit.9.num.3 &.4.& in.cap.1.princip.de pœnit.diſt.6.num.25.capit.23.numer.36.capit.26.numero.ſeptimo.Soto.diſtinctio.22.quæſtion.1.artic.1.col.antepenulti.& artic.4.col.4.

t Nauarr.ſup.ſi pœnitens integre cõfitetur omnia, & peccatum inobedientiæ, ob quod incurrit excommunica.

u Angel.confeſsio.1.§.decimonono (& refert ſe ad verb.confeſsio.quinto.§.decimo.vbi additio citat ſupplement.) confeſſor.primo.§.quarto.Cordub.caſu.vndecimo.Monal.Roder.(& quod excommunicatus contritus qui non eſt in mora poteſt in foro conſcientiæ recipere abſolutionem : quia iura ſolum loquuntur in foro exteriori, in quo præſumitur eſſe in mora & non contritus) idem plane ait Richard.diſtinctio.18.artic.9.quæſtio.4.quem bene Angel.pro ſe citat.Roſel.confeſsio.1.§.10.Angles in Flor.Theolog.

x Nauar.cap.9.num.3.4.7.cap.26.num.7.quia dum vult ſic recipere ſacramentum, peccat mort.ſcienter in receptione,ac ſubinde non valet abſolutio Palud.d.18.q.6.ar.3.Gab.d.179.1.dub.2.Syl.excomm.4.in princip.Victor.§.158.Caietan.verb.abſolut.impedi.cap.3.verb.confeſsio.iterand.cap.2.at contritus excommunicatus non prohibetur participare communia ſuffragia eccleſiæ vt tenet Nauar.cap.27.num.18.&.36.quia id fit occulte & ſine receptione ſacramenti.

y Nau.



6 Si ſacerdotem non paratum induxit quem ſciebat non eſſe miniſtraturum ſacramentum abſque peccato mort. y eo quod iacebat in concubinatu:vel erat nominatim denunciatus de excõmunicatione, vel ſuſpenſione,aut notorius clerici percuſſor(quales vitari iubet conc.Cõſtantien.) induxit vt illum abſolueret.inducere tamen paſtorem occulte excõmunicatum, qui ratione officij tenetur oues ſacramentis paſcere,vt non eſt peccatum poſt indulgentiam Concilij Conſtantien. ita ille in gratiam ouium inculpate poteſt miniſtrare, z ſi conteratur, nec ſit in mora, a vt quando non habet per quem ab excommunione abſoluatur. non deberet tamen abſoluere, b ſi facile poſſet differre aut mittere ad alium ſacerdotem.

7 Præter defectum contra integram confeſsionem:ſi non fecit veram,imponẽs ſibi mort.quædam.Veniale etiam de quo dubitat eſſe. m. tenetur confiteri:& generaliter dubia pro dubijs, certa pro certis fateatur vere.vt cap.4.§.1. dictum eſt. 2.ſi ſacramentum noluit ſeria intentione recipere:nam & baptiſmus ſine intentione adulti receptus nihil valet. c valet tamen ſi cordatus petijt aut bona intentione confeſſus eſt,& in phreneſim verſus baptizatur vel abſoluitur quando caret rationis vſu,ſup.lib.de ſacram.cap.22. Confiteri tamen tempore etiam præcepti propter inanem gloriam, non impedit veritatem aut fructum ſacramenti:vel propter vitandas pœnas eccleſiæ,ſup.ca.3.quia motiuum ad iunctum peccati venialis non impedit, quando ex intentione virtuali non excludit finem principalem & per ſe confeſsionis, ex quo fine curat integram & cum neceſſarijs partibus & conditionibus facere confeſsionem.

## CAP. XIIII.

Quando ſit iteranda ob defectũ ex parte cõfeſſarij, ſi caruit poteſtate ordinis vel iuriſdictionis.

*§.2. Qui reputatur parochus ſed nullum titulum habuit pro iuriſdictione.*

3 *At ob opinionem probabilem:vel dum non conſtat reuocatam bullam, eccleſia tacitè concedit iuriſdictionem.*

5 *Si parochus ſit denuntiatus.ſi non intellexit peccata. At valet confeſsio facta ignoranti cum bona fide pœnitentis.*

6 *Si abſoluit abſque intentione.*

7 *Aut abſque debita forma. quando nõ ſit differenda abſolutio. qui cũ defectu occulto confitetur non implet præceptum : ſed dicitur implere,quia excuſatur à pœnis.*

ITeranda eſt aliquando confeſsio propter defectum ex parte cõfeſſarij. 1. ſi non erat ſacerdos, qui proinde non habet abſoluendi poteſtatem ordinis: vel non erat baptizatus.2.ſi caret poteſtate iuriſdictionis ordinariæ vel delegatæ.nec vero illius eſt capax,niſi iuxta conc. Trident.ſeſſ.23.ca.15.ſit pro idoneo approbatus à iure vel epiſcopo,3.quãdo inferior indirecte abſoluit ſimul à reſeruatis,propter neceſſitatem, repetenda eſt confeſsio a reſeruatorum ſuperiori habenti directam iuriſdictionem,vt directe abſoluatur. & quanuis nulla confitendi neceſſitas vrgeat, ſi pœnitens bona fide confeſſus eſt inferiori, nec aduertit habere reſeruata,valet abſolutio : b cum omnia neceſſaria cõcurrant.At dum aduertit ſe confiteri ſimul reſeruata, non eſt abſoluendus, niſi cauſa ſubſit qua parochus præſumat tacitam ratihabitionẽ ſuperioris. c

2 Si ignotus ſacerdos ſæcularis aut regularis qui nullum titulum iuriſdictionis habet, decipiat quendam, d dicens ſe approbatum cum iuriſdictiõe.licet ex parte pœnitẽtis fiat integra mortaliũ cõfeſsio cũ bona fide,nõ valet abſolutio,nec gratiã cõfert: qa ignorãtia hæc facti ꝑpter bonũ vnius priuati hominis, nõ dat iuriſdictionem ſine titulo: e etiam

y Nauar.cap.9.num.7.fi.Soto.inf. & communis. z Soto.lib.9.iuſt.quæſt.8.art.1.ad.1.fi.&.diſt.1.quæſtio.5.artic.6.concl.3.&.5.diſtinctio.18.quæſtio.3.artic.3.diſtinctio.22.quæſtio.1.art.4.col.3.Cano.relect.de pœnitentia, part.5.& tandem Sylu.confeſſor.1.§.vltim.fin.confeſſor.3.proxime ante.§.citans concil Conſtantienſ.Palac.4.diſtin.5.quæſtion.3.Victor.de clauib.§.10.16.

a Victor.Palac.& tamen ſic miniſtrans cũ peccato, ſed in fauorem pœnitentis, non incurrit irreg.

b Victor.Syl.excom.5.§.9.Caietan.verb.abſolutio.cap.3.Adrian.de confeſſ.dub.9.ſignificat Soto.tenet Peña, & eſt communis Canoniſt.videtur tamen ſic miniſtrãs non peccare mor.quia vtitur iure ſuo in fauorem pœnitentis.

c D.Thomas,3.part.quæſtio.68.7.

CAP. XIIII.

SVp. a ca.12.§.4.infr.libr.3.de pœniten.cap.15.

b Nauarr.capit.nono.nume.6.D.Thom.add.quæſtion.9.artic.2.ad.4.ſeu diſtinct.17.vbi communis.ſolum explicat quando non eſt aditus ad ſuperiorem : vel ſuperior non vult audire omnia. Victor.§.146.alias.162.Soto,Cano, Alcoc.ca.12.

c quia parochus in reſeruata nihil poteſt directe Triden.ſeſſ.14.cap.7.quidã aiũt requiri pro cauſa, vt alias ſequeretur ſcandalũ ſeu infamia. Victor, Soto. Cano Alco.cap.12. At ſatis videtur ſuperiorem eſſe abſentem (cui nõ preiudicat, cum abſoluatur ſub onere reuertendi ad illum ) Nau.capit.nono.n.6.11.fin.cap.26.nu.6.ſi modo caſus nõ habeat excommunicationem. ſentit D.Thom.& commun.

d At ſi decepit integrũ populum, & communi errore vulgi habetur pro legitimo paſtore vt ſtatim dicetur.

e ſupr.capit.decimotertio.lit.N. Nauar.capit.nono.n.8.cum Pan.capit. nihil numer.12.de elect.Roſel.Syluest.Caietan.abſolutio.capit.tertio.in princip.& verb.confeſſio.capit.3.Syluest.confeſſor.1.§.19.

f ex

f [f] ex dict.cap.13. N. ſi. At ſi quis nullius peccati mort.memor confitetur tantum venialia ſacerdoti non expoſito, hic recipit gratiam: qua per accidens abſoluitur à mort.ignoto. [g] ſignificat Nauar.cap.9. num.8. Mant. add. quæſt. 9. & quidam

ſi forte cum mort. fateatur aliquod veniale, à quo ſi ſolum eſſet poſset ille ſacerdos abſoluere. f

3 Quãdo ignoratur ius difficile, & confeſſarius ac pœnitens inculpate putant per ſapientum opinioné g in praxi probabilem, adeſſe iuriſdictionem: eccleſia ſane confert iuriſdictionem in hoc occulto foro: vt confert etiam iure antiquo ſacerdoti occulte excommunicato habenti *titulum parochi.*

4 Vt iudicis etiam delegati ſentẽtia valet, quãdo titulo colorato reputatur legitimus: h ita dum ignotum eſt an Pontifex reuocauit gratiam bullarum cruciatæ, aut epiſcopus licentiam qua approbauit quoſdam idoneos, & illis delegauit iuriſdictionem, valent confeſsiones etiã de reſeruatis caſibus & excommunionibus ab habente bullam factæ: quando communi errore populi, vel probabili ſapientum opinione creditur gratiam nondum expiraſſe, quia Pontifex ea ignota reuocatione non vult animas illaqueari ſcrupulis: & indulgentia aut gratia conceſſa (præſertimquę irritatorium effectum infert) non expirat pro foro conſcientiæ, ante certificationem reuocationis [k].

5 Iteranda eſt. 3. ſi fiat Parocho habenti quidem iuriſdictionem, ſed impeditam iuxta concil. Conſtantienſ. per cenſuram excommunicationis denunciatæ, vel per ſuſpenſionem ab officio, vel per notoriã clerici percuſsionem l. 4. ſi non audiuit vel non intellexit integram pœnitentis confeſsionem: quia valde ignorans m, vel omnino ignarus idiomatis [n]: vel diſtractione, dormitatione aut ſurditate non audiuit [o]

Recent. fauet Sylueſt. indulgẽt. §. 5. verſ. 8. nec enim minus potens eſt opinio ſapientũ, quã error vulgi. addit Cou. 2. part. ſpõſ. capit. 7. §. 3. nume. 5. dubium probabile etiam circa ius diuinum excuſare. & Anto. Gabr. to. 3. commun. ex Anton. Maria. tit. 13. num. 8. & 9. pag. 216. Nau. cap. 17. nume. 82.

h [h] communis p. l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. Nauar. cap. 9. num. 8. Sylueſt. confeſſor. 1. §. 19. Anto. Gabr. tom. 2. li. 1. tit. de probatio. cõcluſ. 8. num. 31. & 32.

i [i] colligitur ex ſupr. dictis & Syluester. verb. indulgen. §. 5. verſ. 8.

k [k] Sylueſt. verb. gratia nume. 4. ibi Armil. §. 6. Tabien. §. 5. ad fin. cum Gemin. cap. 1. de conc. præben. 6. facit Cord. lib. 5. quæſt. 36. & de lege irritante Anton. Gabr. to. 2. tit. de clauſula. libr. 6. concl. 3. §. 9. 45. 55. citat Doctor. pro vtraque parte.

l [l] concil. Conſtantien. Nauar. capit. 27. num. 35.

m [m] Nauar. cap. 9. num. 9. Victor. §. 155. ſeu. nou. 168. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 4. Sylueſt. confeſsio. 1. §. 6. Ledeſ. quæſt. 8. art. 2. dub. 18. Soto. d. 18. quæſtio. 2. art. 4. &. 5. Medin. de conf. quæſt. 26. 27. Cord. conf. 9. cum Adria. de conf. quæſt. 4. dub. 2. quodl. 5. art. 2. Caiet. confeſ. cap. 3. ſed relinquit iudicio prudentis, an confeſſarius ſit omnino ignorans. frat. Medin. libr. 1. capit. 12. §. 1. vt iudex qui neſcit diſcernere merita cauſarum, non poteſt exercere officiũ.

quæ alius confitetur. ſi tamen pœnitens id non aduertens abſolutus eſt, recipit fructum ſacramenti p: nec tenetur repetere, niſi ea peccata, quę putat ſacerdotem non audiſſe q. At qui bona fide confitetur ignoranti, quẽ poſtea nouit neſciſſe diſtinguere inter mortalia & venialia vel reſeruata, non videtur cogendus iterare r: quia ille potuit & voluit bene diſpoſitum abſoluere, quanuis defecerit in prudentia circa medicinã & ſatisfactionem imponendam.

6 Ex defectu voluntatis, ſi non habuit debitam abſoluendi intentionem s ex malitia, vel quia dormitans, ebrius vel amens ſine humana intentione & vſu rationis abſoluit. quanuis autem pœnitens ſit digne diſpoſitus & integre confeſſus ſit, ſi confeſſarius non abſoluit, quia ex malitia noluit vel quia morte præuentus non potuit, tenetur repetere alteri: id enim præceptum non eſt tantum de agendo quod in te eſt, ſed de recipiendo ſacramentum hoc vere, ſicut & baptiſmum verum, quia eſt medium ſaluti neceſſarium. qui tamen contritus non poteſt recipere, excuſatur à violatione præcepti, & contritio ſupplet effectum: quia includit votum ſacramenti neceſſarij. ſup. lib. 1. de pœnit. cap. 17.

7 Si in ipſa abſolutione non protulit formam verborum neceſſariã, ſup. cap. 11. § 7. aut negat abſolutionem etiam ſine cauſa: ſed caueat cõfeſſarius duro præcepto compellere pœnitentes vt iterent confeſsiones pręteritas ſine certa ratione quę obliget [t]. At ſibi imputet obligationem repetendi pœnitens ſi per culpã ipſius ſtat, ne illi impendi poſſit valida abſolutio: quia non tollit

ſed limita infra. R. & falſo quidã hinc inferunt, quod ſi parochus agnoſcatur eſſe ignorantiſsimus, habere ſubditos licẽtiam à iure vt cõfiteantur alteri per cap. placuit de pœnitentia. diſtinct. 6. ſed de hoc infr.

n [n] fra. Medin. libr. 2. capit. 7. ſed hoc temperatum eſt ſup. cap. duodecimo.

o [o] communis & certa ſententia. q[uia] hic nullum officium iudicis exercet ſine cognitione cauſæ.

p [p] q Anto. tertia part. titul. 17. capit. decimoquinto, & capit. 21. §. 3. ſentit Cor dub. caſ. 9. & refert Gabriel. Adria. Medin. Sylueſt. Soto. Naua. idem Petr. Soto. lect. 7. de cõfeſſ. & citat Caieta.

r [r] bene Cord. ſup. cum alijs. cit. Gabriel. diſt. 17. quæſtio. 1. art. 3. dub. 2. Sylueſt. confeſsio. 1. §. tertio. ſic limita quod habetur ſup. M.

s [s] ſup. lib. 1. de pœnitentia, capit. 11. §. ſexto. & lib. de ſacramen. cap. nono. &. 29. Nauar. capit. 9. num. 9. & in cap. 1. de pœnitentia. diſt. 6. nu. 7.

t [t] Sylueſt. confeſsio. 1. num. 6. confeſsio. 2. §. 3. Ledeſ. 2. part. quæſtio. 5. artic. 4. Cord. caſ. 9. frat. Medin. lib. 1. inſtruct.

u quia



proximam occaſionem ſtatumq; peccati: & tamen qui integre confitetur cum intentione, non quidem recipiendi abſolutionem: ſed vt ad eã per confeſſarium excitetur & increpetur, vitat ſcandalum & pœnas eccleſiæ [u]: ſed præceptum diuinum & eccleſiaſticũ violat quantum ad culpam, ſup. c. 13. § 1. cum ſponte careat neceſſario propoſito emẽdationis, & indignũ ſe reddat abſolutiõe, multo minus implet quando in eo ſtatu manens contendit abſolui [x].

8 Hic tamen ea ratione dicitur implere præceptum eccleſiæ, quia euitat excõmunionẽ latã per edicta epiſcoporũ, & alias pœnas iuris: nec enim eccleſia intẽdit eos qui ſic obedire incipiunt, duro excommunionis gladio ferire. 3. qui ſponte dimidiat confeſsionem, cum vero animo ſe accuſandi (non autẽ ioco aut animo præuertendi confeſſarium) euitare videtur excommunionem, & alias pœnas eccleſiæ; ſup. c. 13. §. 1. eo quod confeſsio non integra, aliquãdo eſt materia ſufficiens abſolutionis, vt dictum eſt, ca. 12. nec occultus ille defectus ab eccleſia in foro exteriori damnari ſolet. & tamen poſſet ob hoc excommunicari, quia eſt peccatum operis, vel omiſsionis externum, licet occultũ per accidens. ſic interdum qui peccatum ſub excõmunione prohibitum faciunt, excuſantur à cenſura ex benigna interpretatione matris Eccleſiæ: vt qui clericũ cũ vxore deprehenſum percutit [y]: vel metu mortis cõpulſus remigat in Maurorum galeis [z]

u [u] quia huiuſmodi impœnitẽtium cõfeſsiones iubentur admitti capit. quod quidam de pœniten. & remiſsio. ſup. capit. decimo tertio. D. fatetur Adrian. Victor.

x [x] fatetur Adrian. & communis.

y [y] capit. ſi vero. de ſenten. excommunica. Nauar. capit. viceſimo ſeptimo. nume. 84. contra Couarrub. 2. parte ſpõſam. capit. ſeptimo. §. ſeptimo. nu. duodecimo.

z [z] Nauar. captt. vigeſimo ſeptimo. num. 63 ſi. Cordub. caſ. 137. & quidam recent. & ſimile eſt apud Nauar. cap. 27. numero 65. §. 4. nume. 141. §. 40. fin.

## CAP. XV.

### Per confeſsionem informem ſatisfit præcepto ſed non fini pręcepti. idem cum alia ſacramenta recipit in peccato.

§. 2. *Sed peccat contra aliud generale præceptum de reuerentia ſacramenti.*

3 *Si confeſsio dimidiata aut ſine dolore facta repetatur eidem confeſſario ſatis eſt pœnitentẽ ſupplere quod defuit, iterum accuſet ſe in generali de iam dictis.*

4 *Nec oportet vt confeſſarius ſit memor peccatorum: maxime ſi iam dederat pœnitentiam.*

PEr informem confeſsionem qua ſit verum ſacramentum ſatis impletur præceptum eccleſiæ quoad ſubſtantiam, ſup. ca. 11. vt aliorum ſacramentorum præceptum impletur, ita vt iteranda non ſint, licet recipiantur cum peccato, vt qui baptiſmum cum obice recepit. ſi in paſchę præcepto communicauit indigne cum conſcientia peccati mort. nõ tenetur iterum recipere: aut ſi in mortis articulo poſt prãdium accepit in peccato communionẽ aut extremã vnctionẽ, vt dicetur lib. de euchar. ca. 2. § 7. ſcandalum enim eſſet & illicitum, eodem illo die iterũ petere aut recipere idẽ ſacramentũ. hic tamen peccauit contra aliud generale præceptum diuinum & quodam modo naturale, de reuerenti ſacramentorum receptione. a

2 Generaliter præcepta virtutum excepto vno caritatis præcepto quãdo obligat ad legitimã Dei dilectionẽ internã quę includit modũ [b], poſſunt quoad ſubſtãtiã impleri p[er] actũ qui ex circunſtantia ſit peccatũ. [c] vt qui fidem coram tyrãno confitetur, & miſſam audit aut ieiunat cum vana gloria: quia finis & modus præcepti non cadit ſub eodẽ præcepto, niſi in ſola dilectione Dei: qui tamẽ horas recitat aut miſſam audit ſine vlla attẽtione & ſpõte diſtractus nõ implet, ſed tenetur iterare, quaſi ille actus nõ ſit humanus: quia de ſubſtãtia illius actus eſt attẽtio aliqua.

3 Qui ex obligatione apud diuerſum confeſſarium iterat confeſsionẽ, tenetur repetere omnia mort. ſi autẽ apud eundẽ auditorũ peccatorũ oblitũ: & defectus fuit ex parte ſacerdotis (vt ſi verba abſolutionis protulit abſq; cõſenſu, cũ tamẽ haberet iuriſdictionẽ) ſatis eſt ſupplere q[uo]d defuit, & iterũ abſoluere cũ intẽtione [d]: cum tamẽ in alijs ſacramentis requiratur vt forma coniũgatur cum materia proxima pręſente.

4 Si autẽ defectus incidit ex parte pœnitentis, vt qui ſiluit aliquod mort. vel abſque dolore & debito propoſito confeſſus eſt: quidam [e]

a [a] Concurrit duplex præceptũ. 1. poſitiuum de recipiẽda eucharistia (q[uo]d tantum determinatur in tẽpore p[er] præceptũ eccleſiæ.) 2. generale & connaturale rebus ſacris de quo in cap. omnis ſimul ſit mentio, vt meminerint fideles reuerenter ſuſcipere.

b [b] D. Thomas. 1. 2. q. 100. ar. 10. ibi frat Medi. & quęſt. 109. ar. 10. tertio. Soto. lib. 2. iuſt. q. tertia. artic. 10. Nauar. capit. vndecimo. nume. 6.

c [c] D. Thomas fr. Medin. & Soto ſup. artic. 9. Couar. cap. alma mater. prima part. §. 1. num. 1. Cordub. caſ. 15. Nauar. capit. 13. nume. ſecundo fin. cap. 11. num. ſexto. Caieta. 1. 2. quæſt. 109. 1. Sot. lib. 3. de natura & grat. ca. 11. ad fin. capit. 13. Vega, li. nono. capit. 37.

d [d] vt ſi viſdum verba matrimonij protulit, caruit cõſenſu cũ eſſet habilis, ſatis eſt vt verba poſtea ſuppleat cũ cõſenſu, ſi prima fœmina adhuc p[er]manet in cõſenſu virtuali D. Th. add. q. 47. 4. ad. 2. & cõmunis.

e [e] Bon. apud Syl. infr. & Cord. caſ. 6.

A a

f Palud.

putant repetenda eidem omnia ſigillatim, quãdo ſacerdos immemor eſt. ita tamen eſt diſtinguendum, vt ſatis ſit pœnitenti refricare memoriam confeſſarij dictis in generali, grauioribus quibuſdam ſpeciebus, quando dilata abſolutione nondum iniunxerat pœnitentiam: ſententia enim quanuis arbitraria ſit debet eſſe prudens, vt imponat conuenientem medicinam & ſatisfactionem pro ratione peccatorum. ſi autem confeſſarius dilata abſolutione iniunxerat pœnitentiam (vt expedit fieri [f]:) ſatis eſt vt recolat pœnitentiam iniunctam, nec oportet vt tempore abſolutionis memor ſit ſingulorum peccatorum [g].

## CAP. XVI.

### Qui ſponte fecit generalem confeſsionem an teneatur ad integram omnium. expedit aliquando confeſsio generalis totius vitæ.

§.2. *An poſsit fieri ſtatutum in Religione de repetendis confeſsionibus, de quo cap.17.*

3 *An ſtatutum Ciſtercien. in eo ſenſu ſit confirmatum à Papa.*

4 *Qui generalem confeſsionem facit ſine obligatione non peccat ſilens quædam ſecluſo malo fine hypocriſis.*

5 *Circa caſus non reſeruatos non poteſt fieri generalis lex repetendi peccata directe abſoluta.*

6 *Nec olim tenebatur repetere parocho, quæ confeſſus erat regulari confeſſario.*

8 *At compellet parochus vt ante paſcha & communionem ſit facta confeſsio.*

QVidam addunt alios caſus, in quibus ſi iteretur cõfeſsio de peccatis non reſeruatis, putant pœnitentem obligari vt integre repetat omnia mort. quæ fecit. 1. eſt ſi quis ſponte velit facere generalem totius vitæ: aut totius anni confeſſiones factas repetere. [a] (præſertim dum à prælato vel confeſſario interrogatus [b] affirmat ſe velle omnia quæ recolit confiteri) nam qui tunc occultans quædam grauiora decepit confeſſarium per hypocriſim volens ab illo exiſtimari vir innocens & perfectus, cenſetur Chriſtum irridere in vicario ſuo. De quo tamen ſtatim. §.6. dicetur.

2 Expedit valde, ſemel in vita aut bis facere generalem confeſsionẽ [c], (vt fit in multis religionibus) cum magna animi præparatione: vt dum homo magis doctus & expertus agnoſcit proprias ſpecies, circunſtantias, & grauitatem peccatorum, & cum diligenti examine computare nouit neceſſarium numerum, vt omnia & ſingula confiteatur. 2. expedit vt aduertat faciendam eſſe reſtitutionem aut ſatisfactionem, ſi quid in anteacta vita meminit ſe debere proximis, quos verbo aut facto offendit. & vt cum Dei gratia remoueat ignorantias culpabiles ſi quas habet, & occaſiones proximas reincidendi, aut vitioſum aliquem ſtatum peccati, in quo permanſerat: & nihil ſit quod impediat firmum & efficax propoſitum emendationis. 3. vt perpenſo numero peccatorum & grauitate, ſimulque beneficijs Dei in ſe collatis, quibus fuit ingratus, curet pijs conſiderationibus, & meditationibus excitare ingentem deteſtationem, & contritionem omnium peccatorum: atque ita curet non tantum emendare vitam implendo omnia præcepta, ſed facere dignos fructus pœnitentiæ, recogitans omnes annos vitæ in amaritudine animę ſuæ.

3 In multis religionibus [d] eſt ſpe-

[f] Palud. diſt.17.q.1.art.3.caſ.3. [g] Paludan. ſup. Richard. ar.2.q.8.argu.4. cum ſolutione Sylu. confeſsio.1.§.3. Angel. confeſsio.1.§.13. Anto. 3. p.tit.14.c.19.§.4. Adrian. de confeſ.q.4.§. ſi petas cum Baptiſta, verb. confeſsio.§.8. Medin.q.d. confeſsione facta confeſſori primo. §. illud occurrit & citat. Adrian. Nauar. ca.9.fi. cum Medi. Alcoc.c.13. fin. fr. Alex. ſum. libr.1. tit.4.cap.4. caſ.5.

CAP. XVI.

[a] DE hac hypocriſi. Magiſt.4.d.16. ibi D. Tho. q.4.1.4. Aſten. libr.5. tit.5. Sylu. cõfeſſ.1.§.6. quando mutat confeſſarium, quod limitat Victor.§.179. alias.196. ſi ſępe id faceret vt obtineat officiũ. ſed vid. Nauar. cap.21. n.40. de illo autem qui dicit ſe velle facere cõfeſsionẽ generalem, & tamen tacet grauia: Victor.§.153. alias.166. Ledeſ.2.p. q.8.artic.2. dub.15. ſæcus ſi nõ decipiat cõfeſſariũ. Nau.c.21.n.38.40.

[b] ſup. c.8. §.1.B. Nau. cap.6. nu.8. quia vt interrogatio iudicis ita & confeſſarij compellit ſubditum.

[c] quia id commendat Leo Papa. X. in bulla & priuil. Mendicant. idem duo Põtifices Pius V.& Sixtus.IIII. dum confirmant ſtatutum Ciſtercienſ. ordinis vt pro vſu & conſuetudine ipſorum Regulariũ habetur cõmendatũ vt certo die cuiuſq; anni, profeſſores eius ordinis debeant de omnibus peccatis ſuis, quorũ memoriã habuerint, ab vltima confeſsione facta ſuis Prelatis, cõfiteri ꝓprio prelato aut alteri ꝑ Prælatũ deputato. & id ſtatutũ ait Põt. per ſanctos ipſius ordinis Patres factũ eſt & per ſedẽ Apoſt. confirmatũ, & à primæua ordinis inſtitutione obſeruatum quod refert Nauar. d.ca. placuit. nu.110.118.& Maior. d.17. q.6.& habet apud Monumen. Minorum.

[d] ſimili ſtatuto vtũt monachi D. Bernar. & Benedict. & Carthuſiẽ. vt refert Gerſo. to.2.tra.5. đ ſtatu. Carth & Alpha.25 li. F. alph.16 P.& lec.2. in Marc. f. Ferdin. del Caſtillo.3. lib. Chron. ord. Prædic.c.46 refert qđ Alber. Mag. cũ eſſet ſuæ religionis prouincialis fecit in ea ſimile ſtatutum. idẽ habetur in religione clericorũ ſociet. Ieſu in exam.c.4.§.41. in Conſtit.6.p.c.1.§.2.& facit.3.p c.1.§.11.& in ſociet. reg.5.& in religione Carmelit. excalciatorum. item pro ſæcularibus Pontifex. approbat exerci-



ciale ſtatutum valde vtile & commendatum [e], & conſuetudine obſeruatum, vt ad finem anni omnes regulares ſubditi repetant prælato monaſterij omnia peccata mor. quãuis reſeruata non ſint. [f], à quibus per hebdomadas aut menſes ſingulos fuerant directe abſoluti à proprio regulari confeſſario, qui iuriſdictionem ex ſe non habet, niſi delegatam à prælato, quam ei poteſt ad nutum amouere. In religione enim quę eſt ſchola perfectionis, imponuntur quædam onera & præcepta de rebus difficilioribus, quæ alias ſunt de conſilio: & poſſunt ac ſolent regulares in his, & alijs rebus renunciare iuri ſuæ libertatis [g], cum abnegatione ſui. nimis vero expedit proprias conſcientias ſincere manifeſtare prælato, vt ſubditos iuuet cõſilio & auxilio, vtens in fauorem pœnitentis notitia licita confeſsionis.

4 Quidam putant id ſtatutum religionis ideo obligare, quia factum eſt cum expreſſo ipſorum regularium conſenſu, quaſi pactum initum inter prælatũ & ſubditos, cum promiſsione aut voto implicito: quale ſtatutũ obligare ſolet ſucceſſores [h]: & materia ſtatuto declarata videtur cõtineri ſub generali voto obedientiæ, vt quædam ſtatuta declarant materiã voti paupertatis [i]. Qui vero de nouo religionem intrãt, acceptãt illũ viuendi modũ cũ ſuis ſtatutis [k].

5 Quidam eius ſtatuti pro religione Ciſtercienſi confirmationem factam à Sixto Papa.4.& Pio.2. varie interpretantur, & fatentur quod ſi ita definitum eſſe conſtaret, non liceret dubitare [l]: cum tamen rationes quibus quidã id probant non ſint niſi probabiles.

6 Cæterum in prædictis ita probabilius cenſendum eſt, 1. non peccat qui in generali confeſsione ad quam nullo præcepto cogitur, dicit ſe velle tantum confiteri grauiora quædam, ad ſui pudorem, & conſilium capiendum, hic enim licite poteſt quædam alia tacere, ſup. capit.12.§.2. nec in aliquo fallit

exercitia ſpiritualia ſocietatis, quibus inſtructi ſæculares faciunt diligentem & meditatã confeſsionẽ totius vitæ, cum pijs conſiderationibus, & fructus huius refert Landulph. Cartuſ. lib. de vita Chriſti frat. Med. libr.1. inſtruct. cap.12. lib.2. cap.8.

[e] Henric. quodli.1.q.32.ꝙ lib.10 q.1. videtur Maior. d.17 q.6. Angel. confeſſ.5.§.9. Syl. confeſsio.1.§.9. Tabien. §.12. ſi. Anto.3.p.ti.14 ca.19.§.4. Alcoc. ca.9. D. Th. quodlib.1. ar.12. ad.1. Ledeſ.2.p.q.8.a.3. dub.19. Soto.d.18.q.1. art.1. verſi. dub.& q.2. art.3.col.3. Duran. diſt.17.q.11.& q.15.nu.10. Dionyſ. Ciſtercienſ. d.23 Carthuſ. d.18. Holcot.4.q.5.& id ſtatutum obligare ſi fiat cum ſubditorum cõſenſu ſaltem tacito, fatetur Nauar. ca.2.nu.5. in.5. conditione frequens, & ca.9.nu.1.ca.21.nu.38.& clarius. ca.22. nu.38.c. placuit. de pœni.d.6.nu.112.128. vbi refert Palud.d.17.q.5.col.2. Adria. de conf.q.5. ant. dub. Almain.q.1.col.44.& alios dicentes fieri poſſe tale ſtatutum Med. de confeſ.q.33. de confeſ. facta fratribus priuilegiatis fol.80.82.col.2.

[f] Committi poſſe iuriſdictionem abſoluendi à peccatis non reſeruatis ſub onere declarato pœnitenti, vt teneatur ea peccata mort. repetere prælato: tenet Nauar.c.26.nu.12. quanuis neminem citat. idẽ Caietan. verb. abſolutio. ca.1. Roſel.§.5. frat. Alexand. ſum. lib.1. ca.5.§.5. fin. Angel. confeſsio.5.§.9.& eiuſdem ſententiæ eſt Henric. ſup. & plane Palud. Adrian. dict. quæſt.5. ante dubia Medin. quæſt. 33.f.82.col.3. quam tamẽ ſententiam tanquam ſolius Roſelæ, putant non eſſe tutam Tabien. abſolutio.1.nu.6. Armi.§.6. quaſi abſolutioni addatur conditio implicita de futuro. cum reuera non ſit conditio, ſed onus & modus, vt addi ſolet dum inferior abſoluit à reſeruatis.

[g] Regulares vt per vota renunciant bonis, & alijs rebus: ita per ſtatuta renuntiant multis alioquin de ſe licitis. atque ita ſtatutum de repetendis confeſsionibus, oſtendi ſolet nouitijs, vt in Religione Societ. Ieſu, in regul.5. Magiſtri Nouitiorum quod generaliter habetur in exam. capit.1.§.13.& conſt.1.part.cap.4.§.5.

[h] ſic populus ſuccedẽs tenetur ex vi pacti & cõtractus ad feſta & obſeruantias, quas prædeceſſores cum voto aut iuramento firmarunt, quia dum non reclamat, cenſetur tacite conſentire in conſuetudine; quæ habet vim legis. Nauar. cap.12. nu.79. ad fin. Couar. cap. requiſiſti. de teſtam. cap. quãuis pact. 1.part.§.5. num.4. cum mult. per c. veritatis de iure iur. D. Thom.2.2. quæſtio.98. art.2. ad.4. vbi Cano.& Recent. niſi votum eſſet de nænijs, & ſine cauſa rationabili.

[i] ſic in varijs religionibus ſtatutum declarat modum paupertatis: vt apud minores ne habeant dominium etiam in communi nec redditus, nec tangant nummos.

[k] ſic qui ſponte initiatur ſacris aut ſuſcepit baptiſ. contrahit obligationes iſtius ſtatus. At non oportet ſingulos de religione conſentire: ſed ſatis eſt ſtatutum fieri in Capitulo Generali, vbi Prælati vice aliorum conſentiunt: præſertim ſi à PP. ſit confirmatum. vt leges concil. general. poſtquam confirmatur à PP. cenſentur acceptatæ à Patribus concil. nomine ſingulorum Chriſtianorum: & illos obligant abſque illorum expreſſo conſenſu. quam rationem tangit Nauar. capit. nono. num. primo, & cap. placuit. num.118.

[l] Nauar. cap. placuit. num.118. vt non licet dubitare an recta ſint ſtatuta alia quæ Papa confirmat: cum non poſsit errare in lege morum, ſicut nec in definitione fidei. Anton. Gabr. tom.2. communi. tit. de clauſul. concl.1.§.28. conc.3.§.2. Nauar. capit. duodecimo. nume.89. Cordub. libr.1. quæſtion.54. Simanc. de Cathol. inſtitu. capit.47. numero.84. frat. Medin.1.2. quæſtio.105. articulo tertio. ad primum. Petrus Nauar. libr. ſecundo. de reſtitutione. capit. quarto. numero.450. ſic Patres defendunt dogmata fidei ab argument. gentilium, quod nihil contineant impoſsibile aut improbabile. & Papa ante definitionem fidei, & Canonizationem, præmittit humanas diligentias: quibus tamen concluſio definita eſt certior.

confeſſarium. 2. quanuis id confeſſario non explicaret, certe deceptio & mendacium in eo iudicio pœnitentiæ non videtur perniciosum, ſi quod ex peccatis directe abſolutis occultet, vt. d. cap. 12. dictum eſt. quia nihil celat eorum quæ huic iudici per ſe teneatur in eo foro manifeſtare. 3. ſiquis epiſcopum aut prælatum ea generali confeſsione intendat decipere, vt occultans grauia habeatur ſanctus & dignus officio aut dignitate: atque hac via per hypochriſim obtineat beneficium quo indignus eſt, videtur mort. [m] ſi tamen interdum mutet confeſſarium ſolitum, vt alteri grauem caſum in quem forte incidit fateatur, non peccat mort. & interdum expedit [n].

7 Secluſa reſeruatione caſuum, de qua lib. 3. de pœnitentia. capit. 14. non poteſt fieri generalis lex pro omnibus Chriſtianis, vt qui directe abſolutus eſt à non reſeruatis per legitimum confeſſarium ſæcularem aut regularem, teneatur ſub mort. repetere eadem peccata parocho. (Hæc enim res difficilis excedit finem legis humanæ, quæ omnibus debet eſſe tolerabilis & ſuauis: Poteſt vero ſæcularis ad quædam difficilia ſe voto obligare, ad quæ tamen nulla lege compelli poteſt.) Nam qui abſoluitur directe, onus repetendi peccata iam non habet ex ratione caſus reſeruati, ſed nec ratione voti proprij aut promiſſionis in re graui, quare perinde liberatur ab obligatione, ac ſi abſolutus eſſet immediate à Papa [o], aut per expreſſum iubileum abſq; vllo onere.

8 Quidam putant [p] olim per extrauag. vices, de treuga & pace, & extrauag. ad veteres, quæ ſunt editæ à Sixto. PP. 4. [q] & Martin. 5. confeſſos ſacerdoti regulari expoſito, & habenti iuriſdictionem non impeditam, obligatos fuiſſe iure communi vt eadem peccata ſemel in anno in quadrageſi. aut ante communonem paſchæ iterū confiterentur proprio parocho: quaſi monacho iuriſdictio delegetur à PP. ſub eo onere vt ſibi confeſsi tenerentur confeſsionem repetere parocho, tanquam paſtori ordinario. (quod tamen falſum eſt) & quod prælatus religionis committat confeſſario abſoluere regulares ſubditos ſub onere repetendi prælato.

9 Id onus licet durum, liceret in inſigni aliqua religione. ſed poſtquam Pontifices ex priuilegio conceſſerunt iuriſdictionem confeſſarijs approbatis regularium pro audiēdis confeſsonibus etiam ſæcularium, Ioan. 22. Pontif. definit erroneum eſſe dicere, [r] quod teneantur eadem peccata de quibus per regulares ſunt directe abſoluti, repetere parocho aut epiſcopo. idem probat Benedict. 11. extrauagan. inter cunctas de priuil. & ſubdit, liberatus ſemel ab eo debito, non obligatur amplius ad eandem debiti ſolutionem per repetitionem confeſsionis. exponitq; iuris preceptum de annua confeſsione facienda parocho, intelligi de illis peccatis, quæ alias non eſt confeſſus, nec ab illis directe abſolutus. quod de ſæcularium cōfeſsionibus certum eſt. atq; ita interpretandus eſt Sixt. 4. extrauag. vices de treuga & pace: vbi negat ſe nouum ius condere, ſed explicat ius commune poſitum in capit. omnis vtriuſque ſexus. quo laici non obſtantibus priuil. mendicantium ob quę eis confiteri poſſunt, tenentur de iure ſemel in anno ante communionem paſchæ, confiteri parocho. nempe ea peccata à quibus

[m] Sic temperandus eſt Victor. & ledeſm. cit. A. [n] Nauarro. capit. vigeſimo primo. numero. 40. fin. [o] ſicut Papa habet commutatiue iuriſdictionem in ſingulos fideles totius orbis, & poteſt eos abſoluere inuitis epiſcopis, ita ob priuilegia regulariū, bullas & iubilæos poteſt per alios abſoluere, vt probat recepta conſuetudo fidelium. & male Taper artic. quinto negat expedire vt per bullas & iubilæos eximantur ſubditi à parochis quantum ad confeſsiones.

[p] olim propter Sixt. 4. in extrauag. Vices. de treuga & pace. & Martin. 5. extrauag. ad veteres. putarunt. quidā Pontif. ſub eo onere delegaſſe iuriſdictionē monachis ſacerdotibus. vt tamen laici his confitentes teneantur ad finem anni ea peccata confiteri parocho. tenet Ioan. de Poliaco videtur Henric. quodlib. 10. quæſtio. prima, & ſecunda; pro qua ſentētia Ledeſ. ſecunda par. quæſtio. ſeptima. artic. quinto, dub. tertio. citat Richard. Armach. libr. 11. capit. primo. & quarto. Gloſſ. in capit. omnis vtriuſque ſexus. facit Gregor. capit. ex autoritate 16. quæſtion. prima. & quidam canoniſtæ cum Glo. de pœnitentia. diſtinctio. ſexta. capit. placuit vt ibi

[q] refert Nauar. [q] quia Sixt. 4. extrauagan. vices oſtendit ſe non condere nouum ius: ſed explicat ius commune quo obliget non obſtante priuileg. Mendic. nempe quod laici tenentur de iure confiteri parocho ſemel in anno. ſimiliter loquitur Martin. 5. vt aduertit Medin. quæſtio. 33. pag. ſecunda. cum Adrian. quæſtio. 5.

[r] Dicere quod confeſſi ſacerdoti Regulari approbato tenētur repetere cōfeſsiones parocho eſt erroneū, vt definit Ioā. 22. in extrauag. vas electionis de hęret. quia regularis ex priuilegio Pōt. habet iuriſdictio. vt directe abſoluat ſæculares quod cōceſſit Alexan. 4. & 5. Clemen. 4. Vrba. 4. Bonif. 8. Paul. 3. Greg. 13. & plurimi alij Pontif. cum iuſta cauſa, & experimēto conſtat cedere in publicam eccleſiæ vtilitatem. Quod vero Bonif. VIII. extrauagan. ſuper cathedram. de ſepultu. moderatus eſt, iterum confirmat Alexand. V. capit. dudum de ſepultur. quamuis Benedicti. XI. ſuſtulit ad tempus eam moderationem. hanc ſententiam eſſe certam probat Soto. diſtinctione decima octaua, quæſtione quarta, articulo tertio. Ledeſma. ſecunda parte, quæſtione ſeptima, articulo



alias nō fuerant legitime abſoluti [s]: ſic qui ſæpius in anno receperat euchariſtiam ex priuilegio apud monaſteria regularium, tenetur nō quidē repetere pręteritas cōmuniones, quod fieri non poteſt: ſed nouā cōmunionem accipere in paſcha de manu proprij parochi: nam & priuilegia regularium ſemper excipiunt id tempus paſchæ quo impleri debeat præceptum communionis in propria parochia.

10 Poteſt quidem parochus vt vultum ſui pecoris agnoſcat, compellere oues ſuas vt impleant præceptum annuæ confeſsionis & communionis: ad quod regularis non habet ius compellendi. ſi tamen ſubditus probet, ante communionem Paſchæ ſe regulari iam confeſſum, nec habere conſcientiam noui peccati mort. tenetur illum parochus admittere ad communionem: quia ſatis impleuit præceptum confeſsionis [t]: de quo eccleſia non deſignat certum diem anni, vt deſignat pro communione paſchæ, quæ à ſolo parocho eſt accipienda.

## CAP. XVII.

### Poteſt in religione fieri ſtatutum repetendi confeſsiones prælato.

§. 2. *At prælatus commutare poteſt eam repetitionem: ſicut & votum repetendi confeſsiones.*

3. & 4. *Ciſtercien. non videntur olim fuiſſe obligati repetere omnia. m. prælato.*

5 *Iam conſuetudo ita interpretatur apud Ciſterc. & præſertim in religione vbi conſtitutiones declarant non obligare ſub peccato.*

IN religione fieri poſſet ſtatutū cū expreſſo conſenſu regularium, repetendi factas confeſsiones in fine anni prælato: aut etiam confeſſario quem prælatus deſignauerit. & quidam ita factum putant in religione Ciſtercienſ [a], vbi ipſa conſuetudo arguebat ſtatutum ita acceptatum à ſubditis. ſi ſtatutum fieret in Capitulo generali, ſatis eſt conſentire prælatos ius ſuffragij habentes nomine omnium: nec requiritur ſingulorum ſubditorum præſentium aut futurorum expreſſus conſenſus: præſertim poſtquam à PP. confirmatum eſt. Sic enim leges Concil. generalis à PP. confirmati, dum à Patribus eiuſdem concilij nomine omnium acceptantur, obligant omnes abſq; illorum expreſſo conſenſu: & ſtatutum religionis poteſt ſua declaratione reponere aliquod ſub materia obedientiæ aut paupertatis [b], ad quam regulares ſe voto obligāt: & poſito eo ſtatuto prælatus, qui caſus reſeruare poteſt, concedit delegato cōfeſſario iuriſdictionem, vt ſubditus ſub eo modo & onere ex lege pactionali abſolutus, perinde teneatur peccata repetere pręlato [c]: vt tenetur dum caſus eſt reſeruatus, à quo indirecte abſoluitur, de quo infr. lib. 3. de pœnitentia. ca. 15. & ita olim quidam ſed falſo putarunt cōfeſsiones ſæcularium factas regulari repetēdas eſſe parocho: de quo dictum eſt. c. 16. §. 8. nō quod parochus aut prælatus monaſterij delegando iuriſdictionem reſeruet ſibi eos caſus (hic enim caſus reſeruare nō poteſt) ſed quia Pontif. aut Generalis religionis qui caſus reſeruare poteſt, ſub dicto modo & onere committat iuriſdictionem inferiori confeſſario.

2 Multum differt hæc obligatio repetendi peccata, ab ea qua peccator iure diuino tenetur confiteri omnia mort. quia ab eo præcepto diuino quanuis contritus eſſet, non poteſt vlla diſpenſatione aut commutatione liberari à PP. & qui ob impedimentum fuit indirecte abſolutus per inferiorem à reſeruato, tenetur querere directam abſolutionem ceſſante impedimento: aut certe in articulo mortis illum caſum iterum confiteri, vt tunc directe abſoluatur At qui ex ſolo ſtatuto & voto implicito ſeu pacto tenetur repetere eadem peccata, ſatis eſt, ſi facta commutatione dicat eadem peccata prælato extra confeſsionem [d]: vt qui directe in mortis articulo abſolutus eſt à reſeruatis habentibus annexam excommunicationem, ſatis eſt vt ſine confeſsione ſe præſentet, & peccata manifeſtet prælato ſuperiori [e]: quia cum in mortis articulo

Io quinto. dubio tertio, Maior. diſtinctione 17. quæſtio. ſexta, & 17. Duran. quæſtio. duodecima. Pet. Soto de cōfeſſ. lect. 5. Syluest. confeſſor. 2. §. primo, & ſequent. Med. quæſtio. de confeſsione facta fratribus priuile. Nauar. capit. 27. numero. 260. & paſsim Doctor.

[s] ſic eſt legitima expoſitio Sixti 4. pro laicis qui Sixtus. 4. ſimiliter confirmauit ſtatutum pro regularib. Ciſtercienſ.

[t] d. eſt. P.

CAP. XVII.

[a] CIt. a c. 16. E. & l.

[b] de poſsibili fatetur Adrian. de confeſ. quæſtio. quinta, & alij.

[c] Nauarr. capit. vigeſimo ſexto. num. duodecimo. Caietan. Roſel. frat. Alexan. Angel. Henric. Palud. Adrian. Medin. cit. capit. decimoſexto. A.

[d] quæ differentia eſt valde aduertenda.

[e] D. Tho. diſtinct. vigeſima. quęſtion. prima. primo. ſecunda ad ſecundum. Palud. quæſtio. prima. articulo ſecundo. cōcluſ. tertia. Anton. 3. p. titul. decimo quarto, capite. 19. §. 17. Soto diſtinct. decimaoctaua, quæſtio. 4. 4. ad ſecundum. Angel. confeſſ. 3. §. ſecundo. Syluest. abſolutio. 1. §. octauo. confeſsio. 1. §. 19. confeſſor. primo. §. 20. Tabien. abſolutio primo. §. decimo quinto, Armi. §. duodecimo, Alcoc. §. nono. fin. Angel. confeſſor. 1. §. vigeſimo, Nauarr. capit. 26. numer. 27. Cordub. caſ. 18. punct. primo quia Trident. ſeſsio. 14. c. 7. ait nullam eſſe reſeruationem peccati in arti. mortis. Addit Turrecrem. cap. tempus de pœnitentia. diſtinct. ſeptima. numero. quinto. cum Paludan. quod eos qui ſic directe ſunt abſo-

ſit directe abſolutus à culpis, non tenetur iterum eas ſubijcere confeſſario vt abſoluatur. ſic qui voto ſe aſtrinxit ad repetendas confeſsiones legitimas, vel ad confitenda venialia, poteſt facta voti commutatione liberari à confeſsione iſtorum, quæ non ſunt materia neceſſaria pœnitentiæ.

3 De facto non videtur ſtatutum Ciſterc. obligaſſe ſub peccato mort. ad repetenda prælato peccata, à quibus ſubditus fuerat directe abſolutus [f] per priuileg. quod illis conceſſerat idem Sixt. IIII. quia ſi directe abſolutus eſſet à proprio generali, aut à PP. abſque onere, conſtat non teneri repetere eam confeſsionem prælato monaſterij in fine anni. qui autem in articulo mortis aut per priuileg. directe abſoluitur vice Chriſti à priuato ſacerdote, manet non minus liber, quàm ſi à P^p. abſolueretur: Quilibet enim confeſſarius in his non reſeruatis, eſt ſupremus iudex vice Chriſti. Porro Sixt. 4. in priuileg. quod anno, 1481. conceſsit ad petitionem Abbatis Ciſtercienſ. ait, illorum ſtatutū & conſuetudinem de confitendo prælatis aut per eum deſignatis, fuiſſe per ſanctos ipſius ordinis factam, & à primæua inſtitutione obſeruatam, & à ſede Apoſtolica confirmatum: nec prætextu priuilegij à ſe conceſſi ijſdem Ciſtercienſ. derogari huic ſtatuto, ita plane declarat, vt præfati monachi ad confitēdum ſemel in anno quolibet, omnia peccata ſua ab vltima confeſsione illorū prælatis facta iuxta formam dicti ſtatuti, teneantur perinde, acſi conceſsio prędicti priuilegij non eſſet à Papa emanata. & idem fere ait Pius 2. anno. 1559.

4 Sed horum Pontificum menſ limitari poteſt iuxta dictam declarationem Benedicti. 11. vt ſicut ſeculares tenētur ſemel in anno confiteri parocho: nempe ea tantum de quibus non fuerant per alium abſoluti directe: ita hi regulares ſimilia cōfiteantur prælato, & ab illo compelli poſsint. vt ca. 16. §. 9. dictum eſt. nec excuſari ſi dicant prætextu priuilegij ſe in futuro velle alteri confiteri. nam occurrente tempore præcepti quo prælatus compellit, non liceteo prætextu differre confeſsionē in futurum. ſic admonetur quidam ne voti religionis iam obligātis executionem differat prætextu futuri episcopatus quē ſperabat [g]. & alter monetur ne differat impletionē ſponſaliū ſub iuramēto iam obligātium, prętextu implendi iuramentū, aut votum de futura religione.

5 De facto non videtur iam apud Ciſtercien. aut aliam religionē obligare ſub. m. ſtatutū repetēdi omnia peccata: quia iā diu conſuetudo ſic cōfitēdi prælatis ceſſauit: [h] & prælatus detrectat cōfeſsiones audire, ne dū reos punit, poſsit ſuſpectus haberi de violato ſigillo. vbi vero inſtitutor religionis declarat cōſtitutiones ſuas non obligare ſub peccato, vt in religione clericorū ſocietatis Ieſu [i] & B. Dñici, tale ſtatutū (qđ monet repetere cōfeſsiones totius anni prelato) eſt tātū de cōſilio vt repetat peccata à quibus de licētia maioris prelati aut ꝑ iubileū [k] ſubdit⁹ directe abſolutus fuerat: quia eo poſito nulla manet reſeruatio [l]. vt q in mortis artic. abſolutus eſt ab ijs reſeruatis quæ nullā habent excommunicationē, non tenetur ea peccata amplius repetere. commendata quidē eſt cōſuetudo faciendi confeſsionē generalem totius vitæ, ſup. c. 16. §. 1. aut in religione repetēdi confeſsiones totius anni prelato: ſed ſine ratione & autoritate neceſſaria nemo cōſtringēdus eſt ſub mortali ad nouū onus repetēdi peccata directe abſoluta. qꝫ ſi cui Pontifices citati. ca. 16. §. 7. &. 8. variare videātur: ſane vnus alterius definitionē nō corrigit, ſed mētē & obſcurum ſenſum alterius explicat.

## CAP. XVIII.

De. 3. parte materiæ, quæ eſt ſatisfactio de nomine, & quomodo hæc differt à reſtitutione. eſſe medium neceſſarium ad conſecutionem gloriæ.

§. 2. *Iuſtus poteſt Deo ſatisfacere pro temporali pœna.*

3 *Licet ſit iuſta ſatisfactio, non pertinet ad virtutem iuſtitiæ, ſed pœnitentiæ, quia requirit gratiam creditoris.*

abſoluti à peccatis, forte non poteſt Papa obligare ad repetitionem confeſsionum. At ſi indirecte per inferiorē ſit abſolutus à reſeruatis, non ſatis eſt vt ſe præſentet prælato: ſed iure diuino tenetur iterum confiteri eadem peccata, vt directe abſoluatur, ſicut & peccata oblita, quorum poſtea recordatur.

f quia ſine cōſenſu ſubditi non poteſt obligari: vt aiunt Paludan. & Turrecrem. ſup.

g cap. per tuas de voto. de quo Caieta. cum Diuo Thoma. ſecunda ſecundæ, q. 185. 8. ad primum. Syl ueſt: religio. 2. §. vigeſimo. Angel. votum. 3. §. decimo-quinto. Tabien. verb. episcop⁹. numero ſeptimo. Armil. §. decimo. Abul. Num. 30. quæſtio. 94. vide ſimile in capit. commiſſum de ſponſalibus.

h ita fatentur Regulares prælati ordinis Ciſtercienſ. & aliorum ordinum.

i in Religione Societatis Ieſu conſtit. 6. part. capit. 5. & Prædicatorum, vt ait Diuus Thomas, ſecunda ſecundæ, quęſtione. 186. nono ad primum. vbi Caietan. Soto. libro primo. iuſtit. quæſtio. ſexta, articulo quarto colum. nona. & articulo quinto, ſi. Caſtro. libro primo, leg. pęnal. capit. nono. Nauar. prælud. nono. num. octauo. capit. vigeſimo tertio. numero. 49

k ſed apud monachos Diui Bernardi, & Regulares ſocietat. Ieſu. vt fruantur iubilæo, peti debet licentia Prælati & confeſsiones fieri apud deſignatum confeſſarium per prælatū ex bulla. Alex. 6. Greg. 13.

l quando reſeruata ſunt directe abſoluta vt de articul. mortis vt dictū eſt. H.

CAP.



## CAP. XVIII.

4 *Priuatus iuſtus non poteſt anticipato ſoluere pro futuris, nec conſeruat ſibi theſaurum.*

5 *Diffinitur ſatisfactio*

6 *Nihil minuit in opere de merito gloriæ.*

Vox ſatisfactio [a] ſignificat. 1. actionem qua homo debitum ſuum implet cum quadam æqualitate vel proportione: & ad actum iuſtitiæ & reſtitutionis debitæ accommodatur. vſurpatur. 2. pro defenſione & excuſatione ſui [b]. 3. pro cōpenſatione iniuriæ in perſonā, quæ in actionibus conſiſtit, non in rebus. in quo differt à reſtitutionis voce [c], quæ eſt actio circa res ex iuſtitia commutatiua debitas. & à noſtris accōmodatur actioni qua Deo pro pœnis ob culpam debitis ſatisfacimus. quæ ſatisfactio vberius per ſacramenta communicatur, & per ſacrificium miſſæ, vel per indulgentias ex operibus Chriſti. Hoc nomē licet in ſacris ſcripturis non reperiatur, extat res ipſa [d]. & contritio in ſtatu etiam legis naturæ ſatisfactioq; in vindictam peccati debebatur, ſup. lib. 1. de pœnit. ca. 8. De lege communiter neceſſaria eſt ſua in adulto, vel aliena ſatisfactio applicata tanquam medium ad conſecutionē ſalutis vltimę [e]: quia nullus iuſtus gloriam intrabit antequā plene purgatus ſit omni pœna. nec videtur de facto à Deo condonari vnquā tota pœna ob impetrationē orationis & rationem meriti: niſi per ſacramentum, indulgentiam, vel alterius voluntarie oblatam ſatisfactionem applicetur ſimul iuſta ſatisfactio: & dum Deus orantem pro anima purgatorij exaudit, ſimul prouidet remedium quo ſalua ſatisfactionis lege concedat & remiſsionem & alienam compenſationem pœnæ [f]. Huius ſatisfactionis vtilitates pro foro etiam conſcientiæ coram Deo paſsim ſacra ſcriptura & Patres prædicant. [g] nec enim ſeruiunt pro politico & externo tantum foro ad probādos eos qui eccleſiæ recōciliantur, vt quidā fingūt [h].

2 Nec impoſsibile eſt vt homo per contritionem diſpoſitus & à mort. culpa & pæna æterna gratis liberatus, ſatisfaciat [i], Non pro pœna fori tantum externi [k]: nec de rigore iuſtitię ex bonis omnino proprijs (ſolus enim Chriſtus ſic abunde ſatisfecit ex proprijs de rigore iuſtitiæ [l]: quod quidam temere, & impie negare [m] videntur)

a Svp. a lib. 1. de pœnitentia. ca. 8. &. 18. Doct. cum Mag. 4. diſt. 20. vſque. 25. D. Thom. add. q. 12. Soto. diſt. 19. Caietan. to. 1. opuſc. tract. 6. Soto. lib. 3. de nat. & grat. cap. 6. Petr. Soto. tit. de ſatiſfact. Medin. C. de pœnitentia. tract. 3. de ſatiſfac. Adrian. in 4. de ſatiſfact. ſummiſtæ verb. ſatisfact. Cano. relect. de pœnitentia. part. 5. Victor. in ſum. §. 198. Ledeſ. 2. part. q. 11. & contra hæret. Sot. ſup. Roſen. artic. 5. Taper. artic. 3. &. 6. Marianus Victorius. lib. de pœnitentia. cap. vlt. Vega. lib. 13 in Trident. cap. 36. Horantius loc. commun. li. 7. capit. 8. Hoſi. inſtit. capit. 47. Pigh. controuerſ. 9. Caniſi. Catechiſ. titul. de ſatisfact. quæſt. 7. &. 8. & Bellar. lib. 1. de purgator. c. 10. lib. 4. de pænitentia. c. 7. &. 8.

b Bellar. li. 4. de pænitentia. 16. col. 3. apud Ambroſ. lib. 10. in Luc. cap. 96. & ſerm. 46. lachrymas Petri lego, ſatisfactionē non lego. ſic ſumitur Act. 24. pro me ſatisfaciam, & 1. Pet. 3. parati ad ſatisfactionē omnia poſcēti. Chryſoſt. hom. de B. Philogonio.

c ſatisfactio differt à reſtitutione lib. 1. de pœnit. c. 6.

d probāt contra hæret. Recent. cit. ex Tertul. de pænit. ca. 9. vbi Pamel. Cypria. ſerm. 5. de lapſis ad ſi. vtitur voce ſatisfactionis. & epiſt. 8. &. 10. quæ habetur li. 3. epiſt. 14. lib. 4. epiſt. 4. Aug. lib. de ver. & fal. pænitent. & ſæpe apud Torren. lib. 3. confeſſ. cap. 9. §. 11. & ſeq. Hieron epiſt. 26. quæ eſt Epitaph. Paulæ. Amb. 2. de pænit. ca. 10. Gregor. ho. 34. in Euang. conc. Floré. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & paſsim Patres vtuntur voce ſatisfactionis, Bellar. lib. 4. de pænit. cap. 9.

e quia non ſatis eſt dolor de offenſa Dei amici vt procedit ex ſola caritate aut gratitudine, ſed ex virtute pænitentiæ cum animo compenſandi. lib. 1. c. 8. &. 19.

f plane ſignificat Aug. ſerm. 50. de tempore ſi. ſeu ho. 50. ca. 15. vbi generaliter loquitur de omni remiſsione pænæ aut culpæ, Ambr. de Elia. & ieiun. ca. 20. quanuis Caiet. to. 1. tract. 16. q. 5. & Soto d. 21. q. 1. ar. 3. ſignificat aliquando animam liberari à purgatorio per ſolam impetrationem orationis alienæ.

g ex ſcripturis probat Bellar. lib. 4. c. 8. Dan. 4. peccata tua eleemoſynis redime. Prouerb. 16. miſericordia & veritate redimitur iniquitas. Cyprian. ſerm. de lapſis explicat prius requiri opera pænitentiæ, quibus venia peccati impetretur. 2. Reg. 12. poſt condonatā culpam Dauid, punitus eſt morte filij. Pſal. 88. viſitabo in virga iniquitates: miſericordiam autem meam non auferā.

h recēt. Luther. quos cōfutat Bellar. lib. 4. ca. 10. 12. 16.

i Nō loquitur D. Tho. 3. p. q. 1. a. 2. ad. 2. de puro tantum homine. i. in puris naturalibus abſque gratia. (vt ibi putat Caie.) ſed etiam de iuſto qui pro peccato. m. quod fecerat, aut pro alieno non ſatisfacit ad iuſtum. idem ait in. 4. diſt. 15. q. 1. 2. cont. Scot. ibi. q. 1. Bellar. lib. 4. c. 7. Tri. ſeſſ. 6 c. 14. ſeſ. 14. c. 8. can. 13.

k Tri. ſup. ex Patribus probat Bellar. c. 10. 12. 16.

l D. Th. 3. p. q. 1. art. 2. (ibi ſ. Med. &. Suar. dub. 4. §. 3.). q. 46. a. 12. ad. 2. & 3. cum conc. Epheſin. q. 48. 2. &. 5. & paſsim Caie. q. 48. 5. ad. 3. & opuſ. 17. qq. q. 1. a. 4. fo. 64. probat id definitum eſſe. Bellar. lib. 4. de Chro. c. 8. ad. 2. Capreo. d. 15. q. 1. a. 3. ad vlt. Dur. ait oppoſitum derogare paſsioni Chriſti tanquā blaſphemū, impiū & ſacrilegū. Driedo de redemp. gene. hum. Doct. 3. diſt. 20. Bon. q. 3. Rich. q. 4. Palu. q. 2. Palac. q. 2. Alexan. 3. p. q. 1. &. 17. Altiſsiod. lib. 3. tract. 1. c. 8. Abulen. paradox. 1. ca. 41. & prolog. in Matth. quæſt. 27.

m vt Dur. d. 15. q. 1. n. 6. Med. C. de ſatisfact. q. 1. Scot. 3. d. 19. &. 20. in. 4. d. 15. q. 1. Gab. Almain. & quidam alij. quam ſent. frat. Medin. tertia parte. quæſtio. 1. artic. 2 pag. 70. dicit, conculcare Chriſtum, & ſacras ſcripturas, Peña, & Sotomaior

 vocant

vocat periculoſā impiā, blaſphemā ſacrilegā. At illi autores videntur loqui de ſola humanitate. reuera Dur.3.d.20.q.2.a.2.nu.10.& clarius. q. 3. fatetur Chriſtū ratione perſonæ meruiſſe & ſatisfeciſſe infinite: licet autem opera quæ Chriſtus per humanitatem fecit creata, erāt ſimul Patris & Spiritus ſancti, qui cōcurrit ad omne opus bonum: ſpeciali tamen ratione erāt vitaliter à ſolo Chriſto. Caie.3.p.q.48.ar.5. vt ſuppoſito cōiūcto: & per ea liberè facta tanquam Dominus illorum ſatisfecit ex proprijs. iuſtus vero libere agit etiā dū præcepta implet, & ſatiſfacit ex ſuis, quorum eſt Dn̄s per libertatē: non tamen de rigore iuſtitiæ: quia omnia debet Deo, & ſupponit gratiam donationemque Dei creditoris, ſibi fieri.

ſed iuſtus Deo ſatisfacit de condigno ad æqualitatem iuſtitiæ pro pœnis temporalibus [n], quas debet. Deus enim peccatis ſingulis coęqualem pœnam taxauit [o], qui tamen citra condignum punire ſolet. nec vlla Chriſti ſatisfactioni infinitæ fit iniuria [p], qui tanquam vniuerſalis cauſa [q] ſuam homini ſatisfactionem & merita communicat, per ipſius hominis actus, aut per ſacramenta. cępit ſatisfactionis vſus ab Adam poſt peccatum [r], & legitur in omnium pene ſanctorum vitis & hiſtorijs.

3 Satisfactionis æqualitatem virtus pœnitentiæ vt non exigit [s], ita in ſecūdario actu nec excludit. Sed non pertinet ad virtutem iuſtitiæ commutatiuæ [t]. 1. quia valor ſatiſfactionis (ſicut & meriti ſecundum valorem moralē ęqualis præmio [u]) pēdet ex gratia Dei creditoris qui iuſtos facit, & eos mouet ad operādū: [x] & quæ de manu illius accepimus reddimus eidem, multis alijs titulis debita. Qui manet in. m. & eſt Dei inimicus, non poteſt Deo ſatisfacerę etiam pro venialis vnius pœnis [y]: nec pro ijs quæ ex peccato prius remiſſo debebantur ad tempus [z]: & multo minus in inferno ita ſatis patitur, vt ab eo reatu pœnæ temporalis liberetur [a]. 2. non pertinet ad iuſtitiam, quia homo non tam intendit vt finem compenſare ad æqualitaté, (quod & homini inimico ſolui poſſet) quàm deſtruere prorſus peccatum vt Dei offenſam cum ſuis effectibus, vt ita plene reconcilietur Deo. Quare dum pro veniali reddit æqualem compenſationem, pro. m. autem infinite minorem, nō variatur dicta ratio formalis obiecti. & finis pœnitentię: vt pietas eſt & qua Deo & parenti reddimus ęqualem gratiā pro paruo beneficio: & qua infinite minus pro beneficio infinito redēptionis, & euchariſtię: ſed vtrumq; ex acceptis à Deo & alio titulo debitis. 3. quia fit homo per pœnitentiā vindex ſui peccati, teneturq; ſponte exequi pœnalem ſententiam, quam confeſſarius iudex impoſuit. Hæc ſunt aliena à ratione iuſtitiæ & legis pœnalis, quę exercetur digne etiam

[n] [o] non mirum, ſi iuſtus pro temporali pœna habeat ex dono Dei, rē æqualis valoris qua ſatisfaciat Bellar. lib. 4. cap. 7.

2 Pœnitentiæ ſint proportionatæ non tantum numero & qualitati peccatorum, ſed etiam diſpoſitioni perſonæ [k]. vt leuior ei qui oſtendit magnæ contritionis ſigna, & longæ vitę bonam frugem: aut quia infirmior eſt animo aut corpore: aut quia de grauioribus nihil creditur impleturus. feruoroſis iuuenibus & nouitijs qui cupiunt onerari rigidis & publicis etiam operibus, ne imponat eas quibus ſub onere gemant aut vires breui conſumant [l], ſuauior ſit, ſi præditus bono intellectu bene capit reprehenſionem & conſilia cōfeſſarij, aut vult frequentare ſacramenta cōfeſsionis & communionis, quæ plurimum valent ad perſeuerentiā & ſatisfactionem. aut ſi cōfeſsio ſit de nō neceſſarijs, quia ex ſcrupulo repetit ante actas confeſsiones ad pudorem & meritum. ſup.c.20.§.3. Poteſt etiam prudenter iniungere vt ter aut ſæpius in anno confiteatur [m] (ſi modo ſponte admittat, ne forte ſit ei in laqueum) & ceſſationē á tali peccato [n]. caueat tamē ne ſi pro grauiſsimis leuiſsimas imponat, fiat particeps delicti [o], dans occaſionem facile recidendi.

3 Opera quæ confeſſarius imponit, intelliguntur quæ alias ex præcepto non debentur [p]: ſic enim interpretandi ſunt quidam Doctores dum negant per opera præcepti ſieri ſatisfactionem, poteſt tamen declarare vt ſatis ſit ieiunia aut debitas horas canonicas vel eleemoſynas parenti inopi datas [q] pro pœnitentia iniuncta implere, quāuis hæc alio præcepto debeat.

4 Indulgeat vt quædam ex iniunctis operibus ſi per ſe commode nō valet, impleat per alios [r]: ſic enim eſſet ſacramentalis ſatisfactio [s], & implet præceptum: vt cum per manum alterius fiunt eleemoſynæ & miſſæ. at ſi pœnitens per impotentiam excuſetur à præcepto confeſſarij, & petat ab alio vt vice ipſius impleat eas pœnitentias, non eſt ſacramentalis [t], quæ proſit ex opere operato, nec per ſe liberat à præcepto (quanuis præſumat cōfeſſarium ſi peteretur, eam licētiam daturum. vt interpretatiua & præſumpta pœnitentis licentia nō dat confeſſario ius reuelandi ſigillum) alioquin impeditus teneretur ſemper curare vt per alium impleat pœnitentias [u]. multo minus alter ſatisfacit pro pœnitentia mihi iniuncta, ſi ſpōte pro me inſcio impleat: affert tamen fructum ſatisfactionis. nam cōfeſſarius pœnitentiam ſimul imponit vt homo per ſeipſum bona opera exerceat ad medicinam & emendationē vitæ: opus vero & oratio alterius impetrat quidem mihi eam emendationem, ſed eam non confert vt propria exercitatio.

5 Expedit quaſdam pœnitentias imponere, ſub conſilio [x]: & hæc eſt vere ſacramentalis, licet forte minoris efficaciæ [y], quàm quæ imponitur ſub præcepto. ſic prælatus & iudex quædam ſtatuit abſque præcepto: & homo poteſt emittere votum, intendens non obli-

[r s] D. Tho. add.q. 13.a. 2. Ledeſ. q. 12.a.2. Soto diſt.19. q.2. art.4.& Recent. ſentit Palud. d.20. q.3. artic.1. Duran. q. 2. num.6. quia vnus poteſt pro alio ſatisfacere, etiam in foro exteriori. Sylue.& alij verb. ſolutio.

[t] Communis Recent. contra Durand.ſup.

[u] Sic impeditus à materia voti, non tenetur implere aliud æquale, aut implere per alium.

[x] Caietan.verb.ſatisf.verb. confeſſori neceſſaria, ad med. Ledeſ.2.p.q.20.a.4.poſt princ. cum Palud. diſt.20.q.2.n.4. Nauar.c.26.n.20.& cit.c.19.P.fin. D.Tho.quodlib.3.ar.28. Victor.§.193. Ang.conf. 3.§.3.confeſ.5.princ. Sylu.confeſsio.1.§.26. ſignificant tamen obligari vt aliquid imponat de præcepto. [y] Caietan.

gari ad culpam ſed ad pœnam : ſic ſub conſilio additur poſt abſolutionem, quidquid boni feceris & mali ſuſtinueris [z].

6 Cautus ſit ne publicum opus pro occultis adiungat, vnde ſuſpicio peccati proueniat [a]. ſacerdotibus non imponebatur publica pœnitentia [b] (niſi forte, poſtquam depoſitus eſt, relaberetur [c]) ſicut imponitur laicis : eo quod peccata illorum occulta eſſe ſolent, & ob grauia depoſitus ſacerdos iubetur peregrinari per loca, vbi ignotus [d] ſit fœminis aut religioſis [e] qui in communi menſa cibum ſumunt, ne imponantur grauia ieiunia panis & aquæ, per quæ marito [f] aut prælato arguantur peccati. pro manifeſtis vero interdum publicas & ſolennes pœnitentias inferre mos fuit eccleſię [g], quę nunc Concil. Trident.ſeſſ.24.capit.8.renouandum iubet.

7 Ritus in ſolenni pœnitentia olim cõſueta (quę differt à publica) hi erant. 1. dicuntur pœnitentes [h], quorum varij erant gradus [i]: quidam enim æquabantur in loco catechumenis ſeu competentibus, & admittebantur ad concionem intra eccleſiam. Alij poſt iſtos erant pro foribus eccleſiæ. Alij etiã ad officia diuina admittebantur cum fidelibus [k]. 2. modus pœnitentiæ erat diuerſus in tempore & ieiunijs [l], & cinere [m], pro qualitate criminis. ſed omnes ſimili, habitu pœnitentium pullo [n] ſeu nigro induebantur. exercebantur humili officio ſepeliendi defunctos [o]: nec ibant ad conuiuia [p]. diſtinguebantur à fidelibus in modo orandi, quia dum hi genuflectebant, ipſi ſtabant [q]: & econtrario. 3. priuabantur circa ſacramenta. 1. ne ſint ſuſceptores in baptiſmo aut confirmatione [r]. 2. ſacramẽto communionis [s] & confeſsionis [t], niſi in Paſcha, aut vrgente periculo mortis. & ſicut epiſcopus hanc pœnitentiam ſolennem imponebat [u] in principio quadrageſimæ fer.4. cinerum. ita epiſcopus abſoluebat dicto tempore [x], aut reconciliabat peracto pœnitentiæ tempore: non autem chorepiſcopus [y]. ſi tamen vrgeret neceſsitas presbyter abſente epiſcopo reconciliabat [z]. 3. ſi decedant, priuabantur extrema vnctione [a] : vt nunc tempore interdicti priuantur etiam clerici [b]. 4. tanquã irregulares priuantur receptione aut miniſterio ordinum [c]. 5. ſacramento matrimonij [d]: niſi cum iunioribus ob periculum incontinentię diſpenſaretur.

z Sup.c.19.lit.P.fin. a DD.ſup. & cap.fin.30.d.Triden.ſeſſ.14.cap.8.Bellar.lib.1.de pœnitent.capit.21.ex Leon.PP.epiſt.80.&.92.capit.8.
b c.illud cum.ſeq. 50. diſt.c.fin. 82.d. Bellar.lib.1.de pœnitentia.c.21.§.3.Siric.PP.epiſt.ad Himerium. c. 14. Conc. Carthag.4. can. 68.& 5.can. 21.Tolet.1. can.2.Innocent.1.epiſt. 6. Leo epiſt. 92. ad Ruſtic.c.2.Clemen. 3. cap. quęſitum.de pœnitentijs & remiſ.
c Bellarm. ſup.ex Cypr. lib.3.epiſt.8 ad Fidum.
d c. omnis vtriuſque.re fert ſe ad iura antiqua c. ſi quis ſacerdos.30.q.1. c.ſacerdos de pœnitentia. d.6.vbi Nauarr.
e Direct.li.1.tit.15.q.150.Fr.Alexãd. ſumma. lib.1.titu.6. cap.4.
f Bellar.d. cap.21.§.4. conc.2.Arelat.can.21. Tole.6.can. 8.Leo epiſt.92.c.12.
g D.Tho. add.q.28.&.3.p.q.84.ar.10.ad.2.q.89.3.ad 3. Sot. d.19.q.2.a.5. Ledeſ.1.p.q.25.a.10. Duran.d.14.q.4. Viguer.c.16.§.4.verſ.7.Nauar.c.8.nu.10.c.26.nu.17.catechiſ.Pij.V. Bellar.
h Sic Pacian.paręneſ.ad pœnitentiam, diſtinguit fideles & catechumenos à pœnitentibus. Auguſt.ho.49. ex. 50. Competentes, fideles, pœnitentes. Hieron.epiſto.ad Ocean.ait Fabiolam ſtetiſſe in ordine pœnitentiam. Bellar.lib.1. de pœnitent.c.22.
i Erant.5. gradus pœnitentium apud Græcos. 1. quando iam pœnitentium explenerant, ſed expectabant reconciliari in feria. 5. cœnæ Domini. Innoc.I.epiſt.ad Decent.c.7. Conc. Agathen.c.in capite.50. D.Hiero.in epitaphio Fabiolæ. 2. quidam dum implent pænitentiam, admittebantur ad miſſam cum fidelibus, ſed ſtabãt erecti. 3. non admittebantur ad miſſam cum fidelibus ſed ad orandum cum competentibus. 4. alij non ita, ſed cum catechumenis audientibus, qui nondum erant competentes, admittebantur tantum ad audiẽdam concionem intra portas eccleſiæ. 5. in infimo loco extra portas eccleſiæ erant alij pænitentes, qui pro foribus flebant, & ab intrantibus eccleſiam petebãt orationes. Hæc Greg.Neocæſar.in epiſt.Canonica, quæ adiungitur ad Photium. & ideo Auguſt.lib.de ſanct.Virgini.c.48.dicit, omnes Chriſtianos ab Apoſtolis vſque vltimos pænitentes, docuit orare.
k Patet ex dictis.
l Omnes pęnitentes ieiunabãt certis diebus, & in illis veniebãt ad eccleſiã, capita ſubmittebant ſacerdoti manus imponenti, cõc.4.Carthag can.80
m Concil. Agathen. c. 15.apud Gratia.c.in capite.50.d.fer.4.in princi.40. recipiebãt cinerem in capite: quimos adhuc ſeruat apud omnes fideles. Tertull. Pacian. Bellar.c.22.fin.
n Tertull. lib.de pęnit. Pacian. ſup. Hieron. epitaphio Fabiolæ. Amb.lib. ad Virg. lapſam.cap.8.Optar.lib.2.ad fin. Concil. Agathen.cap.15.Tolet.3.can.12.
o Concil.4.Carthag.can.81. p Pacian. ſupra Tertull. Ambroſ.& paſſim alij. q Concil. Carthag.4.can.82. r Concil. Pariſien.ſub Ludouic. lib.1.c.vlt. s Cyprian.lib.3.epiſt.8.ſer. de lapſis, & alibi. t Innocent.I.epiſt.ad Decent. cap.7. Concil. Agathen. c. 15. Hieronym. epitaph.
u Concil.2.Carthag.can.4.&.3.can.31.32. Bellar.c.21.fin. x Concil. Agathen. y Leo epiſtol.86. z Citati.V. a Innocent.I.d.epiſtol. capit.8. b Nauar.cap.27.num.178.
c Siric.epiſt.1.c.14.Conc.Tolet.1.can.2.quia ſolennis pænitentia non niſi pro graui & publico crimine imponebatur. Orig.ho.15. Leuit. Ambr.2.de pænitent.c.10. Sylu.verb. pænitent.§.3. Soteal. in ſum.concil.ver.clero aſcripti.§.2.&.3. Cou.Clem. ſi furioſus.1.p.in princ.n.10. & generaliter eſſe irregularem eũ clericum, qui habet peccatum notoriũ depoſitione dignum. Nauar. c.27. num.248. vide num.155. d Leo epiſt.92.ad Ruſt.c.12.





8 Caueat confeſſarius ſibi applicare miſſas quas fieri mandat in pœnitentia [e], ne in ſuſpicionem auaritiæ veniat. 2. Quanuis nemo lege humana repetere teneatur. confeſſionem peccatorum à quibus directe & per ſe eſt abſolutus [f]: ſi tamẽ repetat, poſſet ſecundus cõfeſſarius minuere pœnitentias prius iniunctas [g], quaſi legitimus iudex vice Chriſti in eadem cauſa. ſed abſque repetitione confeſsionis poteſt. 1. Papa ex cauſa extra ſacramentum relaxare pœnitentiam [h], quæ erat pars ſacramenti: atque ita ſępe relaxat, vt dicetur c. 22. per indulgentias de pœnitẽtijs iniunctis. 2. Idem poteſt epiſcopus circa pœnitẽtiam à parocho datam [i]: quia extra confeſsionem ex cauſa diſpenſat in omni præcepto & ſententia per iudicem inferiorem data: ſicut & diſpenſat in votis Papæ nõ reſeruatis, quia vota partim pendent à voluntate humana [k]. 3. Idem poteſt confeſſarius circa pœnitentias ab ipſo iniunctas, quando ſubeſt cauſa [l], & pœnitens intra breue tempus, vt triduum aut hebdomadam, redit ad eundem confeſſarium, quanuis confeſsionem nõ audiat: ſic enim iudex incontinenti poteſt interpretari aut moderari ſententiam ſuam.

## CAP. XXII.

### Æqualis confeſſarius cur poſsit impoſitam ab alio commutare &. §.4.

§.2. *Satis eſt vt repetenti confeſsiones confeſſarius commutans confirmet quaſdã ex prius impoſitis.*

3 *Eam quæ eſt intolerabilis poteſt confeſſarius imo & vir doctus aut pœnitens ſibi ipſi declarare quod non obliget.*

5 *Commutatio tutius fit per bullam & indulgentias.*

6 *Poteſt differre in tempus iubilæi: at ex ſola conſecutione indulgentis non liberatur à pœnitentijs.*

7 *Excuſatur ab impletione ſi abſolutio fuit inualida: ſi pœnitentia intolerabilis: ſi ſub cõſilio erat.*

8 *Sit præſeruatiua: quando eſt periculum recidendi, vrgeat præcepto vt ſtatim tali tempore, vel loco impleat.*

9 *Pœnitentiæ dicuntur iam arbitrariæ. interdum minor ſatisfacit pro omni culpa, ſed non ſemper. non oportet imponi ante abſolutionem, quamuis expediat.*

IN foro exteriori par in parem nõ habet imperium [a]: & iuxta rigorem iuris, æqualis confeſſarius non videtur poſſe minuere pœnitentiam ab alio æquali confeſſario iniunctam [b]: & multo minus videtur vt parochus vel epiſcopus cõmutet impoſitam à Papa, vel à ſummo pœnitentiario. At reuera iura id tantum vetant de pœnitentia ſolenni [c], aut de alieno parochiano [d]: vel ſi in foro exte-

e Director.lib.1.tit.15.§.139. cum Hoſtien.Fr. Alexand. ſumma lib. 1. titulo 6. capit. 4.
f Sup.cap.16. g Sic intelliguntur Doctor. citat.capit.13. dicentes quod qui non impleuit pœnitentiam, debet iterum confiteri (vt Sylueſt.confeſsio primo. §. 27. cum Monal. Rainer. Armil. confeſsio. §. 30. Margar. confeſsio.fo. 49.) nempe vt prior pœnitentia iniuncta ſibi minuatur. & in propoſito Ledeſ.q.20. artic.4 colligitur ex Medin. tract. 3. quæſt.de pœnitentia iniuncta acceptanda. Frater Alexand. lib.1.titu.6. cap.5.Naua. capit.26.nu. 22.Victoria. §. 211. Tabien. confeſſio.2.nu.21. Angel. confeſsio. 6. §. 4. Armil. §. 30. Anto.3. part. tit. 14. capit. 19. §. vltimo. At reuera ratione peccati quo non impleuit pœnitentias non tenetur repetere confeſſiones, D. Tho. quodlib. 1. artic. 12. & ſignificat diſt. 16. quæſt.3.3.5. ad 4. Palud. diſt.17.quæſt.5.Richard.artic.2. quæſt.8. Soto.diſtinct.20.quæſt.2.2.ad 3.Ledeſ.2.par.quæſt.20.artic.4.dub.2. Victor. §.167. Caietan. confeſsio. 2. fin. Adrian.de confeſſ.colum.penult.Nauarr.cap.9. num.14.cap.21.num.43. & omnes Recent.
h i Soto.diſt.20. quæſt.2. artic.3.§. in calce. Victor. de clauib.§.13.&.§.211.Angel.confeſ.6.§.4. Armil.§.29.Nauarr.cap.26. nu.22.contr. Sylueſt. confeſsio. 1.§.27. eſt autem idonea cauſa, quando pœnitens difficile poteſt implere, aut ex fragilitate eſt in periculo male implendi. Sic in foro exteriori iudex ſuperior moderatur, aut tollit ſententiam inferioris. licet autem confeſſarius habet à Chriſto poteſtatem ligandi, ſed præceptum pœnitentiæ eſt ab homine : vt Papa habet à Chriſto poteſtatem faciendi leges & excommunicandi, & tamen pręceptum legis aut cenſuræ humanum & diſpenſabile.
k D.Thom.2.2.quæſtion.88.artic.10.ad.2.
l Soto. diſtin.20.quęſtion.2.3. ſi pœnitens redeat intra tres dies. Mant. ſi intra.8.Ledeſ. quæſtio.20. artic.4. fol. 301, colu.2. fin.

C A P. XXII.

a SOto. diſt.20. quæſtion. 2. articul.3. ad fin. Victoria. titulo de clauib.§.13.capite. placuit. de pœnitentia. diſtinct. 6. quod tamen loquitur pro foro exteriori, de commutatione pœnitentiæ publicæ per epiſcopum datæ, quãm inferior commutare non debet, vt ſeruetur ordo iuris, & debita obedientia ſuperioris. ita exponit Soto.ſupra. & diſtin. 18.quæſtion.4.2.ad quartum. Victor. §. 211. Anton. Gabriel. tom. 1. ad fin. verb. par. & id ſecundum rigorem iuris eſſe conformius fatetur. Nauar. cap.26.num.22. b Sic temperandi ſunt quidam autores : quaſi ſententia confeſſarij ſit ſupremi iudicis. quia vt abſoluit, ita ligat vice Chriſti : cum pœnitentia iniuncta ſit pars ſacramenti. Imo Anton.ſup. Angel.confeſsio.1.§.13. Sylueſt.confeſ.1. §.3.25.27. negant Papam abſque graui cauſa poſſe relaxare pœnitentiam: pręſertim medicinalem, quę eſt pars ſacramenti : niſi pœnitens eadem peccata confiteatur eidem & citant D.Tho. Rich. Paludan. At reuera factum tenet, ſi Papa diſpenſet. Nauarr. de indulg.not.15.nu.11. c d Vt bene Soto.

riori Papæ aut cenſores fidei impoſuerunt pœnitentiam [e]. ſed in foro conſcientiæ vbi parochus eſt in non reſeruatis vice Chriſti iudex ſupremus, poteſt audita confeſſione, quanuis non repetita eorum peccatorum pro quibus pœnitentia fuit iniuncta [f], commutare ex graui cauſa: aut minuere pœnitentiam ab alio æquali impoſitam [g]: imo & ab epiſcopo aut Pap. impoſitam poſſet per Epijkeiam, quando non eſt facilis recurſus ad ſuperiorem [h], & difficile poteſt pœnitens implere, aut periculum eſt male implendi ex fragilitate ipſius. per hoc enim non perturbatur vllus ordo iuris, ſed prouidetur conſcientijs in eo foro, vbi Chriſtus voluit omnia occulte tranſigi. nam vt peccata à quibus Papa abſoluit, manent non reſeruata: ità & pœnitentia ab illo impoſita [i]: confeſſarius autem in hoc foro circa caſus non reſeruatos cenſetur æqualis Papæ, tanquam Chriſti officium gerens. Sed hæc temperanda ſunt, vbi Pap. aut epiſcopus ſibi ſpecialiter & expreſſe non reſeruauerit eam cauſam [k]: ſicut quædam vota, excommunicationes & caſus ſibi reſeruat [l].

2 Porro ſecundus confeſſarius dum ita agit, non exercet imperium in primum confeſſarium, ſed in conſcientiam pœnitentis [m] ſibi plene ſubiecti circa non reſeruata: & in ea quæ ex illis pendent: vt ſunt pœnitentiæ iniunctæ. quanuis cōfeſſarius etiam ſecundus teneretur ſemper imponere aliquam pœnitentiam (quod tamen non eſt verum dū ſub eſt cauſa [n]) ſatis eſt ſi pro peccatis quæ hic nunc cōfitetur ſublatis primis pœnitentijs, imponat nouo titulo aliquam partem illarum.

3 Quandò prior pœnitentia eſſet clare intolerabilis, & nimis improportionata peccatis aut pœnitenti, poteſt confeſſarius in confeſſione, (in qua habet iuridicā autoritatem declarandi quæ pertinent ad pœnitentis ſubditi conſcientiam) declarare ſententiam claue errante prolatam, tanquam iniuſtam nō ligare [o]: commutans tamen in minorem. Et forte tam intolerabilis & inualida eſſet pœnitentia, vt vir doctus alteri aut ſibi ipſi declarare poſſet in re non dubia [p]: nam in dubijs non deberet eſſe iudex in propria cauſa.

4 Parochus ſeu æqualis confeſſarius ea ratione poteſt facilius commutare: quia prior confeſſarius cenſetur interpretatiue concedere eam licentiam, aut ex debito concedit, non minus quam ſi expreſſe dediſſet: cum inter ęquales cenſeatur idē tribunal tam in foro exteriori, quàm interiori. nec enim id derogat autoritati iudicum, vt ſucceſſor primi epiſcopi, Papæ vel Regis corrigat ſententiam à prędeceſſore datam [q], quando ſubeſt aut declaratur noua cauſa. Multo iuſtius quando non eſſet facilis recurſus ad primum [r] confeſſarium longę diſtantem, aut carcere vel cenſura impeditum, poteſt ſecundus ex cauſa commutare. Sic etiam pœnitens ex conceſſione tantum confeſſarij poteſt ſibi commutare, vel per alium implere pœnitentias iniunctas [s].

[e] Quia perturbaretur ordo iuris, ſi confeſſarius in occulto abſolueret quem Papa aut epiſcopus nominatim vult tenere ligatum cēſura & pœnitētijs. [f] Sup. c.22. §. 8.G. [g] Fatetur Victor. §.211. Medin. de ſatiſfact. fol. 100. colum. 4. (præſertim in opinione licet falſa Caietan. & Armil. quod pœnitēs ex cauſa non tenetur implere pœnitētiam acceptatā & alij ſu.c.22. §.8.G.) quia vt idē confeſſarius poſſet cōmutare ita alius æqualis, vt epiſcopus ſucceſſor diſpenſat in lege & ſentētia epiſcopi prædeceſſoris. & in cancellaria Papę aut Regis, ijdē Iudices auditores, aut qui eis ſuccedūt, poſſunt in reuiſione corrigere & mutare ſententiam à ſe, vel ab alijs æqualib9 datam, quādo ſubeſt: aut declaratur noua cauſa. (Nec enim id derogat autoritati iudicum) & inter æquales cenſetur idē tribunal. & prob. ſi primus confeſſarius daret licentiā vt alter conf. poſſet ex cauſa cōmutare pœnit. valet (vt concedens per alium impleri pœnit. quaſdam orationis, & peregrinationis) ita tacite cōcedit licentiam, quando non eſt facilis recurſus ad primum confeſſarium longe diſtantem, aut impeditum. [h] Colligitur ex Nauar. c.26. nu.22. Victo. §.211. Sylueſt. confeſſio. 1. §.27. cum Monal. Rainer. Armil. confeſſ. §.30. Marg. confeſſ. fo.49. ſed addit Medin. per epijkeiam quando vrget neceſſitas, aut ſuadet vtilitas. At Ang. confeſſ. 6. §.4. Tabien. confeſſio. 2. num.21. limitant quando non eſt recurſus facilis ad ſuperiorem, Fr. Alexand. lib. 1. tit. 6. cap. 5. & generaliter iudex inferior diſpenſat in lege & mandato ſuperioris ex cauſa, quando non eſt recurſus ad ſuperiorem. probat Nauarr. prælud. 9. numer. 14. facit Ledeſm. quæſt. 20. artic. 4. [i] Quam rationem valde commendant quidam Recentiores Theolog. & iuriſperiti. [k] Ita limitant Sylueſter. & quidam ex ſup. cit. [l] Trident. ſeſſion. 14. capit. 7. can. 11. Arauſic. capit. 2. capite. his qui tempore. & ſequent. 26. quæſtion. 6. Soto. diſtinctio. 18. quęſtion. 2. articulo. 5. Ledeſm. 2. parte. quæſtion. 8. articulo ſecundo. [m] Per hoc ceſſat obiectio Victorię. de claui. §.13. qui melius loquitur titulo de confeſſio. §. 211. [n] ſup. cap. 20. §.6.V. [o] Soto. diſtinctio. 20. quæſtion. 2. articul. 3. ad fin. Victor. §.193. & de clauib. §.13. ſeu. §. 324. D. Thom. addit quæſtione. 18. artic. 4. Ledeſ. 2. p. quæſt. 20. art. 4. Richard. diſt. 18. ar. 5. difficile tamen eſt iudicare quod claue errante ſit iniuncta, niſi audiat peccata & ſtatum pænitentis. ſic lex quę ob rigorem eſt importabilis, nec acceptatur à rep. non ligat. Nauar. cap. 23. nu. 42. [p] Soto. Victoria. Ledeſ. 1. p. q. 20. ar. 4. vt ſi aduertat huic pœnitenti delicato improportionatā eſſe pænit. (ob difficultatē enim dicitur moraliter impoſſibilis, aut ob periculū recidēdi in peccatū) ſic vir doct9 declarat voti executionē nō obligare, quando materia facta eſt huic valde difficilis aut periculoſa, ita vt nō cadat ſub intētione vouētis. [q r] ſup. G. [s] ſu.c.21. §.4.R.



5 Tutius fit pœnitentiarum commutatio, quando bulla cruciatæ aut religionis aut iubilęus indulget indulgentias cum abſolutione à pœnitentijs iniunctis [t] & non impletis, & deſignat opera ieiunij & orationis in quæ commutetur. ſic enim communiter viuis conceduntur indulgentiæ de iniunctis [u]; & per modum abſolutionis: & per indiſcretas indulgentias eneruari dicitur pœnitentialis ſatisfactio [x]. id enim poteſt PP. abſens qui diſpenſat in omni pręcepto poſitiuo hominis ad conſcientiam pertinente [y], ita vt valeat diſpenſatio eius etiam ſine cauſę cognitione [z]. ſubeſt autem apud Papam cauſa publica, ob quam concedit bullam [a] aut iubilæum: nec requiritur alia cauſa ex parte hominis priuati.

6 Conſecuta indulgentia etiam plenaria iubilęi, non debet pœnitēs reputare ſe liberum à pœnitentiæ iniunctæ præcepto [b], quod præter ſatisfactionem pœnæ reſpicit alios fines, ob quos ligat [c]: cum ſit medicina pręſeruatiua in futurum, obędientia iudicis & pars integralis ſacramenti, & vt aſſueſcat bonis operibus. ſic enim qui fecit generalem confeſſionem totius iniquæ vitæ, tenetur ob hos fines implere graué pœnitentiam [d], quamuis per reuelationem cōſtaret remiſſam eſſe omnem pœnam ob ingentem contritionem, & indulgentias prius conſecutas tēpore iubilæi decenter ſolēt imponi leuiores pœnitētię punitiuę, quia ſupplētur per indulgētias. ſi cōfeſſarius nō deſignauit tempus liberior eſt pœnitēs vt differat commutandas in tēpus iubilæi [e]. ſecus de voto religionis, quod iuxta præſumptam intentionē vouentis communiter obligat ad ſtatim [f].

7 Si pœnitenti conſtet abſolutionem fuiſſe inualidam, non conſtringitur implere pœnitentiam [g], quia ſub cōpenſatione fructus illius acceptata eſt: & dū non obligat principalis ſententia, nec obligat ſecundaria: alias conſtringeretur ad duplicatam ſine fructu pœnitētiam, cum debeat repetere confeſſionem, & aliam pœnitentiam acceptare. 2. Nō obligat quando continet intolerabilem errorem, vt dictum eſt [h]. 3. Nec quando imponitur ſub conſilio tantum [i]. 4. Si in honorem determinati feſti impoſita eſt (vt in omnibus vigilijs B. Mariæ ieiunium) qui per impotentiam ab onere eius diei excuſatur, non tenetur ſupplere alio die [k] ieiunium pœnitentiæ aut etiam voti.

8 Curet vt pœnitentiæ ſint præſeruatiuæ futurorum [l] (quanuis pœna per indulgentias eſſet deleta) quia creatur homo in gratia vt ambulet in operibus bonis, & perſeueret. pro minori peccato interdum imponenda eſt grauior pœnitentia [m], vt honeſtus aut religioſus

[t u] Chriſtus conceſſit poteſtatem conferendi indulgentias viuis per modum abſolutionis ab iniunctis, de quo Soto. d. 21. q. 1. 2. Doct. d. 20. Albert. ar. 16. Carthuſ. q. 3. Bonau. Duran. Palac. q. 2. D. Tho. add. q. 25. 2. ad. 1. Ledeſ. q. 27. Sotteall. verb. indulgen. ex conc. Aneyr. c. 5. vid. c. 2. 16. 21. Nicen. can. 5. & 11. Carthag. 4. c. 75. Agathen. c. 6. qđ refert Epaunen. cap. 29. Cord. lib. 5. de indulg. q. 3. Nauar. §. in Leuit. de indulg. not. 9. n. 13. not. 22. n. 28. [x] c. cum ex eo de pænit. & remiſ. [y] Et de facto id poſſe Papam ait D. Tho. 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3. & quodl. 4 ar. 13. Iacobat. de cōcil. lib. 5. ar. 15. Turrec. lib. 3. de eccle. a. c. 51. Taper. a. 12. Couar. 2. p. ſponſ. c. 6. §. 9. n. 6. & 10. Cord. li. 4. q. 8. col. 3. Vera cruz in ſpecul. coniug. 1. p. art. 49. & Append. p. 116. Victo. relect. 3. de poteſtate Papæ. prop. 6. & 15. Sylu. diſpenſat. §. 2. & verb. Pap. §. 10. Michael. Medin. libro. 5. de ſacrorum homi. contin. cap. 50. 56. 95. Nauar. infra. [z] Nauar. c. 22. n. 74. c. 23. nu. 42. vide c. 12. n. 85. & 76. & prælud. 9. n. 14. [a] Non ſemper requiritur cauſa proportionata ex parte recipientis indulgentiā, ſed ſatis eſt cauſa communis, vt tempore iubilæi. Cord de indulg. lib. 5. q. 21. ad fin. Nauarr. de orat. not. 19. nu. 163. & Miſcel. 36. num. 56. §. in Leuit. de indulg. not. 15. n. 9. & ſeq. & not. 22. ſic in bulla dare ſtipem in publicam cauſam expeditionis cōtra hoſtes fidei, & viſitare. 5 altaria, habetur cauſa legitima, vt per confeſſariū abſoluatur ab iniunctis quando expedit. [b] Significat D. Tho. add. q. 25. art. 1. ad. 4. art. 2. ad. 2. tenet Bonauent. d. 20. q. vlt. ſupplem. queſt. 3. Guillel. Pariſ. in ſacramētali. Aſten. lib. 5. tit. 40. ar. 5. cum Hoſt. Bernar. ſpeculator. Adrian. titu. de clau. q. de indulgen. §. ad argumenta. 3. viæ. Sylueſt. indulgen. §. 9. & Roſel. §. 15. fauet Nauar. de indulgen. not. 31. nu. 20. Cord. lib. 5. q. 10. col. 3. corol. 4. & multi recent. maxime quia indulgentia de iniunctis, cum relaxet ius commune, eſt ſtricte interpretanda. [c] Sic lex ieiunij (quia reſpicit varios fines) obligat etiā illos qui hoc die non egēt carnis caſtigatione. Caietan. 2. 2. q. 147. ar. 3. ad 2. Sylu. lex. §. 9. caſ. 8. Soto. lib. 1. iuſt. q. 6. art. 8. ad fin. ſic indulgentia nō liberat à punitione capituli, & fori exterioris, D. Tho. add. q. 27. a. 2. ad 2. Nauar. de indulg. not. 11. nu. 20. cum Felin. Pano. Deci. Armil. indulg. §. 17. Cord. lib. 5. q. 36. addit Nau. not. 31. n. 20. per ſatisfactiones quas Prælatus religionis applicat confratribus, non liberantur à pœnitentijs iniunctis. [d] Quos fines exprimit Triden. ſeſſ. 14. c. 8. D. Tho. add. q. 8. a. 7. q. 18. a. 3. ſup. c. 20. §. 4. K. [e] Ita tamen vt ſi pœnitentia ſit præſeruatiua futurorum impleatur, dum vrget periculum recidendi, iuxta intentionem confeſſarij. [f] Nauar. c. 12. n. 41. nam & confeſſio aut contritio non obligant ſtatim poſt peccatum & multo minus ſatisfactio. [g] Quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. [h] ſup. §. 3.O. [i] ſup. cap. 21. §. 5. X. [k] Quia cenſetur onus diei: ſicut recitare horas, audire miſſam, aut ieiunare tali die. ſecus ſi ita tempus non determinet. Nauar. c. 12. nu. 54. [l] Triden. ſeſſ. 14. cap. 8. D. Tho. add. q. 8. ar. 7. q. 18. ar. 3. Nauar. c. 26 n. 18. c. 21. nu. 44. [m] Quia qualitati pœnitentis debet proportionari & ita habet praxis ſapientum.

vir deterreatur, ne facile recidat: ſic enim proportionatur morbo & pœnitenti. 2. Aliquando addat circunſtantiam loci, temporis & modi: vt quod intra hanc hebdomadam vel diem ter recitet coram tali imagine, & flexis genibus: vrgeat graui ſtatim remedio etiam pœnali quando manet proxima occaſio relapſus [n]: vt ſi virgo non poteſt ex domo Paterna fugere, in qua patitur graue periculum, & tamen præſtans quod valet, abſoluenda videtur propter præceptum paſchæ. quæ res de vitandis periculis & proxima occaſione, torquet pios confeſſarios [o], vt quærant efficacia remedia præſeruatiua. Imponat leuiora potius quæ ſint magis efficacia ad emendationem vitæ [p], quàm grauia quibus videt pœnitentem parum proficere.

9 Pœnitentiæ pro peccatis non ſunt determinatæ, ſed relinquuntur moderandæ arbitrio confeſſarij [q], attentis circunſtantijs ſupradictis. quibuſdam tamen criminibus (quæ grauiora non ſunt, ſed nociua bono communi) imponebantur graues apud can. pœnitent. & ſæpe ſeptem annorum pro vno peccato mort. [r] quas nunc ſacerdos imponere non tenetur. & illæ fortaſſe erant pro foro mixto [s], & partim exteriori propter ſcandalum peccati publici. nunc autem in foro conſcientiæ omnes pœnitentiæ dicuntur arbitrariæ [t]: vt probat conſuetudo & concilia.

10 Non oportet vt pœnitentia imponatur ante abſolutionem [u]: & oblitus imponat poſt illam: imo quia cenſetur eſſe ſimul moraliter, non peccat qui imponit poſt abſolutionem. 2. Pœnitentia à prudente impoſita non ſemper ſatisfacit pro tota pœna debita in purgatorio [x]. at iuſta commutatio (qualis fit per confeſſarium in votis [y] aut pœnis debitis) non ſtat in indiuiſibili, ſed habet latitudinem: & credibile eſt prudentem pœnitentiam, licet ſit parum leuior iuſto, remittere totam pœnam [z]. Hactenus de ſecunda & tertia parte materiæ, quæ eſt confeſsio & ſatisfactio. Sequitur de ſacerdote miniſtro huius ſacramenti, & de clauibus pro foro pœnitentiæ. & poſtea ad complementum ſatisfactionis, dicetur de indulgẽtijs.

n [n] Nauar. c.3. nu.5 c.14. nu.31. late. c.26. nu.18.

o [o] Nauar. c.3. num.5. lit. E. ſi 4. concurrant, & licet videtur nimia licentia relaxare rigorem (dum concedit iterum atque iterum abſolui quoſdam, qui manent in proxima occaſione) loquitur tamen meditate, poſitis conditionibus quas declarat & Cord. caſ.4. de quo d. eſt lib.1. de pœnit. c.24. §.4. Caiet. & Armil. verb. periculum.

p [p] Vt quod ſtatim dũ iurat, vel dũ vrget conſueta tẽtatione, ſignet ſe cruce, recitet precẽ Angelicam, percutiat pectus, aut eleuet cor in Deum &c.

q [q] Sic c. omnis vtriuſq; ſexus Trid. ſeſſ.14. c.8. Florent. dicit 3. pars eſt ſatisf. ſecundum arbitriũ ſacerdotis. Concil. apud Salẽguſtad. c.18. quod refert ſuo.15. p. decret. c.184. & Renan. in Tertul. de pœnitent. D. Tho. add. q.18. a.4. Soto. d.20. q.2. ar.3. Nauar. c.26. nu.18.

r s [r s] DD. cit. c.21. §.6. G. & ſeq. Nauar. c.26. n.17. De pœnitentia. 7. annorũ pro vno mort. colligitur. 2. Reg.24. Dan.4. Bellar. li.4. de pœnit. c.11. ad 3. Conc. Nicen. 1. can.8. Elibertin. can.5.

t u [t] ſup. Q. [u] Tabie. abſolut. 1. n.7. Caiet. verb. ſatisf. c.1. ad med. Sylueſt. conf.4. §.1. Armil. ſatisf. §.4. Angel. confeſſ.5. §.1. Anton. 3. p. tit.17. c.20. §.1. Nauar. c.26. n.10. & in c.1. de pœnit. d.6. principio. n.35. Peña. At qđ Gloſ. & Ioã. And. Clem. dudum verſ. audire. de ſepul. dicũt vt imponatur pœnit. ante abſolutionẽ. Ange. & Syl. abſolut.6. in fin. limitant, quãdo timet qđ pænitens poſt abſolutionẽ non acceptabit pœnitentias iuſtas Nauar.

x [x] Sot. d.20. q.2. art.3. & Mãr. D. Th. d.20. q.1. ar.2. 2. Naua. c.26. nu.17.

y [y] In voto per confeſſarium qui habet facultatẽ fiet cõmutatio in aliquid minus, Angel. votũ 3. §.26. fin. Syl. votum.4. fi. Peña. nam abſque autoritate ſuperioris poſſet ipſe vouens commutare in melius, aut æquale.

z [z] Soto ſupra. Victor. Peña, Mantius & quidam Recent. fauet Scot. diſtin.19. dum reſpondet ad dub. motum diſtin.18.



# LIBER SEXTVS DE CLAVIBVS ECCLESIÆ PRO FORO POENITENTIAE SEV DE MINISTRO.

*Autores qui de clauibus & miniſtro huius ſacramenti tractant.*

CLaues ad abſoluendum promiſſæ ſunt Petro Mat.16. tibi dabo claues (vt ibi aduertit Hieron. & Patres) & traditæ Ioã.20. quorũ remiſeritis: vt ex Cõcil. & Patribus probatur li.1. pœnit. c.12. li.2. c.1. §.4. A. Trid. ſeſ.14. c.1.5.8. & can.15. ſeſſ.23. c.1. & can.4. Doct. cum Magiſt. d.18. Sot. d.20. q.1. D. Thom. add. q.8. & 18. & opuſ. de forma abſol. & 4. contra Gent. c.72. med. Ferrar. cap.76. Soto diſt.20. q.1. Ledeſ.2. p. q.19. Victor. tit. de clauib. & relect. de poteſtate eccleſ. Caiet. tom.1. per tres tractatus de comparatione autoritatis Papæ & Concil. Miranda Archiepiſ. controuer.3. de autorit. Papæ, & Concil. Altiſiod. lib.4. ſummæ. pag.179. Adria.4. titulo de clauib. fol.145. Alexand. par.4. q.79. & 80. Gabriel. in can. lect.1. & ſequent. VValden. to.2. de ſacrament. cap.144. Pighius. lib.3. eccleſ. hier. Bellarm. lib.3. de pœnitent. cap.2. lib.1. de Roman. Pontif. c.12.13. Roſen. a.12. & 13. Viguer. c.16. §.6. verſ.9. Cord. lib.4. q.4. vſque 14. Turre. lib.1. ſummæ eccle. c.93. & li.2. per tot. Nau. c. diligens. c. placuit. nu.45. de pœnit. d.6. a. nu.45. Angles flor. Theol. tit. de clauib. Abulen. in Matth.16. q.79. in Matth.18. q.42. Sander. lib.7. viſib. monar. & Genebrar. paſsim in ſua Chronol. traditionem colligunt ex Patribus Richard. de ſancto Victor. lib. de poteſtat. ligandi & ſolu. & in confeſsionali de peccat. differentijs. Guillel. Durand. in rationali diuin. Gerſon. p.2. tract. de poteſtate ligandi & ſoluen. & tract. de contemptu clau. Caniſi. catechiſ. tit. de pœnit. Ekius enchyr. Horantes in loc. lib.7. c.8. Ioan. Anto. delphin. orat. de eccleſia. Turrian. lib. de dogmat. characte. & tribus lib. de primi Capitis & Iudicis autoritate. Reginn. Card. lib.1. de eccleſiaſt. diſcipli. c.295. Rodulphus lib.12. in Leuit. cap.1. lib.5. cap.4. lib.11. cap.1. lib.18. cap.4. lib.20. cap.4.5. lib.3. c.16. Cabaſilas c.29. Pachimeres in Dionyſ. epiſt.8. ad Demophil. de eccleſ. hier. c.5. & lib.4. hiſtor. Niceph. lib.12. hiſto. c.28.41. Alter Nicephor. Gregoras. li.10. Chronic. c. vl. Cãtacuzenus in apologijs. Beda ho. de Petro & Paulo & lib.1. in Marc. c.2. Theoph. in Mat.16. & Ioan.20. Anſel. in Matt.16. Phocius in biblioth. Okam in dialog. Trapezuntius in dictum euang. Ioan.21. ſic eum volo manere. Græci in ſuo euchologio ſeu rituali. c.114. Concil. Salenguſtan. c.18. D. Gregor. hom.26. in euang. Oriental. epiſc. epiſt. ad Simac. PP. Gildas in caſtigatione ordinis eccleſiaſt. Summiſt. verb. abſolutio. Aſten. lib.5. tit.36. & ſeq. Bañes. 2.2. q.1. a.10. dub.4. §.3. vero pars. p.302. vox clauis ſumitur pro poteſtate præſertim Pont. vt Apoca.3. de Chriſto, vbi alludit ad loc. Eſai.22: dabo clauem domus Dauid, id eſt, templi Eliachim. vbi Patres quos Leo Caſtri refert, exponunt de Pontificatu quem Deus promiſit ipſi Eliachim. Hieronym. Cyril. Procop. Aymo. D. Tho. Lyr. Carthuſ. & hunc aiunt fuiſſe figuram Chriſti habentis clauem eccleſiæ.

## CAP. I.

### De clauium poteſtate ad abſoluendum in foro pœnitentiæ.

§.2. *Clauis quid ſit?*
3 *Quando detur? differt à iuriſdictione.*
4 *Clauis eſt indelebilis, et qualis in omni ſacerdote.*
5.6 *Definitur. & eſſe duas claues.*
7 *Iuriſdictio non eſt clauis niſi late.*
8 *De fine, cauſa efficiente & ſubiecto clauium: & quomodo Chriſto competant.*

IN miniſtro ſacramenti pœnitentiæ vt pœnitenti diſpoſito veram abſolutionem conferre poſsit, duæ poteſtates requiruntur ordinis & iuriſdictionis: ſed iuriſdictio ſacerdoti non confertur poſt Concil. Trid. ſeſſ.23. c.15. niſi ſit approbatus à iure vel ab ordinario Præter vtramque poteſtatem ſacerdos ornatus eſſe debet bonis qualitatibus vt digne & inculpate miniſtret ſacramentum pœnitentiæ: & de his hic liber inſtituitur.

2 Poteſtas ordinis ad abſoluendum in occulto foro pœnitentiæ à peccatis dicitur cla-

C A P. I.

ab DOct.[a] ſup. b Soto.diſt.20.q.1. a.1.&.2.& tamen fatetur probabilius eſſe quod Apoſtolis diuiſim data eſt. Lucæ. 22. poteſtas conſecrandi in cœna : deinde poſt reſurrectionem poteſtas abſoluendi, Ioan.

a uis a eccleſiæ, & differt ab anima, ſup.lib. de ſacra.c.12. quidam b
b aiunt eodem actu quo epiſcopus ordinans confert ijs quos initiat poteſtatem conſecrandi & offerendi euchariſtiam, conferre ſimul poteſtatem abſoluendi : ſed eam fuiſſe declaratam alio actu, dum ait, accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata. Alij c generaliter
c putant ſolam ordinis ſacerdotalis completam poteſtatem ſatis eſſe vt valide & cum fructu ſacerdos pœnitentem abſoluere poſsit. alij limi
d tant in quatuor caſibus d: nempe vt abſoluat ipſum Papã, & in mortis articulo, & à peccatis venialibus & ab ijs mortal. à quibus pœnitens fuerat alias directe abſolutus : ſatis enim putant eſſe eam voluntariam iuriſdictionem e, quam pœni-
e tens eo ipſo quod ſe ſponte ſacerdoti ſubijcit in his caſibus, conferre videtur.

3 Cæterum poteſtas abſoluendi
f à peccatis diuerſo actu f confertur ab epiſcopo quam poteſtas conſecrãdi euchariſtiam & celebrandi ſacrificium miſſæ : vt ſupra abun-
g de dictum eſt g, deinde præter
h hanc ordinis poteſtatem h vt abſolutio ſacerdotis præſtet effectum, & efficiat verum ſacramentum pœnitentiæ, requiritur quod ſacerdos
i habeat iuriſdictionem i ordinariam, aut ex commiſsione datam à Chriſto, aut ab eius vicario : quæ eſt noua poteſtas ſuperaddita ordini : quam poteſt amittere etiam Pontifex, ſi renunciet & abdicet ſe Pontificatu, aut ſi ex culpa hæreſis
k legitime priuetur per eccleſiam k, non tantum vſu ſed tota poteſtate iuriſdictionis. Eandem epiſcopis, parochis aut alijs confeſſarijs datam poteſt Pontifex ex cauſa reſtringere, & ob culpam dignam pœ
l nitus auferre l. Hanc iuriſdictionem tanquam ordinariam habet epiſcopus in proprias oues; etiam
m antequã ſit ſacerdotio initiatus m, non quidem vt ea per ſeipſum vti poſsit & abſoluere : ſed vt eam delegare alijs ſacerdotibus valeat tam in foro pœnitentiæ vt abſoluant à peccatis, quàm in foro exte-
n riori. de hac iuriſdictione poſtea n late tractandum eſt.

20. & alij relati ſup. lib. 2. de pœnit. c.1.§.6.

c c Armachã. lib.11.c.4.

d d De quibus. c.8.§.1. c.11.§.1.

e e Caietan. opuſ. tom.1. trac.7.q. vn. circa venialia vt reſpublic. dedit iuriſdictionem regi. at vera ſententia eſt omnem iuriſdictioñe dari à Chriſto per Põtificẽ vicariũ. inf. c.5. ſacerdotibus tanquã ſuperiorib⁹, nec pendere à ſubditis. D.Th.d.19. q.1.3.1.Palud.q.2.a.3. Capre.con.3 Bon.a.5.q.2 Rich.a.2.q.3.Scot.q.1.Gab.con.5.Maior.q.1.(qui improprie hanc iuriſdictioñe vocat poteſtatẽ ordinis) Angel.confeſ.3.§.4.Soto.d.18.q.4.ar.2. Petr. Sot.de confeſ.lect.5.Cano.relect.de pœnitent.p.5. fo.106.Med.de conf. q.39.fo.87.

fg fg Sup. lib. 2.de pœnit.c.1.§.4.& 6. quia Trid.ſeſſ.14. c.1.ait non tantum Apoſtolis, ſed eorum ſucceſſoribus dari veram poteſtatem abſoluendi per ea verba Ioan. 20.accipite poteſtatem, quorum remiſeritis.

h h Concil.Conſtantien.ſeſſ.8.& 15. Cabilonen.c. 33.c.quidam dicunt.de pœnit.d.1. Leo.X. in bull. contra Luther.Trid.ſeſſ.23.de refor.c.15.presbyteri in ſua ordinatione accipiunt poteſtatem abſoluẽdi à peccatis.ſeſſ.14.c.6.can.10.Ioan.22.extrau. quia quorundam.D.Tho.add.q.17.2.ad 1.q.8.art. 1.d.18.q.1.1.2.ad 1.& clarius d.19.q.1.1.3.lib.4. cont.Gen.c.71.72.Sot.d.20.q.1.1.con.3. Victor.de cla.§.8.Turre.li.1.c.93.con.4.6.vi.c.95.ad 5.Pet. Sot.declau.lec.1.Patres cit.declarat vero D.Th.2. 2.q.39.a.3.poteſtatẽ ordinis cõferri, per ordinationẽ (& dicitur ſacramẽtalis à fine) ſed poteſtatẽ iuriſdictionis dari per cõmiſsioñe factã à Deo vel ab homine, Palud.d.19.q.1.& 2. Ledeſ.q.19.art.2.& 3. fin. Turrecre.lib.2.c.77.Nauar.c.4.nu.2. in c.1.de pœnitent.d.6.in princ.nu.2.in c.placuit. n.14.44. 48. ſed quia Concil.Florent. id non tam clare expreſsit, Abulen.2.p.defenſor.c.62. falſo putat poteſtatem abſoluendi eſſe iuriſdictionem in foro interiori quod innuit Turrecrem.lib.1.cap.96.

i i Trid.ſeſſ.14.c.7.facit can.9.11.ſeſſ.23.ref.c.15. ſeſſ.24.c.13.fin.Cypr.lib.3.epiſt.16.Doct.cum Magiſt.4. d.18. Soto. q.4.2. q.3.3.& d. 20.q.1.a.4.& 5.Palac.d. 18. q.2. D. Tho. add. q. 8.ar.4.q.20. a.1.Ledeſ.q. 10.& 22. Petrus Sot. tit. de conf. Caiet. de autor. Pap. cap.19. Turrecre. 1. ſumm. eccle. c.54.97. & in c. ita Dñs 19.d.V Valden.to.2.ſacram.c.149. Nauar.c.4. n.1.c.9.n.5. Viguer.c.16. §.6.verſ.12. Taper.ar.3. Syl. confeſſor.1.Tabie. abſolutio.1. & 2. Couar. c.alma. 1. p. §.6. nu.7.ad fi.lib.1.Var. c.10. nu.11. Cano relect.de pœnit.p.5.Fr.Med.lib.1.inſtr.c.10. Adr.4.de conf.q.4.Ioan. Arias Pract.de viſit.f.vlt.

k k Probat Bañes 2.2.q.1.ar.10.dub.2.con.2. pag. 135.(contr.Turrec.lib.2.ſumm.cap.112.ad.7.lib. 4.in 2.p.c.18.& ſequent.) Caiet.de autor.Pap.cap. 17.18.nec mirum ſi rebellis Papa, ſecundum quid ratione huius delicti hæreſeos fiat inferior quam eccleſia defendens ius ſuum. licet alias habeat immediate à Chriſto & iure diuino iuriſdictioñe vniuerſalem in totam eccleſiã (ſicut Apoſtoli & Petrus Apoſtolorum caput habuerunt) c.cuncta per mundum.9.q.3.extrau. vnam ſanctã de maiori & obed.

l l c.ita Dominus.19.d.Trid.ſeſſ.14.c.7.colligi ex tradit.& Floren.quod poteſt carere omni iuriſd.cõmunis contra Caſtro, lib.2. de hæret. punit. c.24. quia dicit epiſcopo nunquã auferri totã iuriſd. ſed impediri vſum.idem Armach.lib.11.c.1.& 4. & videtur Abulen.2.p.defenſ.c.62.64. videtur Maior. d.19.q.1.(quia hanc iuriſdictionem ordinariam vocat poteſtatem ordinis) Abulen. Matth. 16. q.87. Num.c.15.q.48.Dried.lib.4.eccle.dog.c.4. ad fin.

m m Sot.d.18.q.4.a.3.& lib.10.iuſt.q.1.a.2.conc.1. fi.Ledeſ.2.p.q.7.art.5.dub.10. Victor.§.149.152. Syl.epiſco.§.8.ver.1. cum Pan.Ioan.And.Calder. Gigas de penſio.q.56.n.3. Mandoſ. in Cancell.regu.32.q.15.

n n Inf.c.4.fin. & ſequent.

o p ſup.



op o p ſup. H. quia eſt character ordinis indelebilis. Trident.ſeſſ.23.ref.c.15.

q q D. Tho.add.q.17. art.2.ad primum.& communis.diſt.18.Richar. ar. 1.quæſt.3.Durand.quæſt.1.Soto.d.20.quæſt. 1.ar. 2.Ledeſ.art.Pet.Soto.decla. lect. 1.Ferrar.cum D. Thoma. 4. cõtra gent. cap.72.Turrecrem. lib. 1.capit.93. concl. 4. & ſexta. quia ordine quodam hæc poteſtas datur 1. ad effectũ conſecrandi corpus Chriſti naturale: deinde perficitur ad nouum actum ſanctificandi corpus Chriſti myſticum. in epiſcopo character extenditur ad nouum actum. vt ſol. 1. die factus cum luce dicitur Geneſ.2.factus. 4. die quia recepit virtutem ad ſpeciales effectus. 1. p. q.67.ar.vlt. & bene Sylueſt.ordo.2. §. 1. errat vero Scot. d.19.quæſt. vnic. art. 3. dicens poteſtatem clauium eſſe ſeparabilem à charactere conſecrandi euchariſtiam & Petrum Matth. 16.prius recepiſſe claues & poteſtatem abſoluendi.idem videtur Marſil. q.12.ar. 2.& Victor.de clau.§.8.quia poteſtas abſoluendi eſt actiua, ſed conſecrandi eſt tantum ſignum, vt dicit Scot. Reſp.quòd Mat.16.nõ ſunt claues datæ ſed promiſſæ & poteſtas conſecrandi eſt actiua ſed incomplera.

4 Poteſtas abſoluendi in ſacerdo-
o tibus omnibus eſt æqualis o cũ ſimili etiam poteſtate quã habuit Petrus Apoſtol. & nũc habet ſummus Pontif. ſed in poteſtate iuriſdictionis ſunt gradus quidam: & minor eſt in parocho quam in epiſcopo, qui habet iuriſdictionem in parochos & immediate in omnes oues ſuæ diœceſis : maior eſt in Archiepiſcopo qui non tantum eam exercet in ſuã diœceſim, ſed in caſu etiam in epiſcopos ſuffraganeos, & in illorum oues. Poteſtas abſoluẽdi eſt indelebi-
p lis cũ ſit poteſtas ordinis p: & ſupponit characterem ſacerdotalem cõſecrandi corpus Chriſti.nec differt
q re ab illo q. quanuis vero, hæc ſola non ſufficiat vt ſacerdos cum fructu abſoluat, niſi addita poteſtate iuriſdictionis: ipſa tamen ordinis poteſtas dicitur clauis.nec data eſt Matthæ. 16. Petro cum non dum eſſet
r ſacerdos, ſed promiſſa r: collata vero ſimul omnibus cũ Chriſtus poſt reſurrectionem Ioan.20. dixit, ſicut miſit me Pater, nempe cum poteſtate ligandi ac ſoluendi, vt Chry-
s ſoſt.exponit s: ita ego mitto vos: accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata : vt ſupra pro-
t batum eſt t.

u 5 Sic definitur u clauis eſt poteſtas qua iudex eccleſiaſticus poteſt dignos abſoluendo recipere, indignos excludere & ligare. quæ vna res
x & poteſtas continet duas claues x, ſeu vnus ordo refertur ad duos actus : per quos tamen non diſtinguitur. Prima dicitur clauis ſcientiæ. 2. clauis poteſtatis. clauis ſcië-
y tiæ y eſt autoritas in iudice cognoſcendi de cauſis : putà de peccatis & illorum circunſtantijs: & per hanc ſacerdos diſpoſitiue cognoſcit de idoneitate pœnitentis, in quem ferenda eſt ſetentia: & illum examine facto compellit ad ea quæ ſunt præuia abſolutioni : nempe vt fideliter & integre confiteatur omnia peccata mort. & cum digna diſpoſitione doloris, & propoſito emendæ &
z ſatisfactionis. clauis poteſtatis z circa ita digne diſpoſitos, eſt vt eos poſsit abſoluere à peccatis : ſi vero ſatis diſpoſitos nõ eſſe aduertat, vt illos priuatiue liget, ideſt, nõ abſoluẽdo ligatos eſſe permittat, & oſtẽdat, quouſque facta reſtitutione aut ablato ſcãdalo & occaſione proxima reincidẽdi, digne diſponãtur. ſic Deus permiſsiue dicitur excæcare & indu-
a rare a: quia indigno, lumen aut gratiam non confert: ipſe vero peccator eſt qui vinculis ſe aſtrinxit, & fores cœli ſibi obſtruxit : à quibus ſolui non poteſt niſi clauibus ſacerdotis in re vel in voto ſubijciatur.

6 Differunt iſtæ duæ claues ad eũ modum quo in iudice fori exterioris differt poteſtas coactiua quam habet, primum circa præparatoria quædã ante ſententiam, vt reos quoſdam ſibi ſubditos inquirendo inter

r r Hieronym.Matth. 16. Chryſoſt.Hilar.Theophy. & alij Patres Bellar. 1. de Rom.Pontif.c.12.13.Turrecremat.libr.2.ſum. eccleſ.cap.77. Caietan.de autor.PP.c.2.& ſequen. (&.cap.5.clauis ſignificat plus cęteris promitti Petro.) Ledeſ.2.part.quæſt.19.art.1. ad fin. communis.4.diſt.19.Albert.Bonau. alij dicunt Matt. 16. ſtatim datas Petro claues quoad poteſtatẽ iuriſdictionis in vtroque foro. (& ſumi futurum, dabo, pro præſenti vt ſæpe fieri in ſcript. probat Martin. lib.5.hypot.c.3.) ſed quantũ ad plenum vſum datas fuiſſe Ioan.21.paſce oues.D.Thom.diſtin. 19. quæſt.1.3.ad.1.d.24.q.3.2.3.ad.1.Soto.d.20.q.1. 2.concl.1. Alexan.4.par.q.79.m.6.ar.3.§.2.Rich. diſt.24.art.5.quæſt.3.ad.4. vt Matth. 18. quorum alligaueritis data eſt clauis excommunicandi,

s dicit Bellar. ſup. Chryſ. in Ioan.20. & cõmunis. at differt, q̃a Chr̃s miſſus eſt cum plenitudine poteſtatis qualis decebat vnigenitũ à Patre. ſed apoſtoli vt minori cum poteſtate alligata ſacramentis & alijs remedijs per Chriſtũ inſtitutis. 2. Cyril.exponit ratione finis q̃a etiã Apoſtoli vt Chr̃s miſsi ſunt in finẽ reconciliãdi homines, & ꝓpagãdi eccleſiã prædicato euang. 3. Greg. ho. 26. in euãg. vt Chr̃s miſſus eſt nõ ad delicias ſed ad crucẽ, & tamen in eo dilectus à Patre: ita & vos diligo, licet mittã ad labores. Bellar.

t lib.3.de pœnit.c.18. t ſup.lib.2.de pœnit.ca.1.

u §.4. u communis cum Magiſt.d.18. à quo accepit Ioan.22.extrau: ita quorundam.de verb. ſignif. Soto.d.20.quæſt.1.ar.1.D.Thom.add.q.17.art.2.

x x ſic Matt. 16. vocantur claues in plurali & Ioã. pp.22.ſup.Aug.1.doctri.ca.18.Doct. cum Mag.d. 18.vbi D.Th.quæſt.1.1.3.ad.2.add.q.17.3.Trid. ſeſſ.14.c.5.8.& can.15.Bellar.ſup.ex Patribus. fatetur Scot.d.19.q.vnic.art.1.&.2. (quem Soto falſo citat in oppoſi.) contra Marſil. & Fabrũ.in Matt. 16.

y y D.Th.q.17.3.ad.2.Soto.artic.1.fin. Ledeſ.quæſt.20.ar.3.contr.Mag.d.16.cap.1.

z z D.Tho.quæſt.18.art.3.Ledeſ.q.20.a.3.Sot.d. 20.q.2.a.2.ſup.lib.1.de pœn.c.11.&.12.de forma. communis.cum Mag.d.19.Palac.d.18.quæſt.1.

a a D.Thom.1.2.quæſtion.79.3.ſup.lib.1.cap.18.

roget, & illos examinet de peccato, circunſtantijs, aut de illorum cōplicibus. & hac autoritate vtitur interdum prætor nobilis, quāuis non habeat habitum ſcientiæ vt cauſas iuris ſciat diſcernere & definire: qua tamen ſcientia iudicem ornatum eſſe decet: vtitur tamē prętor ſcientia alterius ſubminiſtri. deinde quaſi diuerſo actu & claue poteſtatis prętor iuxta allegata & probata pronūciat ſententiam, qua hominem abſoluit aut ei bona adiudicat: vel qua reum ligatum tenet & damnat.

7 Poteſtas iuriſdictionis requiritur [b] quidē ad vſum clauiū præſertim circa peccata mort. ſed hęc proprie & plene non dicitur clauis [c]. quia ſe ſola non eſt efficax aperire ianuam regni cœleſtis: vt conſtat quando hæc iuriſdictio eſt in epiſcopo confirmato antequā ſit conſecratus ſacerdos, ſup. §. 3. M. Dicitur tamē large & diſpoſitiue clauis à quibuſdam Doct. [d]. quia diſponit materiam & tollit impedimentum abſolutionis: ac ſubinde viam pręparat vt ſublato impedimento aperiatur homini per claues ianua regni cœlorum. & per iuriſdictionem ſimili ratione ſed remote dicitur claudere regnum cœlorum. clauis tamen ſcientiæ quæ pertinet ad poteſtatem ordinis, [e] propinquiùs diſponit & pręparat ad ſententiam digne ferendā per abſolutionem à peccatis, & cū poteſtate abſoluēdi ſemper eſt coniūcta: At proprie iuriſdictio nō eſt clauis, ſed modus vtriuſque clauis [f].

8 Ex cauſa finali & ex effectibus ſacramenti pœnitētię, de quibus ſupra dictum eſt [g], colligitur neceſsitas & vtilitas clauiū in eccleſia: vt ſine quibus peccata quæ homo fecit poſt baptiſmū, remitti nō poſſunt [h]: niſi pœnitēs re ipſa ſi poteſt tēpore debito, ſe clauibus ſacerdotis ſubijciat iudicandū: aut certe ſine voto huius rei & ſacramēti. 2. cauſa efficiēs & in quo primū reſidet per autoritatē clauiū poteſtas, eſt Deus [i]: qui gratis per redēptionem Chriſti homini peccatori, ſi modo diſpoſitus ſit remittit offenſas ſoli Deo [k] p peccata illatas. deinde Chriſtus vt homo eſt inſtituit claues: & in eo hæc poteſtas reſidet per excellentiā [l], ex dignitate perſonę humanitati coniunctę [m], & quia poteſtatē iudiciariā cū honore nominis obtinuit ex merito proprio [n]. Sed non habet characterē [o] impreſſum Chr̄s Paſtor: nā ſigillū non imprimitur Paſtori ſed ouibus. Ea poteſtate dū vitā mortalē in terris agebat ſępe Chr̄s peccata dimiſit abſq; ſacramēto, Matt. 9. Luc. 7. nunc autē in cœlis regnans ſtatuit firma lege nemini baptizatorū ſine vſu & vi clauiū, ideſt, ſine ſacramēto pœnitentiæ in re vel in voto remittere peccata. m. atq; ita id ſacramentū dicitur mediū neceſſariū ad ſalutē, ſup. li. 1. pœni. ca. 2. Dum vero homo attritione diſpoſitus qui bona fide ſe reputat contritum iuſtificatur, quia deuote recipit euchariſtiā aut alia ſacramenta, in ea pia receptione includitur implicite votū ſacramēti pœnitentiæ: quia manet obligatus vt ea peccata mort. confiteatur ſacerdoti, quanuis deuota communione aut contritione dimiſſa fuerint.

b Trid. ſeſſ. 14. c. 7. cit. ſup. I. ſed aiunt quidā claues ſine iuriſdictione coactiua habere effectū, dum iuſtus abſoluitur à ſolis ven. de quo inf. cap. 8.

c cit. ſup. H. Ioan. 22. extrauag. quia quorundam de verb. ſignificat, dicit claues recipi in ordinatione, & Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. D. Tho. d. 20. q. vni. ar. 3. 2. ad. 1. ſeu add. q. 19. 5. Soto. d. 20. q. 1. 1. Ledeſ. & Recent. Soto putat iuriſdictionē nō eſſe proprie poteſtatē ſed duplicationem materiæ quæ eſt conditio ſinē qua abſolui nō potest. idem fere Caieta. to. 1. trac. 3. de Rom. Pōtif. cap. 5.

d sic late clauem vocat D. Tho. diſt. 20. ſup. Turrecrem. lib. 1. ca. 95. ad. 2. contra 10. concl. ca. 96. concl. 6. & 8. Viguer. cap. 16. §. 6. verſ. 12. quia videtur non minus neceſſaria iuriſdictio quàm ſcientiæ clauis: & huic aliquo modo competit definitio clauis. ob hoc Marian. Victori. lib. de confeſ. cap. 12. ait. reuera eſſe tres claues (ſed Theologos diſtinguere duas quæ pertinēt ad ordinem) & clauem iuriſdictionis in vtroq; foro: Matt. 16. promiſſam Petro. Alij diſtinguunt clauē, vt vna ſit ordinis, altera iuriſdictionis.

e ſup. §. 5. X.

f Cit. B. alias iuriſdictio diſtingueretur in clauem ſcientiæ & poteſtatis: atque ita eſſent. 4. claues.

g ſup. lib. 1. de pœnit. ca. 13. & ſequent.

h eod. lib. 1. c. 2.

i D. Tho. 3. p. q. 84. ar. 1. & 2.

k Pſal. 50. Tibi ſoli peccaui quia peccata in proximum nō haberēt rationē culpę. m. niſi eſſent contra legem Dei.

l D. Th. add. q. 19. art. 2. Ledeſ. q. 20. a. 4. f. 307. Apoc. 3. & Eſai. 22. dicitur habere clauē in ſingulari (quia ſingulari modo inf. c. 2. B. quæ ſunt diuiſa in inferioribus vniūtur in ſuperiore) Matth. 19. filius hominis habet poteſtatē dimittendi pecc. Marc. 2. Luc. 7. remiſit Magdalenę extra ſacramētum Matt. 28. data eſt mihi omnis poteſtas (nempe aut data nouo titulo ratione meriti, aut declarata, vt Daniel. 7. peruenit ad antiquū dierū & dedit ei poteſtatem, honorem & regnū Apoca. 5. dignus eſt agnus accipere virtutem & diuinitatem) id Apoc. 3. aperit & nemo claudit, Diuus Thomas. q. 17. 1. ad. 2. exponit. 1. ſolus Chriſtus abſtulit peccatum naturæ, & Patribus limbi aperuit cœlum. 2. D. Thom. & Hugo. in Apoca. 3. & Soto. q. 2. aperit verum ſenſum ſcripturæ & libri ſigillati, ita vt nemo negare poſſit, niſi hæreticus. 3. quia per ſacramentum dat ius regni cœl. quo nemo inuitum priuare poteſt: & ex cœlo nemo excludi poteſt. ſic Apocaly. 3. 9. & 20. habet clauem inferni, mortis & abyſſi: de qua Matt. 25. clauſa eſt ianua. & cap. 10. timete eum qui habet poteſtatem mittere in gehennam: vt Iudex ligat & mittit in carcerem.

m Diuus Thomas. 3. part. quęſt. 7. artic. 10. & de poteſtate excellentiæ q. 64. art. 3. ſup. libr. de ſacram. cap. 3.

n D. Thom. 3. part. quæſt. 59. 3. add. quæſt. 19. 2. Matth. vlt. data eſt mihi omnis poteſtas.

o Diuus Thomas. quæſt. 63. 3. ſup. de ſacram. cap. 12.

CAP.



CAP. II.

a Trident. a ſeſſ. 14. cap. 1. & 6. can. 3. 10. vide ſeſſ. 22. can. 2. ſeſſ. 23. cap. 1. 4. can. 1. & 2. & de reformat. cap. decimo quinto. Taper. art. 5. pag. 204. Caſtro. ver. ſacerd. hær. 1. Vvaldenſ. tom. 2. ſacram. capit. ſeptimo. 28. 145. concil. Conſtant. ſeſsio. 8. & 15. Grat. de pœnit. diſtin. 1. cap. agite ex Auguſtin, & c. multiplex ex Leon. D. Thom. add. quæſt. 8. art. 1. quæſt. 19. 3. Ledeſ. q. 21. 3. Soto diſtinct. 20. quæſtion. 1. artic. 3.

b ſup. cap. 1: §. 8. L. lib. de ſacra. cap. 3. Chriſtus habuit claues quantum ad modum quēdā incommunicabiles, ſcilicet quia habet à ſe connaturale ius gubernādi, & remittendi peccata propria virtute (quia gratiam capitis habet à ſe & ſatisfecit de rigore iuſtitiæ.) At poſſet abſolute communicare alijs poteſtatem ſimilem. D. Thom. 3. part. q. 64. 4. & q. 59. Doct. cum Magiſt. 4. diſt. 1. Suar. 3. par. quæſtio. 22. art. 1. dub. 47. §. 1. Patres in Matth. 28. data eſt mihi omnis poteſtas.

c D. Thom. quæſtio. 64. 5. add. q. 19. 3. Soto Ledeſ.

d lib. 1. de pœnitentia cap. 11. & 12.

e ſup. cap. 1. § 7. D.

f D. Th. quæſt. 64. 7. ſup. de ſacram. cap. 26.

g vt late dictauimus in prælect. 3. part. q 8. ar. 3. & Franc. Suarez diſcipulus noſter, qui diligentiſsime excepta à nobis locupletat. 3. p. q. 19. art. 4. dub. 42. quod ſentit D. Thom. 3. part. quæſt. 7. art. 11. ad. 2. (vbi Caietan.) & 9. & in Ioan. 1. Arbor. 3. Theolog. cap. 13. Iacob. de Valentia in Pſalm. 81. 82. 125. & melius. 120. conc. 4. Melch. flauius de regno Chriſti: Iacob. Naclanta in Epheſ 1. & 3. Viguer. cap. 3. §. 2. verſ. decimo quinto. capit. 20. §. 1. verſ. quarto. & citat. Apocalyp. 12. innuit Galatin. 3. de arcan. ſcript. cap. 4. Catharin. de gratia & lapſu angel. & ſup. Geneſ. 3. ad quod ſe refert in Rom. fin. in Philippenſ. 2. & 2. Timoth. 2. & Titum. 1. Oſſuna in alpha. part. 6. fauet Taper. art. 8.

h Diuus Thomas, prima part. quæſtio 64. 2. facit quæſtio. 63. 6.

## CAP. II.

### Quis ſit clauium capax?

§. 2. *Non eſſe in Angelis.*

3 *Nec in fœminis. niſi interdum vſus quidam clauium.*

5 *Nec in laico etiam iuſto & Rege: eſt in ſacerdote etiam peccatore.*

6 *Quomodo. 1. Petr. 2. iuſti dicuntur regale ſacerdotium.*

7 *Non eſt in Diacono: & an hic aut laicus in mortis artic. poſsit audire confeſsiones.*

SVbiectum quod reducitur ad cauſam materialem, in quo ſunt claues, ideſt, autoritas iudiciaria ad ſoluendum à peccatis aut ligandum, eſt ſacerdos [a]: datur enim his ſolis qui à vero epiſcopo initiantur ſacerdotali charactere: & hi non habent poteſtatem excellentiæ [b] quę eſt ſoli Chriſto propria: nec poſſunt ſacramentum inſtituere, aut ſine ſacramento abſoluere à peccatis: ſed habēt miniſterialem [c] poteſtatem clauium: ſacerdos enim vt miniſter Chriſti & vt liberum eius inſtrumentum, ſicut conſecrat euchariſtiam, ita vere pronunciat, ego te abſoluo à peccatis [d]. in ijſdem ſacerdotibus eſt poteſtas iuriſdictionis in foro pœnitentiæ, quam diximus [e] late vocari clauem.

2 Sed in quibuſdam perſonis dicta clauis ordinis aut iuriſdictionis non poteſt eſſe, quia inſtitutione ſua Chriſtus noluit iſtius capaces eſſe angelos [f] etiam bonos, licet enim Apocalyp. 12. dicantur in ſanguine agni viciſſe malos angelos aduerſarios, qui contra bonos angelos aut contra homines pugnaſſe leguntur: & fortaſſe angelis meruit Chriſtus dona poſitiua gratiæ & glorię: [g] nō tamen poſſunt abſoluere dæmones, qui poſt peccatum ſunt inflexibiles à malo [h], & incapaces verę pœnitentiæ. Nec eis Chriſtus conceſſit claues vt poſſent abſoluere homines, & illis aperire regnum cœlorum: cum tamen quidam boni Angeli legantur ex diſpenſatione Dei miniſtraſſe hominibus ſacramentum baptiſmi [i] & euchariſtiæ [k].

3 Fœmina etiam inſigni virtute & regia poteſtate prædita, non eſt capax ſacramenti ordinis vt ſuo loco dicetur [l]: nec clauium etiam iuriſdictionis ſpiritualis in foro pœnitentiæ [m], vt eam alijs delegare poſsit: vt delegat epiſcopus nondum ſacris initiatus [n]: ſed nec habet claues iuriſdictionis ſpiritualis in foro exteriori, vt excommunicet alios [o], & ab excommunicatione abſoluat, aut cōferat indulgētias. Quia fœmineus ſexus naturaliter poſcit ſtatū ſubiectionis [p]. Ab-

i k de ſacra capit. vigeſimo ſexto.

l infr. libr. de ord. cap. quarto. Diuus Thomas, addit. quæſt. 39.

m D. Thomas. addit. quæſtio. decima nona. tertio. ad quartum. & diſtinct. decima nona. quæſtio. prima. 1. tertia. ad quartum. facit diſtinctio. vigeſima quinta, quæſtio. ſecunda, primo ſecunda ad primum. Paludan. diſtinctio. decima nona. quæſtio. ſecunda. artic. primo. concluſio. tertia. Durand. quæſtio. prima ad ſecundum principale. Soto diſtinct. vigeſima. quæſtion. prima. articu. quarto. Ledeſma quæſtion. vigeſima. articul. quarto. Victor. relect. ſecunda. de poteſtate eccleſia. quæſt. ſecunda. nume. 3. Turrecremat. libro primo. capit. 96. concluſ. decima. Anton. tertia part. tit. 16. capit. ſeptimo. §. 2. tit. 17. capit. ſecundo. §. 2. Syluester. verb. Abbatiſſa. Caſtro. verb. Mulier. & abſolutio. hær. ſecunda. Ioann. Bunder. compen. contra Luther. titul. vndecimo. artic. ſexto. colligitur ex Trident. ſeſsio. 14. capit. ſexto. can. decimo.

n ſup. capit. primo. § tertio. M.

o Anton. tertia part. titul. decimo ſeptimo. cap. ſecundo. per capit. dilecta. de ſententia excommuni. Nauar. capit. 27. nume. ſexto. Couar. cap. alma. §. 11. nume. 2. Diuus Thomas. Soto. Ledeſma.

p Epheſ. 5. Fœmina ſit ſubdita viro & prohibetur prædicare, & dominari in viros, & multo minus in ſacerdotem.

q ita

q [q] ita loquitur D. Thom. q. 19.3.ad.4.Soto,Ledeſ.addit.Soto.cum Palud.d.19.q.1.2. quod vſum quendam clauium Papa ex plenitudine committit fœminæ,vt poteſtatem excommunicandi, ſicut & mere laico: quia id ſolum prohibetur iure poſitiuo.

de ſacram.cap.135.145.Luther.apud Roſen. arti. a 13.Bellarm.lib.3.de pœnit.cap. 1. [a] refert D. Thom.ſup.artic.4.c.& ad.2.& artic.5.ad.3. dict.eſt de ſacram.cap.26.§.3.vbi explicatum eſt id.1.Pet. 2.regale ſacerdotiũ, quod ſumpſit Exod.20.&.14.

batiſſa vero in Moniales ſubditas ex commiſsione Prælati ha-
q bet aliqualem vſum clauium [q]. vt eas digne gubernet,corrigat,puniat:
r &vt vota quædã Monialiũ irritet, [r] diſpenſetque cum illis in ieiunjs & quibuſdam legibus eccleſiaſticis, dum cauſa vrget: quia vt vitetur occaſio periculi quod eſſet,ſi vir Prę latus cohabitaret intra fœminarum clauſtra, decet committi probatæ Abbatiſſæ prædictũ vſum clauiũ pro bona gubernatione. Sic Debora dono prophetiæ dotata Iudic.4. gubernabat populũ: & Regina gubernat tẽporale Regnum & leges fert, quę pro grauitate materiæ obligẽt: & ex priuilegio Papę interdũ habet Regina ius præſentandi ad beneficia,etiam curata & epiſcopatus.

4 Cæterum hic clauium vſus ex commiſsione in Abbatiſſa non arguit in ea eſſe claues,id eſt, poteſtatem ſpiritualem: ſed quoſdam actus illius. vt dũ ſacerdoti Papa cõmittit
s conferre confirmationem [s], nõ dat ei permanentem poteſtatem epiſcopi,ſed quendam illius actum. Sic
t Abbatiſſa ex priuil. Papæ alicubi [t] habet vt facta per illam nominatione ſacerdotis, Papa eo ipſo conferat ius in beneficio etiam curato,vel ad
u audiẽdas aliorum cõfeſsiones [u]: & vt hæc clericos ſibi ſubditos poſsit aliquo modo ſuſpendere ab officio, & priuare beneficio : obligat ſuo præcepto Moniales pro grauitate
x materiæ [x], vt ſolet Regina ſubditos: non tamen obligat vt prælatus, qui ex poteſtate clauium præcipere poteſt ſub excommunicatione.

5 Solus vir baptizatus eſt capax clauium iuriſdictionis : non tamen
y omnis vir habet claues.1.laicus [y] quanuis ſit Rex, Imperator, & Monarcha orbis , & quantauis ſæculari dignitate & poteſtate præfulgeat, non habet has claues.2.quidam hæretici licet negent ſacramentũ confeſsionis, aiunt virum laicum ſi iuſtus ſit & ſanctus , poſſe cõnſe-
z crare euchariſtiam [z]. & hi ſi ſacramentum pœnitentiæ confiterentur,
a tribuerent claues laico iuſto [a]. Sed errant quia clauis etiam iuriſdictionis non pendet ex gratia hominis:eſt enim etiam in ſacerdote pec-
b catore [b]. nec Chriſtus vult per dona & gratias etiam prophetiæ & miraculorum, conferre laico eam iuriſdictionem pro foro pœnitentiæ: cum lege inuiolabili ſtatuerit à Pontif.eius vicario deriuandam eſſe hãc clauem, id eſt, iuriſdictionem ſpiri-
c tualem in reliquos prælatos [c]. aut clericos , vt Papa ſtatuerit aut commiſerit.

6 Iuſti viri aut fœminæ dicuntur ab Apoſt.Petro.1.epiſt.cap.2. regale ſacerdotium. 1. ob dignitatem, qua in magno pretio habetur apud
d Deum [d]: vt Rex & ſacerdos haberi ſolet apud homines.2. ratione Chriſti capitis , qui eſt Rex & ſacerdos: tanquam membra viua per baptiſmum vnctionemque ſpiritus ſancti, & gratiam Chriſto incorporata, dicũtur participatiue ſacerdotes: quia digne offerunt Deo ſacrificium per manum ſacerdotis,nomine ipſorum oblatum,ex quo tanquam ſimul offerẽtes iuſti pro ratione deuotionis ſuæ participãt fructũ. Et generaliter etiã laici per ſe ipſos Deo offerunt
e ſpirituales hoſtias [e] orationis , & mortificationis propriæ qua ſe ſuoſ-

r [r] ſic mater aut auia tutrix poteſt irritare vota pupillorum. Alcoc. in.2.præcepto. & quidã Recent.

s [s] libr. de confirm. capit.6.

t [t] vt Burgis Abbatiſſa de las Huelgas habet id ſingulare priuilegium à Papa Sylueſt. verb.Abbatiſſa. §. 3. cum Palud. Pan. Soto. quæſt. 1.art. 4. Gallo. & Recent.

u [u] vt dũ fœmina p bullam eligit confeſſariũ , non ipſa ſed Papa cõfert iuriſdictionem.

x [x] Soto.ar. 4. Ledeſ.ar. 4.f.310. Victor. relec.2 de poteſtate eccleſ. q. 2. & multi recent. addũt Victor.titu. de clauib.§. 14. & Gallo ex voto obedientiæ aliquãdo ſub mort. tenentur moniales obedire Abbatiſſæ : nempe ſi expreſſe Prælatus id concedat.

y [y] D.Thom. add. quæſt. 19.ar.4.q.36.ar.3.ad.1.Ledeſ.a.4.Soto.ar.3. Roſen.ar.13.colligitur ex Trid.ſeſſ.14.ca.6.can. 10. ſup.de ſacra.c.26.Sander.libr.7.de viſibili monarchi.& lib.de rebus Angliæ.Nau.addit.c.27. n. 13. Bellar.lib.3.de laicis.c.17.lib.1.de cler.cap.7.contra hæretic.German. & Angliæ.

z [z] refert Sander.lib.7.viſib.monarc.Prateol.verb.Vvald. verb. pauperes de Lugdun.idem Vvicleph. apud Vvald.

b [b] Chryſo. hom.85.fin. in Ioan. Auguſtin. trac. 5.in Ioann. D.Thom.3. p.quæſt.64. 6.add.q.19. 5. Caſtro, & Medices, verb. ſacerdotium hęr. 3.Soto. art. 3.Ledeſ. ar. 5. Turrecremat. libr. 1. cap. vltimo. Sixt. libr.6. Bibli. ca.70 109. vbi explicat Orig. tracta. 1. in Matthæ. & Chryſo.ho. 53.imperfe. Auguſt. lib. 3.de bap.ca. 8.lib.5. cap. 21.lib.6.ca. 3.lib.7. cap. 51. qui videntur negare de peccatore : quia Ioann. 20. prius datur ſpiritus ſanctus , quam claues. Reſpond. datur gratia vt digne miniſtret ſacramentum, & datur poteſtas eccleſiæ quæ ſemper ſecundũ par temeſt iuſta: & tamen tenet factum ſi indigne miniſtret peccator, quia cum ex poteſtate agat vt miniſter Chriſti , eius actio vt efficax non eſt defectuoſa. Vvaldenſ.tom. 2. de ſacram.cap.ſeptimo. Trident.ſeſsio.14.cap. ſeptimo. can.10. Conſtantien.ſeſsio.8.error.4.ſeſſ.15.error 22. ſup. de ſacramen. cap. 26. Bellar. lib. 1.de ſacramen.cap. 26.

cd [c] infr.c.5. [d e] Diuus Tho.
e addit.quæſtio.decima nona.4.quæſtio.36. 3.ad primum.& explicatum eſt de ſacramen.cap.26.§.3. id 1.Petr.2.

f D.



f [f] D.Thom.add.quæſtio.19.4.ad.2.& art.5.ad.3. & ſic eſt exponendus Origen.&Chryſoſtom.ſup.
gh [g] infr.L. [h] ſup.§.1.A. [i] Chryſoſtom.lib.
i 3.de ſacerdotio.& homil.83.Matth.Bellar. libr.3. de laicis. cap. 17. & 18. Gelaſ.epiſtol.ad Anaſtaſ.

17.art.3.& diſt.14.quæſtio.4.art.2. Tarantas.diſt. 17.Sylueſt.confeſſor.1.§.1.verſ.2. ſumm. confeſſ. Piſan. Veruecill. Felin.nec D. Thomas. ait eſſe præceptum:& cum Magiſt.dicit,debet fieri laico,intelligit debito honeſtatis.Sylueſt.contra Ang.

que appetitus animales mactant in Dei cultum. Et hæc proſunt etiam alijs per modum meriti de congruo
f aut impetrationis [f], vt obtineãt à Deo diſpoſitionem contritionis,gratiam,& bona ſpiritualia aut temporalia. Nũquam tamen poteſt laicus,
g nec qui in clericali ordine [g] etiam ſacro eſt citra ſacerdotium, applicare alteri benedictionem abſolutionis,quę prodeſt homini attrito:quia huic rei non ſatis eſt excellentia virtutis & laicæ autoritatis , ſed potę-
h ſtas ordinis ſacerdotalis [h] cum ſpirituali iuriſdictione,quæ reliquis ſu
i pradictis maior eſt [i]: atque ita Hebræ.7.ſine contradictione quod minus eſt à maiori benedicitur hac ſpirituali benedictione in cœleſtibus.

7 Diaconus in neceſsitate mini-
k ſtrat euchariſtiam infirmo [k], quam tamen conficere non poteſt: ſed nec in articulo mortis & abſente ſacer-
l dote poteſt abſoluere à peccatis [l], quia abſolutio eſt confectio ſacramenti: quæ ſoli ſacerdoti competit, ſicut & conſecratio euchariſtiæ. deficiente tamen ſacerdote poteſt in articulo mortis diaconus, imo & lai-
m cus [m] audire propter honeſtas cauſas,confeſsionem alterius: ſed nullo
n modo eſt præceptum [n] licet vtile
o ſit [o]: ſed non deberet tunc confite-
p ri infamia peccata [p], nec poteſt ab-
q ſoluere à peccatis [q]: alias clericus
r ſic abſolués fieret irregularis [r]. oſtia-
s rius habet materiales claues [s], vt clauſo oſtio excludat excommunicatos & infideles ab officiorum diuinorum auditione: ſed non habet ſpirituales claues ſcientiæ & poteſtatis,quas chriſtus Matth. 16. Petro
t pmiſit [t], & Apoſtolis omnib' Ioã. 20. immediate conceſsit: & per epiſcopos ordinantes confert ijs qui Apoſtolis ſuccedunt in ſacerdotali
u officio [u], vt aperiãt perinde ac Pe-
x trus clauicularius , oſtium cœli [x], quod per impedimentum peccati homo ſibi occluſerat.

## CAP. III.

### Quale oſtium Regni cœlorum aperiatur per claues?

*§.1. Regnum cœlorum tripliciter dici.*

*2 Et ſequent. claues eſſe etiam pro foro exteriori.*

Imper.Gregor. libr. 2. epiſt.61. Victor. releſt. 1. de poteſt. eccleſiæ.

k [k] lib. de euchariſt. cap. 54.&Diuus Thomas. 3. par.quæſtio. 82. artic. 3.

l [l] D. Thomas, add. q. 8.ar.primo. quæſtio. 19. art. 3. Soto artic. 3.Ledeſ.ſed Cyprian. lib.3. epiſtol. 17. eget explicatione dũ id tribuit diacono. & loquitur de more confitendi publica peccata Archidiacono quantum ad excommunicationem & reſeruationem. quem abſtulit Nectarius prædeceſſor Chryſoſt. vt dict.eſt.lib. 2.de pœnitent.cap.2.§.4.

m [m] Angel. confeſsio. 1.putat abſente ſacerdote & omni clerico. præceptum eſſe cõfiteri laico , vt ſic impleat partem quam poteſt.idem Magiſt.4.diſt.17.cap.5. tribuunt multi, & videtur ſequi D.Thom. ibi quæſtio.3.3.2.ad primum.Palud.quæſt.3.Durand.quæſtio.3.Maior. Gabriel.Bonauen.Palac.quæſt.6.Marſil. Alexand.4.part. quæſt.78.m.1.art.1. & ſunt quædam ſanctorũ autoritates, quas Magiſt.affert: Auguſt.de ver.& falſ.pœnit.cap.10.habetur ca. quem pœnitet.de pœniten. diſt.1.cap.1.de pœniten. diſt. 6.Bed.in Iacob. 5. confitemini alterutrum. At Bedam loqui de generali confeſsione venialium ( vt quam ſacerdos in principio miſſæ facit miniſtro laico)qua tolluntur venialia,probant Bonauen.& Scot.diſt.17.nam Bed.ſupponit vt notiſsimam, ſacramentalem confeſsionem fieri ſoli ſacerdoti , vt aduertunt D.Thomas,Durand.Soto.

n [n] Soto diſt.18.q.4.ar.1.Cano.quia Trident.ſeſſ. 14.can.10.& cap.omnis ait faciendam ſoli ſacerdoti ( nec laicus peccata audiens tenetur arcto ſigillo confeſsionis:communis contra Nauar. cap.8. num.7.de quo inf.ca.20.)idem Richard.Scot. diſt.

o [o] vt laicus peccata audita referat ſacerdoti ſuperuenienti nomine infirmi qui loquelam amiſit. 2. vt iuuet ad contritioně excitandam,& ad cõſilium aut reſtitutionem faciendã, Doctor ſup. Victor.§.131. Ledeſm. 2. part. quæſt. ſeptima. artic.3. Armi. abſolutio.§. 9. Nauarr. capit.21.nume.41. cap. ſecundo. nume. quarto. cap. 26. nu. 26.Mantius frat. Ambr. & multi Recent.3.vt in articu.mortis clericus abſoluat ab excommunicatione etiam reſeruata , aut conferat indulgentias. Nauar. capit. 27. num. 270. & refert alios. cap. vigeſimo ſexto. num. vigeſimo ſexto, & lib. de indulgent.not.30.num.nono.

pq [p] [q] Soto ſup. art. 1. concl. 3. Scot.diſtinct.17. Gabriel.quæſt.2.Turrecrem.in capit. quem pœnitet Nauar. capit. vigeſimo primo, num. 41.capit. vigeſimo ſexto. num. 26. in capit. primo. de pœnit.diſtinct.ſexta. num.79.cum Card.in cap. quem pœnitet.artic.ſeptimo.& tribuit Guidoni.

r [r] per cap. 1. de cleric. non ordo.miniſtr.Nauar. capit.vigeſimo ſeptimo,num.242,fin.Soto. diſtin. 18.1.4.ad.1.col. 6.diſt.25.quæſtio. 1. art.3.caſ.4. col. 8. Sylueſt. irreg. §. 12. ordin, 5. §. 8. At mere laicus ſic abſoluens non fit irregul.Paludan.diſt. decima ſeptima, quæſtio. tertia. 1. Victor. §. 131. cum Sylueſt.confeſſ.1.in princip.confeſſor.3.princip. Nauar. cap. vigeſimo ſecundo. num. ſeptimo.

s [s] infr.lib.de ordin.

t [t] in Matth. 16. Hieronym. Chryſoſtom. & alij citati capit.primo.R.

u [u] ſic loquitur Trident.ſeſsio.vigeſima tertia,capit.primo.
x [x] quod exaltat Chryſoſtom. libr.3. &.6.de ſacerd.

CAP.

## CAP. III.

REgnum cœlorum quod digno vſu clauium aperitur, tripliciter dicitur. 1. ſacra ſcriptura [a], & doctrina eccleſiæ, quæ docet fidem & bonos mores, quibus intrandum eſt in regnum cœlorum. 2. eccleſia militans [b] vocatur à Chriſto regnum cœlorum, quia extra illam nõ eſt ſalus nec via in cœlum, & quia ad imitationem cœleſtis Hieruſalẽ exemplata eſt. 3. regnũ cœleſtis beatitudinis [c], quod ſacerdos claue abſolutionis aperit peccatoribus, vt dictum eſt. & ſicut peccatum præcipue latet in corde, ita præcipuus actus & officium clauium eſt in occulto foro pœnitentiæ aperire cœlum. Ligat vero occulte ſacerdos, ſeu claudit cœlum dum in ſua culpa reum relinquit [d], vel damnat ad pœnam pœnitentiæ iniunctæ.

2 Circa regnum cœlorum primo & 2. modo, vſus clauium eſt pro foro exteriori extra ſacramentum pœnitentiæ: ſic enim Papa [e] (aut concilium) aperit, id eſt, declarat ſenſum ſacræ ſcripturæ [f], & cum autoritate prædicat fidem, ſtatuit leges morum & alia remedia ſalutis humanæ: eamque doctrinam Chriſtus in eccleſia confirmat miraculis: declarat ius naturale obſcurum, vt de animæ immortalitate [g]. & de quibuſdam contractibus [h]: Abſoluit ſuſpectum ab hæreſi, quando declarat illud dogma nondum fuiſſe definitum de fide, vel ab homine non fuiſſe aſſertum in ſenſu hæretico: declarat quoſdam eſſe vere ſanctos quos canonizat, & approbat religiones: quod pertinet ad legem morum & perfectionis exemplum.

3 Quantum ad regnum. 2. modo reſpectu eccleſiæ militantis: Pontif. per claues Matth. 18. datas abſoluit à cenſuris [i]: excommunicatus enim reducitur cum autoritate clauium in gremium eccleſiæ, & in participationem ſuffragiorum & miſſarum: ſic enim obediens & abſolutus diſponitur vt participet etiam ſacramenta cum fructu, per quæ liberetur à culpis: & per ſuffragia liberatur à pœnis, vt ſic intret in regnum cœlorum. 2. diſpenſat in impedimentis ordinis, vt expeditus intret in gradũ & dignitatem eccleſię. 3. per clauem indulgentiæ extra ſacramentum ſoluitur à pœnis: & dũ pœnitentia erat ſolennis [k], ſoluebatur cum autoritate fori externi, à pœnitentijs iniunctis iuxta rigidũ forum per canones pœnitentiales.

4 Similiter per eaſdem claues ligat. 1. cenſuris, impedimento irregularitatis ad ordines vel inhabilitatis ad beneficia: & pœnitẽtijs in foro etiam exteriori iniunctis. 2. quãtum ad regnum. 1. modo ligat Pontif. ſub pœna hæreſeos, vt omnes credãt definita dogmata fidei, quia fides eſt primum oſtium & fundamẽtum iuſtificationis, quo intrant regnum cœlorum. 3. Ligat legibus eccleſiaſticis [l] & præceptis morum, etiam ſub cenſura & pœna peccati. 4. ligat per ſententiam [m] qua dãnat, vel authẽtice declarat reum ipſo iure incurriſſe pœnas: 5. quæ cauſæ pertineant ad forum eccleſiæ [n]: de quibus omnibus dicetur ſuo loco [o].

a Math. 21. auferetur à vobis regnum. Luc. 11. væ vob. legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ. Matt. 23. ſup. Cathed. Moſi. & D. Th. in Mat. 3. & 13. appropinquabit regnum diſtinguit quadruplex regnũ cælo. Pagni. lib. 6. Iſag. c. 17. fi. lib. 15. c. 3. & 4. Dried. de eccleſia. dogm. li. 3. tract. 2. c. 1. ad med. Abulen. Matt. c. 12. q. 65. & cap. 18. q. 9. & 76. Ianſen. in concord. ca. 13. Beaux. harmon.

b Mat. 13. ſimile eſt regnũ cælorũ.

c ſic ſæpe in ſcriptura Matth. 5. ipſorum eſt regnũ cælorũ.

d ſup. lib. 1. de pœnit. c. 18.

e aduertit ſubtiliter Caiet. to. 1. trac. 3. de Rom. Põtif. capit. 5. plus ſignificare claues Mat. 16. quę promittũtur ſoli Petro: quam Ioan. 20. datã poteſtatem remittendi & retinendi: quia Papa ſupra cæteros epiſcopos habet illuminare aperiẽdo ſenſum ſcripturę, regere vniuerſalẽ eccleſiam, diſpenſare: qui actus non pertinent proprie ad iudiciũ, & tamen pertinent ad actũ aperiendi & ſoluendi. 2. Papa liberat animam purgatorij à pœnis facta applicatione theſauri per indulgẽtias & tamen non vtitur claue in non ſubditũ. at re uera omnes hi actus pertinent ad clauẽ ſuperioris, qua ſoluit vel ligat. & quod promiſſum eſt Petro nomine omnium, intelligitur & cæteris Apoſtolis & ſacerdotibus ſimul datũ, vt explicat Hiero. Chryſ. Theoph. Mat. 16. & bene Euſeb. emiſſ. ho. in natal. Petr. Aug. 1. de doctri. c. 17. 18. & ſæpe Greg. lib. 4. epiſt. 32. ſeu. c. 76. Bellar. li. 1. de Rom Pont. ca. 12.

f cit. A. quare Mat. 18. quodcunq; ligaueritis: ſubdit de poteſtate clauiũ, quæ etiam eſt in concilio ad declarandũ dogmata fidei, vbi fuerint duo vel tres cõgregati. & quod promiſit Mat. 16. Petro, explicat Luc. 22. rogaui pro te, ne deficiat fides tua. 1. doctrina vera, quã Papa proponit eccleſiæ: & impleuit Ioã. 21. Paſce oues. 1. doctrina, ſacramẽtis & exẽplo. vt patet ex patrũ vnanimi cõſenſu.

g Conc. Later. ſub Leo. 10. ſeſſ. 8. & definit immortalitatẽ animæ: & mũdum nõ fuiſſe ab æterno. propter quod Cano li. 12. de loc. c. vlt. con. 3. oppoſitũ dãnat erroris: & tñ id ſcitur rõe naturali.

h de contractu Montis pietatis idẽ conc. Later. ſeſſ. 10. de in de ſeſſ. 16. cõfirmat omnia & ſingula. quare errant q̃ negãt licere vt pbat Nau. c. 17. n. 213. Sarmeni. li. 7. ſelec. c. 3. Palac. lib. 3. de contract. c. 4. Med. C. de reſt. f. 153 Cord. lib. 4. q. 3. dub. 2. Baptiſ. Lup. de vſur. Cõment. 3. §. 3. nu. 80. & in comitijs Salmanticæ Soto Maior. Gallo epiſcopus & multi alij putãt certum. ſed Soto. lib. 6. iuſt. q. 1. art. 6. ad. 6. & in fin. non audet damnare Montes pietatis ſed putat quaſdam illorum conditiones eſſe ſuſpectas nec approbatas à concil. aut Pontifi. Moline. de vſur. nu. 583. defendit ratione vſurę licitę. 1. lucri. (ſic enim ſępe ſumit, eo lib. vſuram pro lucro.) cũ Gerſon. & alijs vnde errat Bernard. de Buſto. tract. de Monte piet. cuius. 31. argu. ſoluit Palac. Caiet. vero opuſ. contra Montem. piet. fecit anno. 1498. ante dictum concil. actum anno 1515. & Caiet. in ca. 15. ait Pontifices non approbaſſe omnia capitula Montis & in ſumma verbo. excom. c. 83. ait neſcio an excommunicationes concil. Later. ſint receptæ. & refert quaſdam: ſed omiſit hanc de Montepiet.

i ſup. ca. 1. §. 7. R. Matth. 18. datæ ſunt claues ad excommunicandum quodcunque ligaueritis. & ſubdit ſi eccleſiam non audierit. vbi Hiero. Hilar. Chryſ. Theoph. Doct. cum Magiſt. d. 19. D. Tho. add. q. 21. Bellar. inf. c. 12. 2. inde colligitur poteſtas ligandi legibus de quibus Mat. 23. alligant onera in humeros hominum. Luc. 13 qui vos audit me me audit Bellar. libr. 1. de Rom. Pontif. c. 13.

k ſup. lib. 2. de confeſſ. cap. 21. §. 6.

l ſup. H



l ſup. H.

m ſic ex Matth. 16. & 18. Trident. ſeſsio. 14. cap. 8. & can. 15. colligit claues ad ligandum per ſententiam confeſſarij.

n vt Trid. ſeſsio. 24. can. vlt. definit cauſas matrimonij pertinere ad forum eccleſiæ. de quo late Bellarm. lib. 3. de laicis cap. 17. 18. de matrim. cap. 32. Soto diſt. 29. quæſtion. 1. art. 4. Con. 2. par. ſponſ. capit. 7. §. 5. & 6. cap. 8. §. 12.

o inf. 2 lib. de poteſtate Papæ.

## CAP. IIII.

Claues late extendi ad iuriſdictionem, ſed differre ab illa.

*§. 1. Id Ioan. 20. explicari à quibuſdam ſimul de Bapt.*

*2 Proprie intelligitur de clauibus pro foro pænitentiæ.*

*3 Claues differunt à poteſtate offerendi ſacrificium.*

*4 Et à claue ſacerdotis legalis in vet. leg. quia virtus & effectus clauium vere mundat & iuſtificat.*

*5. 6. Differt à iuriſdictione, quæ phyſice non agit effectum realem.*

IN ſacerdote differt actus ordinis tantum, ab actu clauium qui eſt ordinis cum iuriſdictione admixta. 1. quidam Patres locum Ioann. 20. quorum remiſeritis: ſimul interpretantur de baptiſmo [a], per quem. 1. aperitur ianua cœli. ad ſacerdotem enim pertinet miniſtrare baptiſmum ſolenniter ex officio, & in Chriſto regenerare filios: & Pontifex promulgato euangelio obligat conſcientias [b] infidelium vt credant & baptizentur: ſed arctius ligat & compellit filios ex altero aut vtroque parente Chriſtiano, vt baptizentur [c]: & per clauem ſcientiæ diiudicat [d] qui habeant dignã diſpoſitionem ex adultis, vt admittantur ad baptiſmum.

2 At claues proprie Ioan. 20. conceſſæ, pertinent ad ſacramentum pœnitentiæ [e]: quod ſacerdos exer-

a Cyrill. lib. 12. in Ioan. capit. 56. & præmiſit ca. 55. quod Ioann. 20. generaliter data eſt poteſtas remittendi peccata per ſacramẽta. Chryſoſto. hom. 85. in Ioan. & lib. 3. de ſacerd. Hieronym. epiſt. 150. ad Edibiam. q. 9. Cyprian. epiſtol. 73. ad Iubaianum. & epiſt. 76. alias lib. primo. epiſt. 6. fin. Pacian. epiſtol. 3. ad Simpronian. to. 1. bibliot. Chryſoſtom. hom. 6. in. 2. Corinth. ad fin. ante morale. Bellarm. libr. 1. de pœnitentia. cap. 10. libr. 1. de Rom. Pontif. cap. 12. Iſidor. lib. 2. de officio eccleſ. capit. de baptiſ. fauet Auguſt. lib. tertio. de conſen. Euangel. cap. 25. dicens ſimilia eſſe verba Luc. vltim. (vbi tamen conſtat loqui de baptiſmo. & de ea pœnitentia. Act. 2. quæ fit ante baptiſmum.) quanuis melius Taper artic. tertio. probat ea verba non eſſe eadem, ſed diuerſo tempore prolata.

b Soto. diſt. 5. quæſt. vnic. ar. 10. Ledeſ. 1. par. quæſt. 9. art. 10. D. Thom. 2. 2. quæſtio. 10. art. 8. Bañes, artic. 10. Doct. 4. diſt. 4. Bonauent. Durand. quæſt. 6. Palud. quæſt. 4. Richard. diſt. 6. art. 3. quæſt. 1. Capreol. & Hiſpal. diſt. 5. quæſtio. vnic. Marſil. quæſt. 4. ſed non habet Papa vim coactiuam vt per pœnas compellat Paganos recipere fidem & baptiſmum. capit. maiores. de baptiſ. id enim noceret fini quo ſponte homo credere & profiteri religionem debet. hæreticus tamen ratione contractus quem profeſſus eſt in baptiſmo, compellitur pænis etiam mortis, credere integram fidem. At de paruulis iam morientibus quod liceat inuitis parentibus baptiſ. (quibus fere nil præiudicatur) affirmant non ſolum Scot. diſt. 4. quæſtio. vlt. Gabriel. quæſtio. vltim. Guillel. Pariſien. tract. de fide. idem de mente Diui Thomæ 3. part. quæſtio. 68. artic. decimo. ſequuntur Soto, & Ledeſm. artic. decimo, colũ. 5. & recent. contra Capreo. & Caietan. & falſo alij negant recipere verum bapt. vt Durand. Paludan. Marſil.

c d atque ita eſt quidam vſus clauium circa baptiſ.

e ſup. lib. 2. de pænitentia. cap. primo. §. 3. cap. 2. §. 1. commun. Patrum in Geneſ. 20. Turrian. in Clemen. libr. 6. conſti. Apoſto. cap. 12. citat. Dionyſ. Cypria. Ambr. Chryſoſt. Damaſ. & Claud. repet. 10. de euchariſt. cap. 1. citat Auguſt. Origen. Gregor. & omnes ſcholaſt. Taper articulo quinto Lindan. lib. 4. Panop. cap. 76. Vega lib. 13. in Trident. ca. 14. Bellar. lib. 1. de pænitentia, capit. 10. Triden. ſeſsio. 14. capit. primo. can. 3. 10. ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſſ. 23. cap. primo. & expreſſe can. 4. concil. Conſtant. ſeſſ. 15. & 18. Florent. in lit. vnion. & optime Auguſt. tract. 121. in Ioan. lib. 7. de bapt. c. 51. Pacian. epiſtol. 3. probat quia prius dixit Matth. 16. ædificabo eccleſiam. deinde dabo claues in ſubditos eccleſię, & Mat. 18. dic eccleſiæ. deinde, quodcunque ligaueritis. quod ponderat Pacian. ſup. & Auguſt. 20. ciuit. capit. 9. ex. 1. Corinth. 5. de his qui foris. & aiunt claues eſſe in præpoſitis eccleſiæ circa ſubditos. Hilar. in Matth. 18. Orige. homil. 14. Matth. hom. 24. Num. Beda. lib. 2. in Luc. cap. 6. Athan. orat in id Luc. 10. ite in caſtellum. & quanuis Cyril. & alij cit. A. extendant verba Ioan. 20. ad pænitentiam quæ fit non ſolum à baptizatis ſubditis, ſed ad eam quę fit ante baptiſmum (omnibus enim eſt prædicanda pænitentia) conſtat tamen baptiſmum conferri etiam à laico & pagano: ſed ſacramentum abſolutis à ſolo ſacerdote per claues: nec circa omnia peccata, ſed circa ſubditorum peccata quæ facta ſunt poſt baptiſmum.

f pro-

cet per modum iudicij [f] in eos qui ſuſcepto iam baptiſmo ſunt ſubditi eccleſiæ: & quos per claues excommunicare poteſt. Nam de ijs qui foris ſunt, id eſt, de nondum baptizatis. 1. Corinth. 5. nihil pertinet ad Prælatos eccleſiæ iudicare [g].

3. Poteſtate ſacerdotis ad conſecrandum & offerēdum ſacrificium miſſæ pro alijs eccleſiæ ſubditis, efficacius applicatur ſatisfactio pro pœna temporali, quam per claues indulgentiæ: non tamen pertinet ad actum clauium, [h], ſed ordinis tantum. 1. quia ſacrificium poteſt ſacerdos ſine vlla iuriſdictione offerre pro ſeipſo, cum tamen nemo vtatur immediate claue in ſeipſum: niſi forte dum PP. ſibi concedit indulgentias, & ſecum diſpenſat [i]. deinde quia per ſacrificium ſacerdos non libert alium à pœnis cum autoritate per modum iudicis: ſed eo modo quo vnus iuſtus ſatisfacit pro alio ſine vſu clauium, ex eo quod caritate vniuntur in vno corpore. Tandem quia per ſacrificium non abſoluitur pœnitens ab iniunctis pænitentijs, at abſolui poteſt per indulgentias.

4 Differt clauis Chriſti pro foro pænitentiæ, à clauibus quas in lege veteri aut naturæ dicuntur habuiſſe legales ſacerdotes [k], quādo nōdū aperta erat ianua regni cæleſtis: nec ſub hoc nomine ante legē euāgelij reperitur mentio regni cæleſtis [l]. nam Tribus Leuitica ſeu ſacerdotalis non habebat ſpiritualem poteſtatem ad conferendā gratiā [m]. homini attrito, aut ex opere operato: ſed tantū erāt viri deputati ad Dei cultū & ſacrificia animaliū offerēda, quibus nō poterat expiari peccatū. pro foro tamē exteriori habebat Pōtifex legalis clauem ſcientiæ [n] pro gubernatione, & interpretandis ſacris ſcripturis, & pro quibuſdam diſpenſationibus. Erat etiam tunc quædam vmbra excommunicationis [o] contra inobedientes, vt extra ſynagogam fierent. Virtus clauium in lege Chriſti extendit ſe non tantum vt abſolutum oſtendat, aut mūdatum à lepra peccati: ſed vere mūdat [p] attritum commutando pœnam æternam in temporalem: illi per claues cum Phyſica & inſtrumentali virtute ſacramenti [q] infunditur prima gratia: dum vero iuſtus abſoſoluitur, etiam à peccatis à quibus alias fuerat directe abſolutus, ſi adſit noua confeſſio, infunditur augmentum gratiæ, quæ de ſe nouo titulo [r] ſoluit à peccatis. deinde per claues quanuis homini attrito nō auferatur tota pœna tēporalis [s], multū tñ ex opere operato minuitur, iuxta qualitatē diſpoſitionis.

5 Differt clauis iuriſdictionis in foro pœnitentiæ à iuriſdictione fori externi, quia poteſtas abſoluendi confertur per viſibilem conſecrationem cum ſit poteſtas ordinis: ſed iuriſdictio ſuperadditur toti poteſtati ordinis [t]: & committi poteſt vel auferri etiam ab epiſcopis aut Papa ex cauſa. vtraq; eſt in intellectu [u]. iuriſdictio in paſtore vt epiſcopo eſt ordinaria & permanens, cum iure compellendi ſubditos, cui iuri reſpondet in ſubditis obligatio parendi. quidam putant hanc eſſe poteſtatem non tantum moralem, ſed phyſicam [x]: vt enim lucifer cum eſſet natura ſupremus Angelorū [y], habuit naturalem facultatem coercendi in reliquos, quam damnatus

f probat Bellar. lib. 1. ca. 13. & lib. 3. de confeſ. ca. 2. ex Patribus.

g dum Paganus baptizat, non vtitur clauibus in ſubditum: nec dū parochus baptizat infideles ſponte venientes. quia id non agit per modum iudicis ſuperioris, nec illi confitentur omnia peccata in particulari.

h communis. quia in cœna data eſt poteſtas celebrandi miſſam, antequā Ioan. 20. poteſtas clauiū. ſup. ca. 1. §. 3. G.

i hac enim iuriſdictiōe fauorabili poteſt Papa vti in ſeipſum Palud. 4. d. 38. q. 4. a. 4. Anchar. ca. Venerabilē. fin. de elect. Felin. c. 2. d̄ ſponſal. col. 8. c. 1. de cōſtitu. col. 4. Maiolus lib. 2. de irregul. ca. 4. fin. Nau. cap. placuit. de pœniten. d. 6. nu. 9. Sylu. ver. Papa. §. 4. confeſsio. 2. §. 6. confeſſor. 1. §. 2. & ſibi concedit indulgentias per modum ſuffragij & diſpēſationis: poteſt ſe ſoluere pœnitentijs iniunctis & votis D. Tho. add. q. 27. 4. ad 3. d. 19. q. 1. 3. 2. Bonau. ar. 3. q. 2. Gabr. ar. 3. dub. 3. Ledeſ. q. 29. art. 4. q. 32. art. 1. Rich. d. 20. art. 4. q. 3. Durand. q. 5. Palud. q. 4. Soto. d. 18. q. 4. art. 3. d. 21. q. 2. art. 4. Cord. lib. 5. q. 3. & q. 13. dub. 3. & q. 30. Med. C. de confeſſ. epiſcopus tamen aut Prȩlatus religionis non poteſt ſecum immediate diſpenſare in votis aut ieiunijs ſed debet id committere ſuo confeſſario & hic poteſt diſpenſare in omnibus in quibus epiſcopus diſpenſat cum ſubditis. Palud. d. 38. ſup. Sylueſt. votum. 4. §. 3. verſ. 11. Angel. votum. 4. §. 7. Roſel. votum. 5. nu. 2. Panor. cap. magnæ. de voto. Deci. conſ. 151. nu. 10. qui tamen id falſo negat etiam Papæ.

k ſup. lib. 2. pœnit. ca. 2. §. 1. D. Thom. add. q. 19. art. 1. Soto. d. 18. q. 1. art. 2. d. 20. q. 1. ar. 3. Ledeſ. q. 19. ar. 1. q. 21. ar. 1. Victor. relect. 1. & 2. de poteſtate eccleſ. Palac. d. 18. q. 1. p. 312. Bellar. 3. de pœnit. ca. 3. & 4. Lindan. lib. 4. Panop. ca. 3. & 6. (Soto. addit. diſt. 2. q. 2. a. 2. erroneum eſt dicere tunc fuiſſe ſacramentum ad delendum adulto attrito peccata. m.) D. Tho. opuſc. 20. de regim. Princip. lib. 1. ca. 15. Victor. de clau. §. 14. Duran. d. 19. q. 1. Bonau. d. 24. fin. (& ait, tunc dicebatur regnum ſacerdotale, quia ſacerdotes ſubdebantur Regi. nunc. 1. Petri. 2. regale ſacerdotium, quia poteſtas regia ſubditur ſacerdoti.) Taper. art. 3. Turrecrem. lib. 1. ca. 93. conc. 2. lib. 2, ca. 49. ad. 3. Sixt. lib. 6. bibli. ca. 202. cum Theoph. in Ioan. 8. item dum Patres de ſacerdotibus negāt remiſiſſe peccata (ſed oſtendiſſe remiſſa & mūdata à Deo) exponēdi ſunt de vet. electis de ſola Tribu Leuitica. (Exod. 28. Num. 18. Deut. 18. Ioſ. 13. Hebræ. 7. Vict. relect. 1. q. 3. nu. 5. relect. 2. q. 1. nu. 3. Ledeſ. q. 19. 1. Soto. d. 20. quæſt. ar. 3. ad fi.) nec tamen cum cęremonijs & ſacrificijs magis habebāt poteſtatem ad effectum ſupernaturalē quam ſacerdotes in ſtatu legis naturæ: electi à repub. aut rege: aut primogenitus ſucceſsione erat ſacerdos: vt probant Soto. Ledeſm. quæſtio. 20. art. 4. col. 4. fol. 306. Victor. relect. 1. q. 3. propoſ. 3. relec. 2. quæſtio. 1. num. 2.

l vt probat in Matt. 3. appropinquabit regnum cœlorum. D. Tho. & ſignificat. 1. 2. quæſt. 107. 1. ad ſecundum. quæſt. 114. 10. ad. 1. Soto. 2. de iuſt. quæſt. 8. a. 1. ad fin. ſentit Auguſt. 4. contra Fauſtum. cap. 2. & 18. de ciuit. capit. 11. Hierony. 1. contra Pelag. & epiſtol. ad Dardan. Chryſoſt hom. 4. in Marc. Theophyl. in Luc. 16. 17. & in Ioan. 13. Martin. lib. 8. hypot. capit. 6. & vide. cap. 3. & tamen ſub alijs nominibus quam regni cœlorum promiſſa eſt Patribus iuſtis in leg. vet. vita æterna. Sapient. 2. iuſti autem, vt probat Auguſt. 19. contra Fauſtum. capit. 2. & Martin.

m in ſola tamen circunciſione adultis etiam cum attritione dabatur gratia D. Tho. 3. par. quęſt. 62. 6. ad tertium. quæſtio. 70. 4. ad quintum. quod tandem fatetur Soto. diſtinct. 2. quæſtio. 1. artic. 4. circa argum. 5. fatetur Bellar. libr. 2. de ſacramentis. capit. 13. fin. ſed circunciſio non à ſacerdote tantum ſed à laico poterat applicari, vt nunc baptiſmus.

n Luc. 11. tuliſtis clauem ſcientiæ. & Matth. 23. habebant claues ferendi leges: ſed ita excedebant vt eſſent occaſio ruinæ & ignorantiæ: & ideo illis dicitur quod claudebant regnum Dei ante homines. Diuus Thomas addit. quæſtio. 19. 1. ad tertium. Palac. diſt. 18. quæſtio. 1. pag. 312. addit. Ledeſ. quæſtio. 19. art. 1. cum. D. Thom. ſup. quia habebant claues materiales templi, abſoluebant à quadam irregularitate (Hebr. 9. ad emundationem carnis.) qua impediebantur intrare templum ad offerenda ſacrificia. 2. ſacerdos ſecundum quoſd. per ſacrificia remittebat iuſtis pœnam temporalem ex operato vt nunc fit per ſacramentalia. (expellebantq; Dæmones vt nunc per exorciſmos. Matthæ. 12. filij veſtri in quo eijiunt.) quod ſignif. D. Thom. 4. diſtinct. prima. quæſtio. 2. 4. 2. ad ſecundum. & 1. 2. quæſt. 102. 3. c. ad primum, & ſecundum. artic. quinto ad quartum. Caietan. in Leuitic. 4. Soto libr. 2. iuſt. quæſt. quinta. art. ſecūdo. c. ad 1. Gallo, & quidam Recent. Bellar. libr. quarto, de pœnitentia, ſed ſacrificia non auferebant peccata mort. Hebræ. 10. Triden. ſeſſ. 22. capit. 1. ſeſſ. 23. cap. primo, & citat Hebr. 7. reprobatio fit prioris ſacerdotij Leuitici propter imbecillitatem, D. Thom. 1. 2. quæſt. 102. 5. ad quartum, quæſtio. 103. 2. Soto libr. 2. quæſtio. 3. art. 12. quæſtio. quinta. artic. tertio. Cano. libr. 12. de loc. capit. 13. ad. 9. Taper. artic. 16.

o ſic Ioann. 9. extra ſynagogam fieret: & capit. 12. & 16. abſque ſynagogis faciēt vos. & extra ciuitatem eijciebantur leproſi. Leuitic. 14. Numer. 5. imo & apud gentes reperitur veſtigium excommunicationis Plato. lib. nono, & decimo. de legibus, vbi Marſil. ficin. Cæſar. lib. ſexto. de bel. gall. Alexand. ab alex. libro tertio. genial. dier. capit. quinto. Tiraquel. libro primo, de vtroque retract. tit. primo. §. primo. gloſ. 9. num. 281. vbi tamen corrupte citat locum Cæſaris. Budæ. 2. annot. ſuper Pandect. ſic Adam ad modum excommunicationis prohibitus eſt ab eſu ligni ſcientiæ, & eiectus de paradiſo. & vocatur excommunicatus in capit. ad menſam. verſ. ſententia. 11. quæſtio. tertia. & in procem. tit. nono. part. prima. Ianſen. in concordan. capit. 78. Perez. l. 1. titu. quinto, libro octauo. ord. p. 180. vbi tranſcripſit relect. D. Vera in capit. ſententia. Paſtoris. 11. quæſt. tertia. quæ tamen ſubtracta eſt.

p Tridentin. ſeſsio. decima quarta. capit. ſexto, can. 9. Lateranen. capit. omnis. Conſtantienſ. & Florentin.

q ſup. de ſacrament. capit. decimo ſexto. & ſequent. quia ſacerdos cum charactere vt Chriſti inſtrumentum ait, ego te abſoluo à peccatis.

r ſup. lib. 1. de pœnit. capit. 12.

s Diuus Thomas, tertia part. quæſtio. 86. 4. ad. 3. addit. quæſtio. decima octaua, artic. 1. ad tertium, dicit attrito nunquam per abſolutionem tolli totam pœnam. Ledeſ. quæſtio. vigeſima. artic. ſecundo. Magiſt. diſtinctio. decima octaua. capit. ſeptimo. ibi Richard. art. primo. quæſtio. ſecunda. Taper. artic. ſexto. de quo ſine cauſa miratur. Soto. diſtinct. vigeſima, quæſtio. ſecunda, artic. primo. fin.

t commun. diſtinct. 17. vbi D. Thom. quæſtio. 3. tertio. quarta. diſtinct. 19. quæſtio. prima. tertio. 1. diſtinctio. 21. fin. & 2. 2. quæſt. 39. tertio. & quarto. & 4. cont. gentes. cap. 72. Bonau. diſt. 21. artic. 1. quæſtio. 2. c. & ad argumen. Durand. diſt. in. 19. quæſtio. 2. Tandem Paludan. diſtinctio. 17. quæſtio. 3. inclinat Soto. diſtinct. decima octaua. quæſtio. quarta. 2. Cano. de pæniten. part. quinta. Turrecremat. lib. primo. ſumm. cap. 96. 97. 98. Medin. tract. 2. de conf. quæſt. 39. fol. 87. Cou. 1. Var. capit. 10. num. 11. & citat alios, & id plane fatetur Caſtro lib. 2. de iuſt. hær. puni. cap. 21. & ex hoc explicandus eſt cap. 24.

u Viguer. capit. 16. §. 6. verſ. 10. ſicut character eſt in intellectu. 3. par. quęſt. 63. 4.

x vt poteſtas quæ eſt in Deo, & in Chriſto vt homo eſt per imperium morale agit phyſice. D. Thom. 3. part. quæſt. 13. 2. ita aiunt quod epiſcopus per poteſtatem iuriſdictionis (quę cum ipſo ordine ſeu conſecratione datur vt citatum eſt. cap. primo. E. L.) agit phyſice. licet ex indiſpoſitione hominis interdum impediatur effectus.

y Diuus Thomas, 1. part. quæſtio. 63. art. 7. dicit eſſe probabilius. imo eſt certum. Gregor. hom. 34. in Euang. libr. nono. Moral. cap. 2. lib. 32. capit. 34. lib. 34. cap. 25. probat ex Ezech. 28. 31. Eſai. 14. Aug. 1. de mir. ſcript. cap. 2. lib. 3. de gen. ad lit. cap. 10. lib. 11. ca. 19. (licet oppoſitum reputat non improbabile Chryſoſt. poſt Gen. ho. 3. & 5. de Adam & Eua. hom. 7. ad pop. dicit hunc Angelorum. 1. dici Sathahel.) Anſel. lib. cur Deus homo. ca. 1. Bernard. ſerm. 1. de Aduent. ſerm. de grad. humil. Iſido. 1. de ſumm. bon. cap. 10. 12. gloſ. ordin. ex Auguſt. in Pſalm. 103. draco iſte. & ante hos ſentit Dionyſi. capit. 2. diu. no. Tertullian. 2. contra Marcio. ad med. Catharin. in Geneſ. 3. commun. Theolog. cum Magiſt. ſecundo. diſtinct. ſext. Bonauent. Tarant. Richard. Gabriel. quæſtio. vlt. Durand. quæſtione prima. dicit communiter teneri Alexand. ſecunda part. quæſt. 109. m. 1. ar. ſecundo. Henric. quodlib. 11. quæſtio. 11. Bañes, Zumel. omnes Recent cum Diuo Thoma contra Damaſce. lib. 2. cap. 4.

amiſit circa beatos angelos natura inferiores.[z]) ita aiunt quod iuriſdictio in foro pœnitentiæ eſt realis poteſtas quę manet ad modum habitus, & cauſat reales effectus [a], vt dũ homo abſoluitur à peccatis, cẽſuris vel à pœnis per indulgẽtias: aut dũ per excommunicationẽ traditur ſathanæ, ſeparatus ab eccleſia & à participatione bonorũ communiũ eccleſiæ. Alij per extremum negant iuriſdictionẽ dici poteſtatẽ [b], vt quæ ad nutum cõmitti vel auferri poteſt: ſed eſſe applicationẽ materiæ [c], & conditionẽ neceſſariã, vt facta ſubditorũ applicatiõe poſſit ſacerdos agere in illos ex poteſtate clauium. At vtrunq; extremũ vitandũ eſt, & eo modo qui ſequitur, cenſendum eſt.

26 Duplex eſt iuriſdictio [d]. 1. ordinaria, quæ iure diuino aut iure communi eccleſiaſtico cõfertur. 2. delegata ex cõmiſſione. Sane hęc. 2. nõ videtur entitas Phyſica & realis ſuper addita [e]: & regularis ſacerdos, cui delegatur iuriſdictio miniſtrãdi ſacramẽta, nõ põt ſubditos epi cõpellere ad illa recipiẽda. ſic poteſtas delegata ordinis qua ſacerdos ex cõmiſſione ſolius PP. cõfirmat, aut cõfert ordines minores, nõ eſt qualitas realis ſuperaddita: poteſtas tamẽ ordinaria epiſcopi eſt realis character, qui per conſecrationẽ perficitur in epiſcopo. deinde ordinaria iuriſdictio nõ eſt ſola applicatio materię facta ab ipſis ſubditis: ſed eſt dicenda poteſtas [f] data per Chr̃m aut per Pontif. Prælatis inferioribus. Nõ tamẽ oportet vt ſit noua qualitas realis, cũ poſſit abſq; reali mutatione hominis cõferri ei qui fit parochus, & ab illo renũciãte, aut priuato per culpã, auferri: ſatis eſt, vt ſit poteſtas quędã moralis [g], qualis eſt in rege circa rempublicam, & in viro circa vxorẽ filios & mancipia: qui poteſt iure eos cõpellere, & vti illorũ miniſterio: cũ tamẽ mortua vxore filio & ſeruo non perdat vir vllã poteſtatem, quæ ſit qualitas, ſed ex relatione obligationis quã ſubditus deſinit habere per mortẽ, ceſſat moralis poteſtas hominis in eum qui ſubditus fuerat. Nã & poteſtas faciẽdi miracula & prophetandi data Apoſtolis, nõ erat qualitas permanens [h] ſuperaddita. nec ſola iuriſdictio effectiue cauſat reales effectus [i], ſed gratia in foro pœnitentiæ confertur per claues & poteſtatẽ ordinis, ſi modo adſit iuriſdictio. & tamen iuriſdictio etiam in foro pœnitẽtiæ eſt in epiſcopo nondum ſacris initiato, [k] qui tamen per ſeipſum abſoluere non poteſt à peccatis.

## CAP. V.

### Quo iure epiſcopis aut parochis conferatur iuriſdictio.

*§.2. Opinio aſſerentium iure diuino conferri epiſcopis.*
3 *Et omni ſacerdoti conferri iuriſdictionem in habitu.*
4 *Et in primitiua eccleſia etiam in actu: & manere nunc in 4. caſibus.*
5 *Apoſtoli receperunt immediate à Chriſto. inſtitutio epiſcoporum in communi eſt de iure & præcepto Chriſti. (de quo & §.7.) ſed iuriſdictio deriuatur à Papa in epiſcopos, & §.9. & in Concil.*
6 *Papa in iuriſdictione excellit epõs.*
8 *De parochorum iuriſdictione.*
10 *Quomodo ſententiæ concordari poſſint.*

C A P. V.

CHriſtus ſecundum poteſtatem ſingularem excellentiæ habuit claues, vt cap. 2. dictum eſt. & potuit ſine ſacramento illis vti pro voluntate ſua. habuit pluſquam regalem poteſtatem gubernandi Orbem, cui tanquam legiſlatori tenentur omnes obedire [a]: & quia finis legis eſt. Rom. 12. abrogauit & tranſtulit veterem legem, Hebræ. 7. has claues immediate quibuſdam cõmunicat Chriſtus, vt dicetur. §. 6. Quo iure conferatur iuriſdictio epiſcopis non ſatis conſtat apud Doct. 1. conſecratio epiſcopi, quę ptinet vt pars ad ordinis poteſtatem ſuperadditã ſacerdoti, eſt de iure diuino: vt lib. de ordin. dicetur. nam totum ordinis ſacramentum, & miniſter effectuſque illius, eſt certus & immutabilis. deinde ſiquis plene & ſine impedimento gerat paſtoris officium, debet in vtroque foro habere iuriſdictionem in proprias oues, ſine qua eas gubernare debite non poteſt.

z D.Tho.quolib.5.art.7.ad.1.communis recent. quod ſine cauſa negat Bañes.1.part.quæſtio.10.

a quia non ſolum ſacramentum, ſed ſacerdos per characterem cum iuriſdictione concurrit actiue ad gratiam ſup. de ſacramentis. cap. 28.

b c Soto diſt.20.q.1.1. & idem fere Caietan. tom. 1. tract. 3. de Rom. Pontif. capit. 5. cui fauet D. Thom. diſt. 18. quæſtio. 1.1.1. ad ſecũdum, tenet Palac. queſt. 1. ad fin. ſed loquitur de iuriſdictione delegata quæ ad nutum committitur vel aufertur voce aut ſcripto.

d Trident. ſeſſio. 14. capit. 7. paſſim Doctor.

e de qua D.Thom. diſtinctio. 17. ſup.

f Caietan. de primatu Rom. eccleſ. cap. 5. Ferr. 4. cont. cap. 72. Viguer. cap. 16. §.6. verſ.12. Turrecrem. libr. 1. cap. 95. ad 2. cont. decimam concl. cap. 96. cõc. 6. & 8. vbi vocant clauem, ipſam iuriſdictio. (quia eſt poteſtas, ſup. cap. 1. §. 7. B.) & ſic vocat D. Thomas, diſtinc. 20. quæſtio. vnic. artic. tertio. ſecundo ad primum, & in Rom. 13. de hac iuriſdictio. exponit, non eſt poteſtas niſi à Deo. ſic diaconus per characterem habet poteſtatẽ non ad nouum effectum ſupernaturalẽ, ſed vt digne miniſtret.

g In quo fere conueniunt omnes: ſic Prætor creatus habet poteſtatem moralem. hoc ſignificat Nauar. infr. dum ait cũ ordinatione dari iuriſdictionem in habitu. Caſtro 2. de iuſt. hæretic. puni. capit. 24. falſo addit in epõ quando eſt nominatim denuntiatus, manere poteſtatẽ iuriſdictionis, ſed non vſum. inf. ca. 5. E.

h D.Tho. 2.2.q.178. & de prophetia. quęſtio. 171. a. 2.

i dum excõmunicat, & tradit ſathanæ, aut expellit Dæmonẽ exorciſta: non agit phyſice, ſed poteſtate morali.

k ſup. capit. primo. §.3.M.

a Triden. ſeſſione ſexta. cano. vigeſimo primo. infr. libr. de clauibus. & legib. quod alieno loco inſeruit. Suar. tertia part. quæſtione vigeſima ſecunda. primo. dub. 47.

b Tenent



2 Quidã opinantur in homine eo ipſo quod ſit à pontifice electus & confirmatus in epiſcopũ certę diœceſis, conſequi iuriſdictionem quaſi connaturalem proprietatem iure diuino datam à Chriſto [b]: atque ita huic epiſcopo iuriſdictionem Chriſtum immediatione ſuppoſiti concedere. At Papa, dum epiſcopo determinat territorium & oues dicens, præficimus, N. in talem eccleſiam, non agit propria autoritate, ſed vt miniſter & inſtrumentum liberum Chriſti, qui dignitatem epiſcopalem inſtituit perfectam, nempe cum poteſtate ordinis & iuriſdictionis. & vt Chriſtus immediate dedit vtranq; Apoſtolis multis, ita nunc vtranq; confert epiſcopis, quos inſtituit etiã multos in eccleſijs ſuis: nã perfectũ agens dum dat formam, ex conſequẽti dat effectum & proprietatem, quæ infallibili neceſſitate conſequitur formam, niſi ſit impedimentum: impeditur autem ſi priuetur epiſcopus aut renunciet: vt ex obice impeditur quidam effectus ſacramentorum. nam Papa licet agat per propriam formam [c] vt liberum inſtrumentum dum confert iuriſdictionem epiſcopis, nihil de ſua cumulatiua iuriſdictione amittit: vt dum Papa conſecrat epiſcopum, aut ordinat alios miniſtros, agit per propriã formam, & tamen vt inſtrumẽtum Chriſti, quia nihil amittit; & oportet ordinatorem habere ordinẽ quẽ alijs confert: epiſcopus enim per ſaltum ordinatus nõ poteſt conferre ordinem quẽ non habet. reliqua tamẽ ſacramenta cõfert miniſter etiã ille qui nunquam illa receperat, vt baptiſmũ, extremã vnctionẽ, &c. Similiter humanitas Chriſti habet gratiã, & eam confert non vt cauſa principalis, ſed vt inſtrumentũ Verbi coniunctum. Et tamen hanc epiſcoporũ iuriſdict. voluit Chr̃s ſubordinatã eſſe Papæ, & ab illo reſtringi poſſe, vt de facto reſtringit [d]. & ex cauſa criminis epiſcopũ tota iuriſdictione priuare poſſet [e]: quaſi à Papa pendeat vt à cauſa vniuerſali nõ tãtum in fieri ſed in conſeruari. [f] ſimiliter aiunt in concilijs generalibus autoritatẽ infallibiliter definiẽdi res fidei, ſeu declarandi, non eſſe delegatã à Papa, tanquam humanã ab homine (ſed dari à Chr̃o Matth. 18. vbi fuerint duo vel tres cõgregati. quod definit cõc. Conſtantiẽſ. [g]) dici autẽ pendere à concordi. Patrũ congregatorũ volũtate [h]: quia hęc eſt cõditio requiſita, & quia ſpiritus ſanctus mouet Pr̃es vt maior pars cõcordet in vera ſententia. in ea iuriſdict. aiũt epõs dici Apoſtolis ſuccedere [i]: & tamen excellũt Apoſtoli, quibus immediate Chr̃s ex priuilegio conceſſit vniuerſalẽ iuriſdictionem in totũ orbẽ Petro æqualẽ, vt paſcerent doctrina, ſacramẽtis & legibus poſitis omne genus hominũ: ſed illorũ iuriſdictionẽ voluit Chriſtus Petro tanquam Apoſtolorum capiti eſſe ſubordinatam. Quidam addũt [k] parochorũ iuriſdictionẽ ſimiliter eſſe de iure diuino, cum ſint ordinarij Paſtores ſuarum ouium.

b Nauar. & Cordub. ſi Hiſpanus ſtatim arripiat iter Romam vt abſoluatur, non poteſt ratione temporis duorum menſium quod in itinere conſumet, abſolui ab epiſcopo. ſi tamen non poteſt intra bimeſtre proficiſci, poſſet epiſcopus ſic impeditum abſoluere cum onere. nam ſi iam arripit iter ad Principem cõſtituitur ſub illius protectione Sylu.appellatio.§.15. Angel. §.16.cum Bart.& Panor. quare non cenſetur impeditus. Reſp. dici impeditum vt ab epiſcopo indirecte à cenſura abſoluatur cum onere: propter pericula itineris terræ aut maris. per hoc enim nihil prȩiudicatur iuriſdictioni Papæ, cui ſe præſentare tenetur.

c ſup.c.9.§.6.N. contra Nauar.

d Quia ius non imponit onus adeundi eos qui tenent vicem Papæ, ſed Papam propter reuerentiam ei debitã cõtra Nauar.c.27.nu.89.& Cordub.caſ.18. ſicut non tenetur recurrere ad cõfeſſarium, qui ex priuilegio Papæ haberet eam facultatem pro occulto foro cõſcientiæ. ſic epiſcopus cum paupere diſpẽſare poteſt in impedimento occulto matrimonij contracti, quando non poteſt adire Papam (quia ratio & DD. id ei tribuunt) quanuis ſine cauſa Nauar.c.22.nu.86. negat, ſi poſſet adire Nuntium.

e Vt in c.mulieres. de ſent. excomm. expreſſum eſt. & ita limitandus eſt Naua.

f Nauar.capit.27. numer.89.ad.1. cum Felin. & Dominic.capit.quanuis de ſent. excommunic.in.6. Panormit.cap.de cætero.eod.titu. Angel.abſolutio 3.§.17. Margar.confeſ. fol.140. ſignificat Couar. cap.alma.1.p.§.11. nu.15.fin. & id probant rationes Cordub.lib.1.qq. quæſt. 11. principio. Alciat. Carre. numer.72. Perez.leg.3.titu.4. lib.8.ordin. pag.86. fauet Simanc.de catho.inſtit.capit.25.numero tertio. impeditos abſoluit epiſcopus indirecte à caſu publico in cœna Domini (præſertim cum iam caſus in cœna ſint perpetui & ſimiles excommunicationis iuris. vt ait Nau.n.74.) Nec id negat Sylu.abſolu.4.§.4,n.7 fin. imo expreſſe aſſerit n.3. verſ.3.& corrigenda eſt litera ver. excom.8.§.8. ſignif.verb.apoſtata.nu.11.cum Ang.exemptus.§.6.

quod



2 Quod ſi Pontif. [g] quoſdam caſus ita reſeruat vt prohibeat omnino abſolui per bullam aut iubilæum, vt de ijs qui ſunt cauſæ alieni [h] aborſus, ſiue iuuent ope & conſilio, vt cauſa ſecũdaria, ſiue imperio & vi vt principalis cauſa [i], & ſocius aut cõſocius, aut ſcribẽdo literas: ſolet tamen per ſequentẽ iubilæum tãquam benignus Pater indulgere, & generali fauore concedere abſolutionem [k]. à quo caſu vetat epiſcopos abſoluere directe per generalem facultatem Conci. Trid. ſeſſ. 24.c.6. præter quam in articulo mortis, vbi ſit directa abſolutio. Nõ tamen videtur intendere quin pro facultate expreſſa in iure communi poſsit epiſcopus impeditos, vt incurabiles aut moniales pauperes abſoluere indirecte cum cautione iuris, aut iuratoria: alias cum non teneantur mittere procuratorem. ſup.ca.9.§.6. nec poſsint ob paupertatem, iacerent per totam vitam in peccato & excommunicatione cum ſcãdalo ſecuto, ex eo quod non recipiunt ſacramenta conſueta, prȩſertim tempore præcepti: nec audiunt miſſas aut horas debitas in choro.

3 Similiter vetat Pontifi. [l] abſolui per bullã iubilæũ, vel ab epiſcopo per Conc. Triden. aut per Mare magnum, etiam regulares, præterquam in articulo mortis: ſi quis Prælatus ſcienter ordinet inhabilẽ vel irregularem tã ſecularem quam regularem etiam militiæ [m]: aut extra tempora vel abſque veris dimiſſorijs ſui ordinarij: & per ſaltum aut furtiue. & quoad ſeculares [n] ſi ordinetur ſine titulo ſufficientis [o] beneficij aut patrimonij: aut ante ætatem [p] à Concilio Tridentino præſcriptam etiam primæ tonſuræ: aut non ſeruatis temporum interſtitijs: aut ſi plures ſacros vno die receperit [q], aut continuatis

quod epiſcopus poteſt regularem exemplum abſoluere vt à percuſsione clerici, ita ab alijs caſibus ſi modo prælatus eum epiſcopo ſubijciat. Nihil nocet iuriſdictioni Papæ quod epiſcopus abſoluat ſub eo onere & cautione iuris iuratoria. ſi tamen impedimentum ſit perpetuũ, nõ requirit cautio iuratoria præſentandi ſe, vt ſi reus ſit incurabilis: ſed addit Sylu. abſolutio.4.nu.3. verſ.vl. ſi hic etiam per miraculum conualeſcat, tenetur ſe præſentare. add. Naua.n.89. etiam Hiſpa. contr. Sylu. ſup. ab impubere qui ſic abſoluitur à caſu Papæ per epiſcopũ, nõ exigi cautionem iuratoriã. At falſo, quia puer nõ excipitur in c.quanuis.

g Sixtus.V.conſtitu.anno.88.contra procurantes & conſulentes aborſum. monet ſeruandam ad literam. Fr.Manuel in expoſit.bullæ.§.9.n.90. At viri docti temperant rigorem.

h Pont.in tit.loquitur generaliter, & in pœnis temporalibus vt puniantur tanquam homicidæ (quia pro foro exteriori præſumit iniuſtitiam) includit expreſſe etiã prȩgnantẽ quæ aborſum procurauit, ſed addens ſpiritualem excom. pro iniuria contra iuſtitiam, non meminit prægnantis: ne cogat prodere ſe quæ forte ad vitandum graue periculum infamiȩ abortijt: aut ſi fœmina tantum ſit paſſa, quãuis culpabiliter, nõ fecit contra iuſtitiam. (vid.Nau.c.24.n.19. vt clericus qui ſponte patitur ſe ab alio percuti non incurrit excom.) quia nemo patitur iniuſtum volens (vt probat D. Tho.2.2.q.59.ar.3.cum Ariſt.5.Ethic.) & iniuriæ prolis (quæ eſt pars matris) cedit mater quanuis culpabiliter. & interdum infirma pro conſeruanda vita poteſt medicamine expellere fœtum inanimatum, Nauar.c.15.n.14.cum mult. Syluest. medicus.§.4.Armi.aborſus.§.2.cum Auto.3.p.tit.7.c.2.§.2.Couar.Clem. ſi furioſ. 2.p.§.3.nu.1.fin. cum Socin.& Felin. Sic qui iure quodam defenſionis clericum deprehenſum cum matre, ſorore, aut vxore occidit, ſacrilegus eſt: ſed non ſit obnoxius excom. aut reſtitutioni, Nauar.c.27.nu.82. nec qui ex metu remigat in Galeis Maurorum contra Chriſtianos. Nauar.c.27.n.63.fin. ita prægnantem non intendit excommunicare Pont. cum nõ expreſſerit. ſimile eſt. 1. clericus qui ſolicitat in cõfeſsione non excommunicatur, ſed fȩmina ſic inducta ſi non denuntiet. 2. filius qui cum alieno ſocio ſuffuratus eſt rem patris pro qua lata eſt excõmunicatio, non incurrit, quanuis ſit principalis (vt ait Sot.lib.5.iuſt. q.3.a.1.c.ſi.Sylu.excom.2.n.1.&.§.1.caſ.14.Perez l.1.tit.5.lib.8.ord.pag.176.Pet.Nau.li.3.de reſtit. c.1.n.81.fin. ſentit Naua. c.27.n.11.fi. & Recen.) & tamen ſocius niſi reſtituat aut manifeſtet incurrit.

i Ex hoc verbo conſtitu. quidam riguroſe ſupplendum putant, (qui vt principales fecerunt) & tunc ſubditur, aut conſilium derũt. At in noua odioſa & exorbitãte conſtit. eſt reſtringendum quantum patitur proprietas verborũ. vt in ſimili Nauar.c.27.nu.65.fin. & n.249.de Sodomita. & in comment.extrau.de datis pro gratia.n.41.

k Ita re conſulta explicuit commiſſarius cruc. poſſe per bullam cruc. poſteriorem anni.90. abſolui: quia habet clauſul. generaliter derogatoriã. & ipſe habet à Papa facultatem interpretandi dubia, & derogandi priuileg. contrarijs: cum temperamento & diſpenſatione quadam. Gregor. XIIII. anno.91. conceſsit in iubilæo.

l Idem Sixtus. V. proprio motu anno.88.

m Cum tamen ordo militaris non comprehenderetur, niſi fieret de illo expreſſa mentio, vt ſit in Trid.ſeſſ.25.de reg.c.22.

n o Iuxta Trid.ſeſ.21. c.2. dicit beneficium quod ſibi ad vitam honeſte ſufficiat. & tamẽ beneficium tenue ſatis eſt, vt acquirat domiciliũ ratione cuius ordinetur ab epiſcopo eius domicilij, vt ait Nauar.lib.de orat.

p Loquitur de ſecularibus tantum quia quidam regulares habent confirmatum poſt Concil. Trident. priuileg. de ſupplem. ætatis: & fruuntur pro foro conſcientiæ priuilegijs per Triden. derogatis. vt conceſsit Pius.V. ſupra capit.6. R.

q Sic quidam Mendicantes ex priuileg. duos ſacros ordines recipiebant vno die per priuil. Eugen. IIII. (vt D. Epipha. vno die creatus eſt diaconus presbyter, & ſimul epiſcopus vt refert Metaphraſt. in vita eius) vtrique priuileg. derogat Triden.ſeſſ. 23.c.12.13. vid. Maiol.de irreg.lib.4.cap.9.&.11. Nau.c.25.n.71.c.27.n.241. ſolet vero procurator ordinis quolibet anno petere confirmationem priuilegiorũ à Papa, refert Nau.add.Hiſp.c.27.n.54. ex comp.Mendic.verb.abſolut. quoad fratres.§.12.

r [r] Quia ſi continuato ieiunio in ſabbatho.4.temporum vſque ad dominicam,cõferantur ordines in dominica cenſentur vno die conferri. inf.lib.de ordine. [s] Propterea Pontif.in multis exceptos voluit eſſe regulares, quia habere ſolent priuilegium Papæ, cui nõ derogat.

& tamen diſt.18.q.2.ar.5.col.17. permittit occulto excommunicato,vt celebret abſque abſolutione excommunicationis & peccati. ſimiliter Victor.§. 149.alias.162.Ledeſ.q.8.ar.2.dub.3. poſt.7.conc. Angles.p.292.Cano relect.p.5.de quo inf.c.12. M.

t [t] Ex diſpenſatione epiſcopi aut prælati poſſet miniſtrare in ordinibus prius rite ſuſceptis,vt colligitur ex Naua. c.25.nu.70. c.27.n.241.

u [u] Ob id quidam putant non reſeruari abſolutionem criminis (quia Papa nunquam reſeruat niſi ratione excõmunicationis.inf.c.14. Anton. Nauar.) ſed reſeruari abſolutionem ſuſpenſionis, aut diſpenſationem irregul.

r diebus [r]. ſine diſpenſatione aut
s indulto Apoſtolico [s]. & ſic ordinatus ſuſpenditur ne miniſtret in
t ſuſceptis [t]; nec aſcendat ad ſuperiores ordines. Hunc tamen caſum Papa non reſeruat ratione excom-
u municationis [u], vt ſolet reliquos, contentus cenſura ſuſpenſionis à qua prohibet abſoluere. quidam tamen ſine cauſa excipiunt nullo modo poſſe epiſcopum indi-
x recte abſoluere à caſibus cœnæ [x].

4 Rarius contingit vt quis ſit impeditus adire epiſcopum: quia propinquior eſſe ſolet: & tamen quia fortior ratio concedit parocho caſus epiſcopi quàm Papæ, ſatis col-
y ligitur eodem iure [y] quod impeditus adire epiſcopum pro abſolutione reſeruatæ excommunicationis aut alterius caſus,poſsit abſolui
z à parocho [z]. ita enim rationabiliter præſumitur epiſcopi volun-
a tas [a]: ſed cum onere & modo ſe præſentandi epiſcopo, quia ius generaliter illud ſtatuit, vt vitetur pe-
b riculum animarum [b], ſi abſolutio homini impedito differretur.

5 Facilior cauſa ſatis eſt vt caſus abſque excommunicatione reſeruatus cenſeatur committi inferiori,
cd dum abeſt ſuperior, vt ſtatim dicitur [c]. nec id aufert Conc. Trid. [d] ſeſſ.14.cap.7.ſi quis tamen ad inſtantiam partis incurrit excommunicationem reſeruatam Papę aut epiſcopo, & abſolutus ad reincidentiam propter impedimentum præſtet ſatisfactionem realem parti, vel cum ea concordauerit, ante tempus reincidentiæ, hic non tenetur amplius
e ſe præſentare ſuperiori [e]. quia iudex ſic excommunicans non vult tenere ligatum,niſi quantum expe-
f dit in fauorem partis [f]. pœnitens in reliquis abſolutus ob impedimẽtum,iuxta cap.eos qui.(niſi ceſſante impedimento ſe præſentet ſuperiori) aut abſolutus per iudicem dato termino: intra quem ſi manet ſine partis ſatisfactione & concor-
g dia, reincidit [g]: ob eam nouam

M. Hi tamen nõ intendũt negare abſolutionẽ excom. quam plane cõcedit c.eos qui. dũ quis impeditus eſt, citra articulum mortis.

a [a] Non ex ratihabitione de futuro, quę non prodeſt Naua.c. 9.nu.5. cum Palud. d.17. q.3.fin.Gab. q.2.du.2. Soto.d.18.q.4. a.3. ſed quia dũ Papa vel epiſcopus reſeruat, ineſt ea tacita conditio & conceſsio (quæ videtur iure ipſo explicari) & adeſt tacita ratihabitio de præſenti,quæ ſatis eſt,vt aiunt prædicti, & Syl.confeſſor.1.§.6.verſ.vlt.&.§.15. Soto.Nauar.

x At tutius eſt vtrumque reſeruari. [x] Cordu.caſ. 18.cum Innoc.Anchar.Card. Abb.Rauena. (quos citat Nauar.contra ſe add. Hiſpa.c.27.nu.89.) videtur Anton.3.p.tit.24. c.47.fin. ſed falſo citatur Sylu.abſolutio.1.n.8.abſolutio.4.§.4.fin.& magis excommunic.8.§.8.&.9. (vbi corrigenda eſt litera mendoſa) videtur Tabien.excommun.5.caſ.40.facit Soto.d.22.q.2.ar.vlt.verſ.demum. At interpretandi ſunt, quod epiſcopus nõ poteſt directe & proprio iure abſoluere à caſibus cœnæ non occultis: ſecus indirecte & cum onere quando vrget periculum aut impedimentum.
y [y] c.de cætero.de ſent.
z excommun.c. eos qui.eod.tit.lib.6. [z] Sup.cap 9. §.6.N. & tenet Angel.confeſsio.1.§.19. confeſ.5. §.10.cum Monal.& ibi add.cum ſupple. confeſſor. 1.§.4.& Roder. Richard.diſt.18.art.9.q.4. Angles flor.Theolog.p.294. colligitur ex Medin.de conf. q. 22. de confeſsione ab excommunicato facta fin. ſentiunt D.Thom.d.17.q.3.4.2.ad.4.ſeu add.q.9. a.2.ad.4.quia nec ipſi, nec Alexan.Palud. Gerſon, diſtinguunt an reſeruatum careat excommunicatione. Nauar.c.9.nu.6. vid.Palac.d.17.q.9.& Fr. Ambro.Sylueſt.abſolutio.4.nu.5.cum Rain. abſolutio.3.fin.Cord.caſ.18.&.11.& Soto.diſt.22.q.2. art.3.quanuis trepidat & dicit ſtandum eſſe conſuetudini. Dum vero alij negant parochum abſente ſuperiore abſoluere à reſeruato habente excomm. ſunt pie exponendi,ne poſsit directe (vt poteſt directe in artic.mortis)ita Soto.d.12.q.1.ar.4.ad fin.

b [b] c.fin.de pœnitent.& remiſ.c.mulieres.c.ſacro.de
c ſent.excom.vbi Gloſ.& citant alia iura. [c] Inf.c.
d 13.&.15. [d] Dum Triden. ait extra quem mort. artic. ſacerdotes nihil poſſe, intelligitur directe & proprio iure.ſecus indirecte ex tacita commiſsione. vt ait Nauar.de epiſcopo circa caſus Papæ. c.27.n.
e 89.&.111.per cap.eos qui. [e] Bene Nauar.edit.
f vlt.c.26.nu.27. [f] Soto.lib.5.iuſtit.q.3.1.c.fin. & alij cit.lit.H.ad fin.Syl.vterque Naua. & Perez. quanuis oppoſitum in aliquo ſignificant Cord.caſ. 176. Fr.Lud.Lopez.2.par. inſtruct.cap.12.fin.
g [g] Sup.cap.9.§.5.M. Couarr.c.Alma. 1.par.§.11. num.6.Gregor.l.26.titul.9. par.1. in duplici caſu reincidit. 1. ipſo iure per capit.eos qui. 2. quando ſuperior (vt Papa aut Legatus) reum à ſe abſolutum remittit,vt ſe præſentet ſuo ordinario aut alteri,& ad arbitrium eius ſatisfaciat. Nauarr.capit. 27.num. 113. &. 46. Tabien. excommunic. Caietan. excommunicat. capit. 69. Angel. abſolutio. 3. §. 16. cum Rota. 2. reincidentia reſeruatur ei cui prima excommunicatio. Nauarr. Syluest. excommunicat.ſecund.not.1. Caietan. Armil.3.falſo Palud. diſt.18.quæſt.3.§.ſequitur. Anton.Syluest. §.7.adduxt abſolutum per quemcunque confeſſarium cum dicto onere, reincidere.quod bene reprobat Nauar. c.27.nu.113. Soto.diſt.22.q.2. ar.3.& Recent. atque ita per bullam cruciatæ non poteſt abſolui



abſolui ad reincidentiam.Couar.ſup. Cord.caſ.20. vid.Nauar.cap.27.nu.11.15.46.89.111. item. 4. obligatus præſentari Papæ,ſi accepta bulla Cruc. aut iubilæo abſoluatur directe à confeſſario, non
h tenetur adire Papam. [h] Hinc quidam inferunt, quod qui inculpate non ſoluit in termino, quia non poteſt non reincidit. Bañes. Almonacir. frat. Ferdi. Paez. p quo multa affert Couar. Vt in artic. mortis aut ob aliud impedimentum per cap. eos qui. abſolutus nõ reincidit in conſcientia, niſi negligat adire ſuperiorẽ. Reſpon. cum Couar. ſup. qui non ſoluit, reincedere: quia abſolutio data ſub conditione, fuit quaſi ſuſpẽſio excommunicationis ad tempus: ſicut ſuſpenditur interdictũ, & iterũ ponitur ex ſola veteri culpa.

[o] Soto.diſtin.18.quæſt.2.artic.quinto.Nau. cap. 26.num.28.cap.27.num.269.§.2. Cano. propendet magis relect.de pœniten.part.5.Medin. de confeſſ.fol.53. Abulenſ. Matth.16.quæſt.49.col.8.q. 79.ad tertium.Maior.4.diſt.14.Ledeſ.2.par.q.8.a. 4. quæſt. 9. art. 5. dub. 7. frat. Medin.lib.2.ca. 8.&. 19.Pedraza.capit. 7. ſed limitandi ſunt quando infirmus nullum ſignum peccati aut pœnitentiæ dedit. atque ita Manualia quæ dicunt abſoluendum infirmum: loquũtur quãdo dedit ſignum peccati.

h inobedientiæ culpam [h].

6 Qui in mortis articulo ex multis & grauibus quæ habet, confitetur tantum vnum etiam veniale,ſa-
i tis eſt vt abſoluatur [i]: imo ſi confeſſarius videt periclitari infirmũ, audito primo peccato ſtatim abſol-
k uat [k], ne forte abſque abſolutione decedat: deinde audiat reliqua peccata. nec tunc oportet imponere ex-
l ternam ſatisfactionem [l], ſed vice illius contentus eſſe poteſt dolore mentis & morbi; qui eſt ſatisfactorius.ſi autem euadat non tenetur iterum confiteri ea à quibus abſolutus
m eſt [m] quia prior confeſsio, licet nõ fuit omnium quæ meminit, fuit tamen formaliter integra & omnium quæ potuit

7 In mortis articulo ſi pœnitens exprimere non poſsit ſpeciem aut numerum peccati in particulari, & tamen oſtendat ſigna peccatorum
n in communi [n] & pœnitentiæ, tollendo manus, percutiendo pectus: aut ſi dixit, peccaui, vel miſerere mei Deus,& tu pater; aut ſi petijt
o confeſsionem: quidam [o] negant abſoluendum: quaſi Christus inſtituerit abſolutionem quæ eſt ſententia iudicis non proferendam, niſi præcedat certi peccati in ſpecie expreſſa confeſsio. At probabilior eſt & in praxi tuta & ſequenda ea ſen-
p tentia,ſapientum autoritate [p] vſu & rationibus munita, vt tunc peccatum expreſſum in genere, ſit materia ſufficiens abſolutioni.

8 Quod ſi trepidet confeſſarius, abſoluat ſaltem addita conditione,
q ſi poſſum [q]: nam in eo qui recordatur feciſſe mort. cuius ſpeciem
r oblitus eſt, vt eſt obligatio confitendi illud in genere [r], ita confeſſarius tenetur illum abſoluere: ergo ſiquis in mortis articulo cæpit confiteri peccatum quod primum memoriæ occurrit, & amiſſa loquela confeſſarius nullam ſpeciem intellexit,nec temporis anguſtia permittit miniſtrare aliud ſacramentum; quod de attrito faciat contritum: debet illum abſoluere,ne infirmus exponatur periculo damnationis. pro iſto enim articulo Chriſtus maxime
s & ſub arctiori obligatione [s] prouidit de confeſsionis remedio, & vt quilibet ſacerdos poſsit eſſe mini-
t ſter [t]: nam tunc verbo aut ſigno confiteri peccatum in communi, ſi amplius non poteſt, videtur eſſe ſufficiens & neceſſaria materia,& confeſſio ex intentione pœnitentis eſt formaliter integra,nõ minus, quàm ſi ex plurimis peccatis non potuit
u niſi vnũ veniale exprimere [u]. atq; ita vrgẽte tũc præcepto Chriſti, ſententia abſolutionis proferenda eſt.

9 His etiam infirmis iubent concilia miniſtrare non tantum communionem, extremam vnctionẽ & abſolutionem excõmunicationis: ſed conſuetum remedium pœnitentiæ
x per abſolutionem [x]. ſi tamen infirmus amiſſo rationis iudicio nullum tunc præbet, nec paulo antea dederat peccati & pœnitentiæ ſignum, nullo modo eſt abſoluendus à pec-
y catis [y]: in quo quidam rudiores ſacerdotes errant.

10 Poteſt tamen abſolui ab excõ-
z municatione [z] & ei concedi indul-
a gentia bullarum ſuarũ [a]: nec oportet pro forma indulgentiæ ſeruare

p [p] cit. libr. 1.de pœnit. capit. 9. fin. quod Cano dicit probabile.Cordu. caſ. 18. Alcoc. cap.11.
q [q] ita conſulit Peña; & quidã Recent.
r [r] D.Thom. d.21.q.2. 1, ad.3. Naua. add.c.7. nu. 2.&.c.10.fi. & communis Recent.
s [s] ſup. lib. 1. de pœn.c.3.
t [t] Trid. ſeſſ. 14.cap. 7.
u [u] ſup. §.6.I.
x [x] cõc.Arauſic.1. ca.12.

i [i] . Soto. d. 18.quæſtio. 2. articu. 5. Ledeſm. 2. part. quæſt. 8. articu. 2. dub. 14. Victor.§.151.Pedraza.cap.7.Alcoc. cap.
k 11. [k] Alcoc.cap.11.& fere Soto.quæſtio.2.artic.5.verſ. vnde ad primum. col. 14. Recent. frat.
l Medin.lib.2.cap.8. [l] Ledeſm.ſup.Nauar.capit. 26.num.33.Turrecrem.de pœniten.diſtinct. 7. ca. tempus. num. ſexto. & dict. eſt libr.2.de pœniten.
m cap.18. [m] communis ſup.cap.9.§.5. K. & libr. 2.de pœnitent.capit. 13.quare falſo Cord.caſ. 1.ait quod omittens ex cauſa iuſta confiteri vnum peccatum tenetur repetere totam confeſsionem.
n [n] dict.eſt lib.primo.de confeſſ.capit.nono. fin.

habetur.c.qui recedũt.26.q.6.cõc.Carthag.3.c.34 c.ægrotãtes.de conſ.d.4.Carthag.4.c.76.Leo.epiſ. 89.alias.91.c.his qui.26.q.6.quanuis Cano detor-
y queat planũ ſenſum iſtorum concil. [y] in quo cõueniunt cit.O.& omnes quia Trid.ſeſſ.14.c.6.can. 9.docet abſolutionem eſſe actum iudicialẽ: ac ſubinde requirit aliquã cognitionem cauſæ & peccati, contra Cord.lib.5.q. 27. poſt propoſ. 7.vid. q.29.
za punct.2.&.q.39. [z a] in quo bene Cordu.ſup.& caſ.18.§.3.Soto.q.2.a.5.Pedraza.c.7.Alcoc.ca.11. Syl.confeſſor.3.§.13.Nau.c.26.n.27. addit Nau.

ca.27.nu.270.& Cord.caſ.18.etiam concubinario, ſi oſtendit ſigna contritionis, id concedendum eſt. [b] concil.citata.X.Cord.& alij Doct.ſup. [c] ita pro caſibus reſeruatis in bulla cœnæ iubetur. [d] Nau.c.26.n.2.&.7.c.27.n.46.Caiet. abſolutio ab excom.c. 4.Syl.confeſſor.4.§.7 fr.Med.libr. 2.c.12.Anton.3.p.tit. 24.c.77.§. 1.vid. Sylu. abſolutio.3. §.3.Polanc. in direct.fo. 51.fr. Alex. lib.1.titu.5. ca.3.Cou.c, Alm.1.p.§. 11.nu.7.& 11.Soto.d. 22.q.2.a.3. vid.d.28.q. 1.art.2.verſ. ex his.ſum. confeſſ.libr. 3.tit.34.q. 136.Cord. lib.5.q.43. Deci.c.queſtioni.nu.5. de appellat. Pan.& dicunt cõmu. petitur iuramentum. 1. dum abſoluitur excommunicat' notorius.2.incendiarius poſtquã declaratus eſt. 3.mutilator 4. manifeſtus raptor,aut eccleſiæ violator.5. vſurarius publicus.6.qui publice iniuriatur perſonis eccleſiaſticis. [e] ſic bulla cruciatæ concedit poſse ſemel abſolui à peccatis & cenſuris etiam cœnæ:& exprimunt in Bull.Pius.V.Greg.XIII.& ſeq.Pont.modo per ſe ipſos, vel dato impedimento per hæredes aut per alios,ſatisfactio fiat. quare non requiritur realis ſatisfactio Partis,vt putãt.Soto.d.22.q.2.ar.3.Cord. lib.5.q.43.dub.3.(& Ledeſ.2.p.q.26.a.1.fo.353. quando debitum non eſt dubium & litigioſum.) alias aiunt recurrendum eſſe ad iudicem aut partẽ de cuius licentia abſoluendus eſt,vt ait Perez.l.2. tit.18.lib.8.ord.p.349. [f] ſatis eſt cautio iuris: nempe pignoratitia,aut fideiuſſoria, aut certe iuratoria vt ait Nau.ca.27.nu.47.48.c.26.n.7.Couar. ca.Alm.1.p.§.11.n.5.& bene.nu.11.Cord.caſ.18. fra.Med.li.2.c.12.Caie.abſolutio.c.4.Armil.§.48. Syl.abſolutio.3.nu.3.& in fin.indulg.§.10.verſ.7. excommu.7.nu.2.&.4.Anto.3.tit.25.c.77.col.3. Angel.Abſolutio.3.nu.9. Archiepiſcopus Guerr. D.Cueſt.Epiſcopus. Peña, & multi ſapientes conſulti facit Perez.l.1.tit.5.lib 8.ord.pag.179. quia reo impotenti qui facit quod poteſt, pars iniuſtè negat licentiam vt abſoluatur ab excommu. & inuita parte debet Iudex ex officio abſoluere.cap. Odoardus. de ſolut.authen.de fide iuſſor.§.fin. collat.1.in Volum.authen.hoc.C. de ſolut.l. 3.aut.4.tit. 14.part.5. Rot.antiq. deciſ.568. ad fin. Couarr.2.Var. cap.1.num. 5.&.9. [g] commun. Anton.ſup. Armi.abſolutio.§.50. Syl.abſolutio.3.§.3. Nau.ca.27. num.37. [h] quia ea excom.ſolum imponit tentanti abſoluere prætextu priuilegij conceſsi à Sixt IIII. contra intẽtionẽ eius, de quo Nau. c.12.n.75. [i] vt Caiet. verb.abſolutio.c.4.verb.excom.c.77.Syl. abſolut. 1.nu.10.ſi.confeſſor.4.n.7.& olim Nau.Hiſpa.ca. 27.n.74.quod merito abſtulit in Latino. [k] Pius V.& Greg.XIII.in iubilæis anni.70.74.declarãt quod tam præſentes literas,quã per alias etiam diſſimilium indulgẽtiarum datas vel infuturum quomodolibet emanãdas,ſuffragari in foro pœnitentiali tantum,non in foro fori & contentioſo. & quod ſatisfacta parte non reincidat: alias vero ſic abſolutum ſi poſtea nõ ſatisfecerit, reincidere refert fr. Manuel.in explic.bull.cruc.§.9.n.55.At ignorãtia iſtius declarationis excuſat ne reincidant. & ſolum videtur duraſſe pro tempore horum Pont.

verba ad finem bullæ Hiſpanæ poſita.& miniſtranda ſunt huic ſacramenta communionis & extremę vnctionis [b]. tunc maximè recurrendum eſt ad proprium Paſtorem qui rite omnia ſacramenta miniſtret: & eo non inuento ad virum inſtructum,qui in praxi ſciat iuuare morientes, & diſponere ad exitum: & difficiles eius caſus,ſi forte habet reſoluere. hinc enim pendet æterna ſalus morientis.

11 In mortis artic. explicandum eſt pœnitẽti excommunicato, onus præſentandi ſe ſuperiori [c]: & dum debetur ſatisfactio parti: & in quibuſdam caſibus iure expreſsis exigenda eſt cautio ſaltem iuratoria [d] ſatisfaciendi per ſe ipſum ſi poteſt, vel dato impedimento per hæredes [e]: Nam ei qui non poteſt ſtatim ſatisfacere reali ſolutione, ſatis eſt cautio iuris [f] ſi confeſſarius eam explicationem in artic.mortis. omittat,non ideo impeditur fructus abſolutionis [g]: vt quem eccleſia noluit pendere ex negligentia confeſſarij in eo periculo. qui cum ea negligentia abſoluit morientem à caſu cœnæ non incidit in excommunicat. [h] vt quidam [i] putarunt incidere. Qui per iubilæum abſoluitur ſanus ab excomm. & poſtea non ſatisfacit parti quidam aiunt reincidere [k].

## C A P. X I.

### In mortis artic.aut periculo iure eccleſiaſtico abſoluit omnis ſacerdos.

§.1.*Referuntur ſententiæ quædam.*
2 *Tunc iuriſdictio datur iure eccleſiaſtico: & poſſet Papa reſeruare caſum.*
3 *Idem eſt in mortis periculo.*
4 *Si caſus ſit publicus præfertur epiſcopus.*
5 *Præſertim quando eſt impedimentum citra mortis periculum.*
6 *In periculoſo morbo poteſt quilibet ſacerdos primum occurrens, ſi caſus non ſit publicus.*
7 *Sed non eſt præferendus hæreticus aut denunciatus, præſente epiſcopo.*
8 *Abſolutio tunc data ab hæretico aut denunciato, valet. aut ſi ſimplex ſacerdos cœpit audire, abſoluet licet veniat epiſcopus.*

QVidam Doct. [a] opinantur in articulo mortis quemlibet ſacerdotem iure diuino habere iuriſdictionem in omnia peccata, datam tanquam ordinariam cum poteſtate ordinis: quia non reperitur origo ab aliquo Pontifice [b] & tamen poteſt eccleſia reſtringere ex cauſa, & reſeruare peccatum aut cenſuram [c],

C A P. X I.

Citati [a] ſup.ca.5.§.4.Q.&.c.8.§.1. [b] ex regula.Aug.4.de bapt.cont.Donatiſt.c.24.id haberi ex traditione de iure diuino, quod à princ. ſeruatũ eſt,nec eius origo ſcitur. [c] ſi.Epiſcoporũ iuriſdict.eſſet ex iure diuino,eſt ſubordinata Papæ, qui



qui poteſt reſtringere,& ex cauſa auferre. [d] tenet Ambroſ.1.de pœnit.ca.2.habetur.c.verbũ.c.poteſt fieri.de pœnit.d.1.(quia cum hæreticus ſit ligatus non poteſt ſoluere vt dicitur.c.præter.32.d.c.ſubdiaconus.24.q.1.) Ledeſ.2.p.q.22.a.1.fo.327.Syl. cõfeſſor.1.§ 20. Alij dubitant,vt olim Nauar. cap. 26.nu.26. Palud.d.27. q.3.nu.27. Soto.d.18. q.4.4.ſi. Itẽ vterq; Soto, & Nau. putant quod D.Tho.3.p. q.64.6.ad 3.q.82.7.ad 2.negat licitum vt hæreticus miniſtret aliud ſacramẽtum pręterbaptiſmũ in neceſſitate (quem Paganus & laicus peccator licite miniſtrat) propendet Victor de clauib.§.17. Cano relec. de pœnit.p. 5,ad.2.(qui duo aiunt oppoſitũ eſſe ꝓbabile) præſertim quia ab hæretico etiam mentali ſi notus eſſet,timeri poteſt periculum præuerſionis,& quod non miniſtrabit cum debita intentione.Reſpon. cũ Syl.ſup.Angel.confeſsio.1.§.2.Palud.d.25.q.1.n. 15.& alijs cit.lib.de ſacer.ca.26. ab hæretico parato licet recipere (quem pænitens moraliter non inducit) & ita exponunt D.Tho. At Cypr. ſimul negat ab hæretico baptiſmũ valere. contra quod ſup. lib.de bapt.c.28.§.2.& Bellar.lib.1.de ſacr.c.26.ad fin. [e] comm.Canoniſt.Pan.Præpoſ.( quos olim ſecutus eſt Nau.c.26.nu.26.& in.c.1.§.laboret.de pœnit.d.6.) D.Tho.d.17.q.3.3.1.ad.2.d.19.q.1. 2.2.ad.3.ſeu add.q.19.5.ad.3.& ar.6.q.38.2.&.3; p.q.64.a.6.ad.3.q.82.5.ad.3.& cũ eo Caiet.ibi.ar. 7.ad.2.& verb.abſolutio.cap.2. commu. Theolog. Alexand.4.p.q.80.m.3.ar.2.§.1. Adria. de baptiſ. ar.3.Richard.d.18.ar.9,q.2.Palud.d.17.q.3.ar.3. caſ.7.Durand.d.19.q.2.ad.4.Medin. tract.2.q.40. de confeſſ. facta excommunicato. quem cum communi Canoniſt.ſequitur Couar.c.Alm.1.p.§.6.nu. 8.Cord.caſ.18.ar.2.Raine.Piſan.confeſsio.3.§.9. (addit.Syl.confeſſor.1.nu.16. ſaltem fideles, non tenentur huic denuntiato confiteri, quanuis non eſſet alius.) fauet.c.prępterea.32.d.Greg.l.21.tit.4. p.1.verb.otorgamiento.Turrecr.de pœnit.d.1.ca. Verbum Dei.nu.14.& in.c.præterea.32.d.p.2.a.1. Abulen. Matt.16.q.86.ſentit Soto.d.13.q.1.7.ad 2.& ita aiunt declaraſſe congreg. Card.in reſcripto ad Archiep.Valentin.Cano relect. de pœnit. p. 5.fo.85. fatetur eſſe cõmunem ſententiã. Nec obſtat quod multi ex pręedictis tenẽt, omnem ſacerdotem in art.mort.habere iure diuino iuriſdictionem. Nã hanc Papa (cui ea iuriſdictio ſubijcitur) reſtringere,auferre,iſtis potuit ex cauſa: vt de epiſcoporũ iuriſdictione, aiunt quidã. Hi Doct. monent infirmos cauere ne ſe exponant periculo inualidæ abſolutiõis. [f] vt ante Triden.non erat eligibilis per bullam; qui à ſuo Prælato reprobatus eſſet ſup.cit.ca.6.§.7.B. [g] id multo probabilius eſt ſignifi.D.Tho.d.19. q.1.3.ſed clarius.d.20.q.1.1.2.c.& ad.1.&.2.Bon. d.19.a.3.q.1,Maior.q.1.Almain.q.1.(ſignif.Palu. q.1.ad.1.& Dur.q.2.ad.3.) tenet Med.q.33.de cõfeſſ.cui debet fieri,ſi.f.79.Viguer.c.16 §.6.verſ.11. Anto.3.p.tit.17.c.4.caſ.7.Turrec.lib.1.ſum.eccleſ. c.98.Cou.c.Alm.1.p.§.6.n.8.Soto.d.18.q.4.ar.4. ver.at vero.Pet.Sot.tit.de cõf.lect.5.&.6.Ledeſ.2. p.q.7.a.6.q.21.a.6.q.22.a.1.conc.5.Victor.§.143. & in nou.156.& de claui.§.17.atq; ita facilius Papa in art.mort.auferre poſſet. [h] [i] ſup.c.5.§.5.& ſeq. [k] ſup.c.6. [l] ſup.c.5.H. [m] vt tenet Nau. & alij cit.c.4. [n] abſolutio ab excom.in art.mort. fit ſub onere ſe præſentandi Papæ, quando excom. erat Papalis.d.c.eos qui. [o] in ſimili Nau.c.21.n. 5.per c.2.de cõſuet.vbi Abbas.& arg.c.inferior.21. d.& citat Syl.miſſa.2.§.2.excom.2.not.9.n.20 Tabie.miſſa.§.51.Anto.2.p.tit.9.c.10.§.1. [p] multi diſtinguunt mortis periculũ à mortis art.Sot.d.18. q.4.a.4.Cano relect.de pænit.p.5.Quintil.Mãdoſ. praxi ſignatur.ver.cõfeſsional.Caie.abſolutio.c.2. innuũt etiã qui ſequũtur Syl.abſolutio.1.n.8.confeſsio.1.§.6.verſ.7.Palud.d.17.q.2.& dubius eſt Couar,

vt definit conc.Trident.ſeſſ.14.cap. 7. 2. quidã addunt defacto reſeruaſſe ne hæreticus ſacerdos [d] aut nominatim denunciatus de excõmunicatione [e], aut etiam non approbatus ab epiſcopo poſsit tunc abſoluere. quaſi concil. Triden. id quod generaliter dixerat ſeſsione.14.cap.7.poſtea reſtringat ſeſsione.23. cap.15.vt ſit idoneus: vel certe ne ſit expreſſe reprobatus [f]. ſicut præſente epiſcopo aut parocho præſertim reclamante, non videtur poſſe ſimplex ſacerdos qui excommunicatus eſt, aut etiam ignorantiſsimus, audire confeſsionem infirmi, & abſoluere.

2 Reuera iuriſdictio omni ſacerdoti in mortis artic. datur iure tantum eccleſiaſtico [g], ex Apoſtolorum humana inſtitutione. quia ſoli Petro & ſucceſſoribus eius Pontificibus datur iuriſdictio immediate à Chriſto ex iure diuino [h]: & à Papa dimanat in reliquos [i]. nec tamen oportet vt in eo articulo ſacerdos ſit approbatus ab epiſcopo tanquam idoneus,ſatis enim probatus eſt per idem concil.Trident.ſeſ. 14.capit.7.& per eccleſiæ conſuetudinem: ſatiſque eſſet ſapientũ probabilis opinio [k] aſſerẽs eſſe de iure diuino [l] ſaltem in habitu [m], niſi expreſſe Papa pro tunc prohiberet: qui ſolus poteſt tunc reſeruare caſum,vt reſeruat excommunicationem [n]: ſed epiſcopus (qui ſubijcitur iuri communi & vniuerſali cõſuetudini [o], quę habet vim legis) reſeruare pro eo articulo nõ poſſet.

3 De mortis periculo (quando incertũ eſt an homo euadet) quis tũc poſsit à peccatis & cenſuris reſeruatis abſoluere,non conſtat apud omnes. quidam [p] negant in eo periculo citra articulum mortis poſſe ſimplicem ſacerdotem, quanuis alius non eſſet: atque ita monent confeſſarium qui inexpertus morborum neſcit periculum ab articulo diſtinguere, ne in dubio exponat ſe periculo abſoluendi fruſtra, dum ſpem habet quod interim forte veniet Parochus aut epiſcopus: vel doctus cõfeſſarius approbatus, qui pœnitentis conſcientiam intricatam bene diſcutiat: At ij fallaci ſpe exponerent ſæpe infirmum periculo decedendi abſque abſolutione: ac ſubinde periculo damnationis. quarę

Couar.c.Alm.1.p.§.11.n.8.Adria.de conf.q.3.caſ. 3. [q] eadem fere eſt ratio de probabili periculo mortis,& de art.per.c.eos qui.Syl.ſentit ſup.& fatetur tenere multos ſummiſt.vt Ant.3.p.tit.24.c. 47.Angel.cõfeſsio.3.§.2.abſolutio.3.§.17.& ver. mors.Tabi. abſolutio.1.§.15.confeſsio.§.41.excomm.5.caſ.4.nu.3.Armil.abſolutio.§.12.fr.Alexand.ſum.li.1.tit.3.c.15.verſ.8.caſus Cor dub.caſ.18.§.4.& lib.5 q.39.punct.1.Ledeſ.2.p.q.26.a.1.fo.352.catechiſ. Pij.V.de miniſt.conf.Taper.art.3.Director.curatorum.fo.144.Medin.tract.2. de confeſ. q.de tẽpore quo confiteri oportet,poſt princ.fol.60. propendet Couar.ſup.& citat glo.c.paſtoral.Inno.Ioan. And. Pan.Hoſt.& alios.& plane Palud. ſup. & d.20.q.1. ar.2.conc.3.& Adria.de conf.q.3.caſ.3.fr. Manuel in explic.bull.§.9.nu.38.& certum putat Nau. ca. 2.nu.8.c.26.nu.31.§.23.addit.ca.27.n.270.§.7. fin.faceſſat ſubtilis nouitas quorundam ponẽtium differentiam inter artic.& periculũ mortis. [r] nam etiam ſanus quando dãnatus eſt ſententia irreuocabili,dicitur eſſe in art.mort. [s t] in hoc tantum differũt art.& periculũ mortis probabile. [u] Dur. d.19.q.2.ad.4.Capre.q.vnic.ad.4.Scoti.Palu. d.18. q.3.§.ſequitur.Soto.d.18.q.4.ar.4.verſ.quæris.Ledeſ.2.part.quæſt.7.artic.6.in princip.q.26.artic.1. verſ.ſed dubium.Victor.§.143.Syl.confeſſor. 3.§. 6.nu.10.confeſſor.1.§.6.verſ.7.Ang.cõfeſsio.3.n. 3.abſolutio.3.n.17.Tabie.abſolutio.1.nu.15. excom.5.caſ.40.Armil.abſolutio.§.12.Caiet. abſolutio.c.ex parte abſoluentis.Director.li.3.tit.4. Anton.3.p.tit.24.c.47.Polanc.ca.4.§.penult.Alcoc.c. 9.Simanc.de Catho.inſtit.c.3.n 2.& in enchyr. ca. 51.nu.6.habetur.l.29.tit.4.part.1.& videtur colligi ex. d.cap.eos qui,dum in art. mort. aut in alio impedimẽto ſubdit cauſam,quia impeditus eſt adire ſuperiorẽ:& inde colligunt Palud.Anto. Angel. &alij nec enim conceditur parocho caſus Papę niſi ratione neceſsitatis:at quãdo eſt facilis recurſus ad epiſcopum ceſſat neceſsitas vt parochus abſoluat. idẽ catech.Pij.V.de miniſtro conf.Nau.c.1.de pœnit.d.6.n.74.& Hiſpan.c.27.n.111.quod.ibi ſuſtulit in Latino.& tamen in Latin.c.26.n.27.c.27.n. 79.id confirmat.& fertur ita declaraſſe Greg.Papa XIII.& concil.Arauſic.1.c.2.c.ſi aliquis.26.q.6. ca.is qui.dicit abhæreſi in extremo periculo abſoluat Parochus ſi deſint Inquiſitores, & non aliter. propter quod.Rojas.2.par.de heret.conc.38.dicit,

certa ſententia [q] eſt in praxi, in periculo probabili mortis, quæ nobis omnino incerta eſt, licere ſacerdoti cuilibet abſoluere à peccatis, ſed indirecte à cenſuris etiam ſanos [r], cum onere annexo reſeruatis [s]: at quilibet ſine vllo onere à caſibus cenſura carentibus abſoluere directe poteſt [t] in articulo mortis in quo infirmus decedit.

4 Interdum ſeruandus eſt ordo: vt epiſcopus in reſeruatis præferatur Parocho, & hic ſacerdoti non approbato.1.in articulo etiam mortis,ſi facilis ſit recurſus ad parochũ aut ſuperiorem, [u] & ſpes ſit quod vocatus ſtatim veniet, nec enim tenetur infirmus aut in periculo poſitus mittere procuratorem [x], ſi ſe illi perſonaliter præſentare non poteſt [y]: quando infirmus habet publicam excommunicationem reſeruatam [z], vel eſt in publica & ſolenni pœnitentia,tunc enim recurrendum eſt ad legitimum ſuperiorem; ſi commode abſq; periculo in mora fieri poteſt. quia in his quę deducta ſunt ad forum contentioſum, curandum eſt ne perturbetur ordo iuris.

5 Quando citra mortis periculũ excommunicatione etiam occulta Papæ reſeruata ligatus habet legitimum impedimentum adeundi Papam [a]: hic enim ſi poteſt, tenetur recurrere ad epiſcopum [b]. nam hic ceſſante impedimento, aut conualeſcens, ideo tenetur ſe præſentare

hæc eſt opinio tutior,ne tũc abſoluat parochus aut alius ſacerdos. At Trid.ſeſſ.14.c.7.ſine limitatione ait in mort.ar.poſſe quẽlibet ſacerdotem.&ſic abſolute loquuntur.c.quod de his.de ſent.excom.c. paſtoral.de officio ordi. [x y] ſup.cap.9.§.6.O.

[z] ſic vidẽtur limitandi pro foro exteriori citat.V. quod fatetur Rojas ſup. de quo foro & publica. pœnitentia capit. presbyter.26. q.6. dicit,ne parochus abſoluat, niſi abſente epiſcopo vltima neceſsitas cogat. vbi gloſ. & ita intelligũtur alia cap. eod. titu. & concil.Arauſic.vel.2. quando non conſtat eſſe art. mortis etiam præſumptum, ſed tantum probabile periculum, reuertẽdum eſt ad ſuperiorem,ſi eſt facilis aditus.nec cap.nuper.de ſent.excom. loquitur de art.mortis.Quanuis autem.d.c.eos qui.in generali loquatur de exiſtente in art.aut de aliter impeditis.(& refert ſe ad cap.de cætero.cap.quanuis.de ſent.excomm.quæ ſimiliter loquuntur vniuerſaliter)ſed per alia iura diſtinguere oportet diuerſam eſſe rationem in art.mortis.Hinc quod Nau.c.26. nu.27.c.27.n.79. dixit præferri epiſcopum parocho:aperte exponit ſe.ca.27.nu.89.ad.7.dum adeſt impedimentũ extra mort.articulũ.&quod Hiſp.ca. 27.num.111.dixit in artic.mortis recurrendum ad epiſcopum:ſuſtulit add.Hiſp.& Latin.dict. nu. 89. & aduertit.nu.270.§.5.fin.quod Triden.ſeſſ.14.c. 7.clarius quam omnia iura antiqua definit abſque limitatione poſſe quemlibet ſacerdotem abſoluere quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris.& Triden.declarat iura antiqua, dum ait ita ſemper in eccleſia Dei fuiſſe cuſtoditum, vt nulla ſit reſeruatio in art.mortis.idem Ledeſ. 2.p.q.7.a. 5.dub.16.§.4.dico fr.Med.lib.1.inſtruct.c.10. col. 2.c.11.§.7.& ſignificant Taper.ar.3.p.136.& Couar.ca.Alma.1.p.§.11.nu. 8. quia loquuntur abq; vlla limitatione Ekius.li.3.de primatu Petr. c.54. [a b] hoc probant cit.V.& bene Nau.c.27.n. 111. §.3.cum Innoc.recepto.& num.89.ad. 7. facit nu. 257.fin.& num.39.§.4.communis cum Magiſt.diſtinct.20.vbi D.Thom.& habetur plane in dict. ca. eos qui. in fine. vbi Innocen.expreſſe. & cap.quod de his. de ſenten.excommu.cap.paſtoral. de officio ordin.Soto.diſtinct.22.quæſt.2.art.3.Sylueſt.confeſſor.1.§.20.cõfeſſor.3.num.10.abſolutio.3.ad fi. Victor.§.156.Ledeſ.2.par.quæſtio.7.art.6. quæſt. 8.artic.2.dub.5.concl.4.Simanc.de Cathol. inſtit. cap.3.Soteal.verb.pœnit.§.12.

c d Hæc



[c d] Hæc ratio non militat in art.mortis, in quo quilibet ſacerdos iure diuino ſecundum quoſdam, aut certe iure eccleſiaſtico, habet iuriſdict. vt directe abſoluat ab omni peccato in gratiam pœnitentis. [e] citati.ca.9.§.6.N. [f] ſecus dum caſus publicus tractabatur in foro exteriori ſup.Z. [g] quod declarat Trident. vt perpendit Nauar.cap.27. n.270.§.5. [h] ſic limitandi ſunt cit.§.1.D.& propter periculum præuerſiõis aut ſcandali,vix tenetur confiteri tali hæretico,vt bene ait Sylu.& Paludan. citati ſup. V. & Soto d.18.quæſt. 4.articu. 4. verſ.at vero dicit an denũciatus excommunicatus poſsit tunc abſoluere à peccatis, eſt val de probabilis ſententia affirmans: de hoc nihil aſſeruerim: bene tamen quod põt abſoluere ab excommunicatione. nec peccat hæreticus aut excommunicat. ſi tunc contritus & reſipiſcẽs abſoluat: petenſque tũc abſolutionem ab hæretico de quo nihil timet, petit rem quam ille ſi pœniteat, poteſt licite præſtare, & iure diuino tenetur. [i k] citati ſup. lit. V. &. §. primo. lit. E. ſic Bellarm. libr. primo de ſacrament.capit. vigeſimoſexto ad fin. exponit Athanaſ. 3. contra Arian. Ambroſi. de ijs qui myſtir. init. capit.quarto.Leo epiſtol.77.ad Nicet.capit. vltim.

ſuperiori, quia impeditus non potuit illum perſonaliter adire; & inferior abſoluit ex tacita commiſsione [c]: ergo ſi adire poteſt, aut vocatus epiſcopus ſtatim aderit opportune,ſeruandus eſt ordo.ſicut ſi præſens ſimul eſſet ſimplex ſacerdos, & epiſcopus,&vterq; ſimul vult audire pœnitentem, præferendus eſſet epiſcopus etiam in mortis periculo pro excommunione reſeruata etiam occulta [d], qui potior eſt iure: nec epiſcopus amiſit ius ſuum circa talem excomunionem, quia præſens ſit alter. abſente vero epiſcopo, videtur poſſe parochus ex tacita commiſsione abſoluere ſic impeditum ab excommunicatione reſeruata, & peccatis,vt dictum eſt [e].

6 Cæterum vrgente periculoſo morbo,quando videtur inſtare mortis articulus,& cito eripiendus infirmus à iuriſdictione epiſcopi, paruo ſane iure priuatur epiſcopus in ſubditum, ſi parochus aut alter quiuis primum occurrens ſacerdos paratus præferatur epiſcopo intra vrbem commoranti, licet ad illum eſſet facilis recurſus: nec incõnuenit vt tũc parochus abſoluat à caſibus occultis & occulta excõmunicatione, quando nullus perturbatur ordo iuris in foro exteriori [f]: & tunc curandum potius eſſet vt infirmus digne, integre & cum conſolatione ſua confiteatur, quando nullum peccatum eſt reſeruatum: ac ſubinde parochus poteſt ex conſequenti abſoluere à cenſuris [g] propter peccatorum abſolutionem. Quod ſi infirmus conualeſcat, ſaluum manet ius epiſcopi, cui pro reſeruata excommunicatione ſe præſentare tenetur infirmus.

7 At ſi quis pręſente epiſcopo vel parocho docto & Catholico præferret hæreticum confeſſarium, ſuſpectus eſſet de fide [h]. ſi præferret excommunicatũ denuntiatum præſente alio idoneo, peccat participaus abſque neceſsitate in ſacris cũ denunciato [i]. & ita ſunt limitandi qui negant licitum pœnitenti tunc inducere hunc excommunicatũ [k], vel hæreticũ, ad miniſtranda ſibi ſacramẽta: quando nempe adeſt alius non impeditus, qui poſsit & velit digne miniſtrare.

8 At quando legitimus confeſſarius non adeſt, ſi confiteatur ſacerdoti denuntiato, vel etiam hæretico à quo nullum periculum, timet valet abſolutio: declarante concil. Trident. ſeſsio. 14. cap. 7.omnes ſacerdotes ſine exceptione tunc abſoluere poſſe quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris. 2. Si ſimplex ſacerdos ante aduentum Parochi vel epiſcopi cæpit audire confeſsionem, poteſt cœptam perficere & abſoluere, quanuis ſuperueniens Parochus renuat: datur enim locus præuentioni inter iudices [l], ne pœnitẽs teneatur peccata ſemel dicere parocho,&iterum epiſcopo aut Papæ ſuperuenienti. cum in eo articulo nulla ſit reſeruatio peccati,& omnes ſacerdotes ex ęquo habeant iuriſdictionem, quæ à multis dicitur iuris diuini [m]: datumq; eſt ab eccleſia nequis illo tempore pereat [n], ampliſsimum iuris priuil. vt infirmus eligat primum occurrentem cui confidenter ſine pudore aperiat totam conſcientiam. vt qui habet bullam, vel tempore iubilæi, poteſt etiam præſente epiſcopo vel parocho, potius eligere alium, quem maluerit ex confeſſarijs expoſitis [o].

## CAP. XII.

### In artic. mortis ſi expediat non confiteri epiſcopo vel parocho præſenti,poteſt negata etiam licentia,confiteri non expoſito.

§.2.3. *In periculo ſcandali quando poſsit excommunicatus celebrare aut abſolui indirecte per inferiorẽ.*

4 *At ſi non expoſito cõfitetur venia le & mort.non poteſt abſolui.*

5 *Cauſæ ob quas inferior abſoluit à reſeruatis ſine excommunic.abſente ſuperiore.*

[l] probat Couarru. pract. capit. 32. & 33. & paſsim autores in foro exteriori. & eadem ratio militat in præſenti caſu pro foro conſcientię. [m] cit.cap. 5. lit. H. ex quorum opinione probabili ſequitur certius quod licet parocho in articu.mortis abſoluere ab omnibus, abſque recurſu ad epiſcopum. [n] hanc rationem aſsignat Tridentin. ſeſſio. decimaquarta. cap. ſeptimo. [o] certa ſententia. Abbas. in capit. omnis vtriuſq; numero decimoquinto. dicit communem (contra gloſ.ibi) ſic Doctor. cit.capit.ſexto. §. ſeptimo. B. ante Trident.affirmabãt per bullam eligi poſſe quẽlibet ſacerdotem à ſuo prælato nõ prohibitum

CAP.

C A P. X I I.

a b c d e DE [a] quibus lib.2.de pœnit.cap.12.& de circunſtantia complicis.capit.9. [b c] vt ſatis probatum eſt.c.11. [d] aduertit Nauar. cap. 27. num. 270. §. 5. & num.89.ad. 7. [e] Soto. diſt. 12. quæſtio. 1.artic.4.ad fin. Syluest. excomm. 3. caſ.5. Arm. abſolutio.§. 12.fra. Medin.lib.1.ca pit.1.§. 3. Couar. cap. Alm.1. par. §.2. nu.11. & videtur Angles. Flori. Theolog. p. 292.

f [f] Soto. d. 18.quæſtio. 2. art. 5.ad 2.col. 17. & generaliter loquitur li. 1. iuſt. q. 6. art. 4. libr. 5. quæſt. 6. artic.2. ſentit Ledeſm. 2.par.queſt. 26.art.2. p. 366. quia refert Angel. nec reprobat. Victor. §.146. 162.Caſtro 2. leg. pœnal.cap. vlt. concl.2.Felician.lib.de cenſur. tit. de irregul.cap.9.fin.fra.Ludou.2. part. inſtruct.cap.93.fin.addit tamen Soto.diſt.18. dub. 13.& Cordub. ad Sotum releɛt. ſecreti. mem.1. fin. dum modo clericus irregu. non ſit iam infamatus propter indicia, nec in mora petendi diſpenſationem (alias, ſequeretur maius ſcandalum ex eo quod celebret,quam ex eo quod abſtineat)idem de irregulari.Nauar.c.27.nu.239. Angles.pag.294. Cord.caſ.41.fi.&.142.lib.1.quæſt.16.fi. & quæſt. 43.ſupplem.Anto.Palud.Abb.Syl.euchariſt.2.§.7. num.10.Ang.euchar.2.§.6.confeſſio.1.§.10. cum Richar.diſt.18.art.9.quæſtio.4.& multi recent.

SI vicinus morti non habet cenſuram reſeruatam,nec crimen vel publicam pœnitentiam deductam ad forum cōtentioſum & ante cœptam confeſſionem adſint epiſcopus parochus & ſacerdos ſimplex audire parati : ſed ſubeſt cauſa vrgens cur expediat quædam peccata a non manifeſtare parocho [a] vel epiſcopo:& petitus hic neget iniuſte licentiam , videtur licitum confiteri ſimplici ſacerdoti catholico non denuntiato : cui poteſt integre omnia fateri ſine periculo vt complices agnoſcat, aut damnum inferat. cenſetur enim tunc ipſo iure conceſſa li- b centia [b] confitendi alteri etiam reſeruata ſine cenſura, quia tunc nulla eſt reſeruatio, vt dicit concil. nec in eo articulo oportet vt neceſsitas ſit ſimpliciter extrema , poſſet enim adultus tunc vera contritione iuſtificari:ſed ſatis eſt neceſsitas quæ tutiori via ne quis pereat vt ait concil. dat ius remedij. nec conc.Trid. expreſsit limitationem eligendi quemlibet , quando non eſſet præſens parochus,aut recurſus ad ſupe- c riorem c: ſed generaliter indulget omnes ſacerdotes poſſe clarius quā d eſſet antiquo iure definitum [d].

2 Si præſens ſit epiſcopus aut prælatus ſuperior,& iuſte petitam negat licentiam abſoluendi à reſeruata k excommunicatione : cum tamen occurrat graue periculum infamiæ niſi eo die reus communicet aut ce- e lebret. 1. quidam [e] negant licitum huic excommunicato celebrare , & aiunt alias fieri irregularem: cum tamen permittant licere irre- f gulari f. nec Papam diſpenſare poſſe vt manens excommunicatus participet licite in diuinis & ſacramentis , à quibus directe prohibe- g tur g. 2. Alij verius admittunt vrgente grauiſsimo ſcandalo licere ce- h lebrationem ſemel aut bis [h]: nec i fieri irregularem i, qui tunc inculpate celebrat : vt ſi quis poſt conſecrationem hoſtiæ recordatur ſe excommunicatum, debet contritus perficere miſſam , nec per hoc fit k irregul. k. nam pro tunc Chriſtus l aut eccleſia limitat effectus excom- l municationis l, ne priuet tali celebratione : & tamen negant confeſſarium præſente ſuperiore abſoluere poſſe ab ea excommunicatio- m ne,aut peccatis [m]: quaſi excōmunicatio reſeruata ſubtrahat pœnitentem à iuriſdictione iſtius cōfeſſarij.

3 Sed probabilius videtur , dum præſens prælatus iniuſte negat petitam licentiam, cenſeri ipſo iure conceſſam à Pap. vt inferior abſol- ſuſpenditur interdictum pro ſola vnius miſſæ celebratione. ſic in articulo mortis excommunicatus contritus , qui non habet à quo abſoluatur , poteſt licite communicare , vt impleat præceptum diuinum,quod tunc ſtrictius obligat,quam prohibitio cenſuræ eccleſiaſticæ.cōtra Cou.ſup.G.

Syluest. euchariſt. 2. §. ſeptimo. cum Angel. euchariſt. 2. §. ſexto.Felician.cap.nono.fin.

i [i] Syluest.ſup. quia hæc irregul. non contrahitur. ſine culpa mort. vt fatetur Nauar.capit. vigeſimoſeptimo. numer. 155.244. & colligitur ex alijs. infr.

k [k] Diuus Thomas,tertia.p. quæſt. 83.6. ad. 2. Soto.diſtinctio.13.q.2. artic. ſexto. ad ſecundū. Syluest. euchariſt.2. §. nono. Angel.Tabien. ver.miſſa.§. 32. Nauar. capit.25.numer.75. Recent.contra Roſell. cui fauet Paludan. diſtinc. 11. quæſtio. prima.col.2.

l [l] quia Chriſtus reliquit eccleſiæ facultatem limitandi aut ſuſpendendi effectus varios cenſurarum. & ſatis eſt excōmunicatum teneri tunc vitare alia, ſed non euchariſtiam : vt quando

m [m] Soto.diſtinctione decima octaua. quæſtio. ſecunda. quinto. ad ſecundum. col. 17.19. & quæſt. quarta. artic. 2. diſtinct. 12. quæſtio.1.artic.quarto,Durand.diſtinct.17.quæſtio.decima quinta. Palud.quæſtio.1.Maior. Palac. quæſtio. vlt. Gabriel. Adrian.de confeſſ.quæſt.quinta. Ledeſ. quæſtio.8. artic.2.dub.5.9. & dub. tertio poſt concl. ſeptimā. Victor.§.162.ait comulgue y vaya ſobre mi conſciencia.Cano.rel.de pœnitentia. part. 5.Caietan. ver.abſolutio.cap.5.ad med.Syluest.confeſsio.1.§. 19. confeſſor. 3. §. octauo. Anton. 3. part. titulo 17. capit. decimo nono.§.16.Nauar.capit.26. numero. 27. & in cap. conſideret. §. cautus. numero tertio. &. 24. de pœnitentia, diſtinct. quinta. Alcocer.cap.12.

g [g] Couar.cap.Alma.1.part.§.1.num.3.&.§.2.nu. 11.( ſed falſo putat eſſe contra ius diuinum & indiſpenſabile vt excommunicatus recipiat licite ſacramenta. ) Soto.diſtinct.12. quæſtio.1.4. diſtinc. 18.quæſt.2.art.5.ad.2.Syluest.excommunic.3.caſ. 5. Armil. Roſel. frat. Medin. lib. 1.cap. 11. §. 5. facit Nauar.cap.21.num. 48.

h [h] Soto. diſtinct. 18. quæſtio.2.5.ad.2.in periculo grauiſsimi ſcandali. Nauar.ſup.Cord.caſ.142.& Angles.pa.294.





n [n] Richard.Angel.Medin.Angles & alij cit.capit. 10.§.4.Z.quia Trident.ſeſſ.14.cap.7.ad fin.de omni reſeruato æquè negat poſſe ſacerdotes abſoluere.nempe directe & proprio iure. ſecus indirecte etiam ab excommunione ob impedimentum , iuxta capit. eos qui.

o [o] vt falſo ſignific.Sot. [p] quia cui datur ius ad finem, datur ad media neceſſaria, nempe vt digne & ſine impedimento celebret.at hinc non ſequitur quod vt quis celebret in feſto, poſsit abſolui à ſacerdote non expoſito nec habente iuriſdictionē, vt bene Caiet. ver.abſolutio.c.2.quia ius diuinum non obligat ad præmittendam confeſsionē,vrgente neceſſitate : niſi quando habet copiam idonei confeſſarij.vtex plicat Trident. ſeſsio. 14.cap.7. & can.vlt.

q [q] quæ eſt apta ratio &differētia.

r [r] infr. capit.13.

s [s] D. Tho. diſt.17.q.3. 4.2.ad.4. & add. quæſt. 9.art. 2. ad. 4. loquitur ſine hac reſtrictiōe.ſed ſic limitandum putant Cano. Vict. §.162,Gab. Nau.ca.26.

uat indirecte ſimul ab excōmunicatione n & reſeruatis: directe vero ab alijs quæ pœnitens ſimul confitetur.nam interdū vrget ſimul ſcādalum niſi hic confiteatur ante communionem,& cum Prælato: cui tamen occultare licet eum caſum ex quo timet periculum.Conſtat enim ſubditum non ſubtrahi à iuriſdictio o ne & punitione epiſcopi [o] in vtroque foro circa caſus ad epiſcopum pertinentes, quanuis reus ſimul habeat excommunicationē Papę reſeruatam. & propter ius diuinū quod in eo ſcandali periculo dat ius celebrandi, eccleſia ex conſequenti dat p ius vt ſic impeditus abſolui poſſit [p] cum onere præſentandi ſe Papæ, aut alteri prælato: quando abſque graui incommodo poterit.

4 Cæterum in eo caſu citra mortis periculū, ſi quis ſacerdoti nō ex poſito cōfiteatur venialia,in quę habet iuriſdictionē, & ſimul mort. aut reſeruata quædam:non poſſet hic ex conſequenti abſoluere à mort. propter ius quod habet in venialia. at Parochus qui habet ius in mort. à quibus non multum diſtant reſeruata, cū ſint in auerſione fere ęqualia:poteſt in ſupradicto caſu ex tacita commiſsione , quam conſuetudo cum ſapientū ſententia arguit,indirecte abſoluere à prædictis reſeruatis q, cum onere adeundi poſtea ſu q periorem.vt de reſeruatis quibus excommunicatio annexa non eſt fere r omnes concedunt r.

5 Dicere nondum abſolui Petrū: poteſt excuſari à fractione ſigilli [x], quando vir moroſus & ſcrupuloſus habuit varia negotia, & per dies multos durat confeſsio generalis illius: ſi enim tūc roget ſacerdos alter vel ſacriſta, an ſit finita confeſsio? vt in miſſa addatur formula pro eo communicando: Reſpondeat vt à pœnitente quæratur. ſed nihil noceret dicens, nondum abſolui [y], quia necdum finijt confeſsionē. item ſi publicus peccator extra confeſsionē cognoſcitur manere quaſi obſtinatus, vt dū hæreticus ducitur vt viuus cōburatur, & rogatur confeſſarius, cur illum abſoluit? cum ipſe dicat ſe fuiſſe abſolutum ab eo. Reſpondeat feci officium meum [z]: ego enim cū Doctor. ſentio obſtinatos abſolui nō poſſe. nec peccat ſi ſcientibus impœnitentiam iſtius dicat, ideo non abſolui, quia publicus peccator non eſt abſoluendus quouſq; ſatisfaciat publico ſcandalo. imo cum ex multis etiam cauſis ſtet differri abſolutionem (vt quia non erat ſuæ iuriſdictionis, nec habebat bullā, vel quia forte erat contrariæ opinionis, licet probabilis) non frangit ſane ſigillum qui etiam imprudens negat abſoluiſſe [a]. ſed ab huiuſmodi verbo maxime cauendum eſt [b], quia generat magnam ſuſpicionem peccati mort. & occultę impœnitentiæ, vel caſus reſeruati.

6 Narrare peccata etiam mort. audita in confeſsione quando nullo modo deueniri poteſt in cognitionē perſonæ, non eſt contra ſigillum [c]. nec ſi dicat Hiſpali, vel tali loco vbi conſtat eum audiuiſſe multorum confeſsiones, ſūt grauia crimina [d], vel ſunt multi Sodomitæ. vel ſi de certa religione [e] in genere dicat, vendi officia, vel ſolitum fieri aliud peccatum. cauendum tamen eſt etiam quando nullius in particulari ſuſpicio eſſe poteſt: quia apud ſimplices generatur ſcandalum reuelatæ confeſsionis: & aliquando grauiter infamatur communitas [f]. nunquam dicat hoc audiui in confeſsione: niſi forte ſaluo ſigillo vt quærat à viro docto conſilium [g], & quam pœnitentiam imponet. nec dicat hodie negaui abſolutionem tribus [h]: aut quædam virgo vel miles confeſſus eſt hodie hoc aut illud: hinc enim facile ſumi poſſet coniectura de peccato alicuius. ſi tres ſocij mihi confeſsi ſunt, periculum eſt laudare vnum & dicere abſolui iſtum, dum cedit in aliorum ſuſpicionem & detrimentum quos laudare omitto [i].

x y Caiet. verb. confeſſor vbi Armil. §. 14. Ledeſ. quæſtio. decima. art. quinto. dub. 1. Victor. §. 169. Polanc. indirector Frat. Med. libr. 2. capit. 4. ad med. Mant. & alij Recent. colligitur ex Antiſiod. Gabriel. quæſt. 1. cont. Nauar. capit. 8. nume. decimo. ad fi. & num. 11. 14 & cap. ſacerdos. numero. 64. & Sotum ſup.

z Victor. §. 169. & communis.

a b Doctor. ſup. maxime Nauar.

c Nauarr. cap. 8. num. 12. Petr. Soto. & Sot. d. art. 5. col. 5. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 19. §. 3. Ledeſ. quæſtio. 10. artic. 5. dub. 1. Palac. diſt. 21. quæſt. 2. pa. 453. cū D. Thom. quodlib. 5. quæſt. 13. Fra. Medin. lib. 2. capit. 4. Armil. confeſſor. §. 5. fin. Anton. Gabriel. tom. 2.

## CAP. XXII.

### De prudenti cautione confeſſarij.

§. 1. *Ita ſe gerat poſt confeſsionem, ſicut ante. quid ſi pœnitens abſcidit ei crumenam?*

2. 3. *Si nouit proditiones, caute dicat Paſtori vigila, claude portas.*

4 *Det ſchedulā confeſsionis auditæ.*

5 *Quid ſi iudex mittat reos ad confeſſarium.*

6 *Pœnitens non tenetur ſigillo: ſed denuntiet ſolicitantes.*

SI aliquid ſciebam aut coniectabam extra confeſsionem, deinde ille id ipſum mihi cōfitetur, nō prohibeor vti priori notitia [a]: dūmodo

a D. Th. d. 21. vbi Bonau. & communis Maior. quæſtio. 3. ad. 5. Alexand. ſup. Soto. diſt. 18. quæſtion. 4. artic. 2. Ledeſ. q. 10. ar. 5. dub. 1. Nauar. c. ſacerdos à n. 124. Recēt. cont. Altiſiod. & Hēr. quodl. 8. q. 29. & 31. (quem alij falſo citant q. 15. aut 18.) dicēres quod poſt confeſsionē ſacerdos tepinde ſe habere vt ante illam: nec licere vti notitia confeſsionis (quod ſentit Rich. d. 21. q. 2.) ita vt ſcienti periculū ſuæ vitæ ex confeſsione nō liceat fugere, ſed pati mortem, ac ſi nihil ſciret. de quo ſtatim.





b Sup. c. 20. §. 4. Maio. q. 3. ad. 5. c monet Alex. & Maio. ſup. d Sot. ar. 6. Ledeſ. a. 5. dub. conc. 2. & Recent. e citati. A. f Soto. artic. 6. Ledeſ. a. 5. fr. Med. lib. 2. c. 4. Anto. Gabr. to. 2. commu. lib. 7. tit. de criminal. conc. vlt. ad fin. Armil. confeſſor. §. 5. fi. cū D. Th. quodlib. 5. q. 13. Palac. d. 21. q. 2. & alter Palac. in ca. per veſtras not. 3. §. 26. num. 9. cum Hoſtienſ. & apud probatas religiones eſt praxis introducta cum ſapientum cōſilio. ſic confeſſarius in genere monebit Inquiſitores, ſi nouit ad illorum tribunal acceſsiſſe multos falſos teſtes, Aſtē. lib. 5. tit. 20. Cordu. caſ. 17. m ſilio mouet, ſit irregul. m fr. Med. li. 2. ca. 4. ante §. 1. & docti Recen. conſulti. n fatetur. fr. Med. o p monet D. Tho. 3. p. q. 80. ar. 6. ad. 3. vid. lib. de euchar. c. 56. q Nau. c. 8. n. 10. §. 11. add. Hiſp. n. 10. c. 27. n. 17. Soto. rel. m. 1. q. 3. in probat. conc. 3. vbi Cord. cum Medin. de confeſ. q. 54. Cano. relec. de pœnit. p. 5. Sot. d. 20. q. 2. a. 2. col. 6. Couar. 1. Var. cap. 10. n. 4. conc. Trid. ſeſſ. 24. refor. c. 8. renouat publ. pœnitētias peccatis proportionatas D. Th. add. q. 28. (ſed prudens ſit ne publicas pro occultis impqnat ſup. lib. 2. de pœni. c. 24.) per hoc prudens cōfeſſarius nō eſt occaſio ſcandali, ſed tollit ſcādalum peccati publici: nec pdit peccatū, ſed proditū iubet aboleri publica ſatisfact.

de ea re loquens, vel inteſtem vocatus nihil certius affirmet propter notitiam confeſſionis [b], cauendum eſt tamen periculum veniendi in ſuſpicionem de teſte confeſsionis [c]. ſi ex indicijs ſcio tali hora & loco abciſam mihi fuiſſe crumenam: & fur mihi confiteatur ſe clerico ſubuliſſe crumenam, licebit dicere tali hora & loco factum eſt id furtum, & probare quod tunc nō aderat ibi alius, præter iſtum: & ob hæc indicia per iudicem petere crumenam [d]. in his caſibus ita ſe debet habere confeſſarius poſt confeſsionē, vt ante [e]: quanuis prudenter vti poſsit notitia confeſsionis.

2. Quando per confeſsionem agnoſcit imminere mala, vt proditiones in ciuitatem vel principem, vel quod hæreticus praua doctrina molitur infectionē multorū: nec admonitus pœnitens vult reſipiſcere, aut denuntiare mala impēdentia: poteſt verbis generalibus admonere eos quibus malū præparatur, vt ſibi aut gregi conſulant [f]. vt ſi prælato dicat, vigila ſuper gregem, quia graſſantur lupi: & in hac vrbe prouide prædicatores ſanæ doctrinæ, quia ſunt quidam hæretici, vel multi Sodomitæ. niſi periculū ſit quod ob id tantum dictum veniet in illorū notitiam, & contra illos procedet in foro exteriori: item claude portas vrbis aut domus, caue à tuis inimicis: ne ſis circa tui curā negligēs [g].

3 Id licebit quando ignotus eſſet qui malū parat. ſi tamen quia vni cum habet inimicū, ſuſpicari poſsit, cautus ſit ne ad particularia deſcendat, vnde indirecte detegat ſigillum [h]: quia nō tenetur ex caritatē, nec licet impēdire mala, quando id fieri non poteſt abſq; ſuo & ſacramēti præiudicio [i]: id enim mediū non eſt tali fini proportionatum, vt nec mendacium vel adulteriū, quia hæc ſunt intrinſecè mala contra præceptum negatiuū. ratius dicat Prælato vel Prælatæ Monaſterij, claude hanc feneſtrā [k] vel foramen, quia propter religionis decentiā non decet eſſe apertum. ſed ne dicat vigila ne hac via exeant regulares [l]: monitio enim per confeſſarium facta vix caret ſuſpicione. poteſt tamē prælatus dicere vigilatori, vt frequentius incedat verſus hanc aut illam partem & locum monaſterij.

4 Si tempore præcepti aut moris conſueti in quo confratres vel ſcholares aut alij ſimul communionem accipiunt, negauit abſolutionē vni: qui ne in ſuſpicionem veniat rogat ſibi dari ſchedulam cōfeſsionis, dare expedit [m], licet ille forte non redeat ad recipiendam dilatam abſolutionem, poſſet tamen negare illam confeſſarius [n]: nec enim tenetur cooperari occultationi peccati. vt dū filiā matris indiuiduā comitem, non abſoluit ex cauſa neceſſaria, non debet pro illius diſsimulatione fingere, dando ei poſtea hoſtiā non conſecratam [o]: nec tenetur ſimulare ſe euchariſtiā in os illius mittere [p]. ſed qui ſponte peccat, ſibi prouideat quomodo peccatū occultet. Parochus enim qui audiuit cōfeſsionē vtitur iure ſuo, dū monet, ne indignus cōmunicet etiam in paſcha: vel ſi imponat ieiunia etiā panis & aquæ [q], & abſtinere à conſuetudine conſanguinei procacis, quanuis in ſuſpicionem veniat: melius eſt enim prouidere neceſſarium remedium ſaluti animæ quam famæ.

5 Si iudex præſertim eccleſiaſticus, vt eps aut Inquiſitor, reos mitteret ad cōfeſſariū doctū, vt per illius hortationē & præceptum cōpellantur ſyncerè confiteri veritatē debitam, detegendo peccata & impedimentū matrimonij, aut cōplices, quādo tenētur: nihil ſit cōtra ſigillum [r]. ſed caute eo remedio vtendū eſt & cum magna prudentia confeſſarij [s].

g hæc & ſimilia verba cōcedūt dici Doct. ſup.

h i ſup. ca. 20. §. 4. monent Doct. ſup. & habetur. c. omnis. Sylueſt. confeſsio. 3. §. 14. D. Tho. quodl. 5. ar. 13. Henric. ſup. Richar. Med. Roſel. Ang. Palac. Nau. c. 8. n. 12. in. ca. ſacerdos. num. 135. Soto. a. 5. col. 5.

k l Doctor. ſup. quia ſermones in particulari magis ſunt ſuſpecti. ſic Prædicator aut confeſſarius Iudicis poteſt ei dicere in generali, ſuſpende latrones qui graſſantur in vrbe: ſi tamen diceret ſuſpende iſtum latronē, & ſuo conſilio mouet, ſit irregul.

r s Soto. d. 18. q. 4. a. 6. col. 3. & rel. ſecret. mem. 3. q. 4. cōc. 5. lib. 5. iuſt. q. 6. ar. 3. Ledeſ. q. 10. ar. 3. dubio. 2. quāuis enim taxent Iudices, qui nimio zelo inquirēdi occulta mittunt reos ad confeſſarios: non tamen dū moderate id committunt prudenti confeſſario, vbi nō timetur periculum quod reus mentietur in confeſſione, aut quod confeſsio ſiet exoſa.

[t] Sup.cap.20.§.1.lit. C. [u] ſic cenſores fidei exigunt iuratam promiſsionem à reis, ne manifeſtent ſibi dicta aut facta.

6 Pœnitens non tenetur ſubſigillo ſilere conſilium, vel res graues ſibi à confeſſario dictas [t]: ſed ex ſecreto naturali quando per accidens cedunt in graue damnum alicuius, vt iuramento compellitur reus aut teſtis tenere tacita, quę ſibi dicta aut facta ſunt per iudices ſancti officij [u]. cedunt vero in infamiam cōfeſſarij, ſi pœnitentes ſine cauſa dicant iſtum paſsim negare abſolutionem ſine cauſa: propter quod reputatur indoctus & officio indignus. Aliquādo tamen tenetur pœnitens denuntiare confeſſarij crimen: vt ſi ille fœminas in cōfeſsione aut circiter illam ſolicet ad malum: vel vt fœmina vitet moleſtiam propriam, quam à confeſſario patitur, aut aliorum periculum.

## CAP. XXIII.

### An liceat vti notitia per confeſſiones habita.

*§.1.2. Licet de licentia pœnitentis: ſed caute concedat pœnitens.*

*3 Prælatus, aut Prædicator quali notitia iuuabitur?*

*4 An liceat negare votum ob crimē in confeſsione notum?*

*5 At poteſt illum eligere. an liceat priuare officijs, aut legato.*

*6 De Prælato & Magiſtro Nouitiorum. cur in quibuſdam Relig. fiant confeſsiones Prælato?*

*8 Quid circa peccatum complicis, & ne exploret per alium.*

*9 Ne inquirat contra notum ex confeſsione etiam regularem.*

*10. Quid ſi peccatum ſit contra bonum commmune.*

*11. Non tenetur pœnitens in confeſſione reuelare perſonam.*

QVia ſigillum ſtricte obligat in reuerentiam ſacramenti [a], quidam Doct. [b] videntur negare de pœnitentis expreſſa licentia, etiā in bonum ipſius poſſe confeſſarium illud peccatum detegere [c]. at reuera licet [d]: & perinde valet vnum verbū licentiæ, ac ſi reſpectu huius intelligentis, longa narratione extra confeſsionem pœnitens repeteret ſigillatim omnia. & dū ſic cedit iuri ſuo, nihil fit contra reuerētiam ſigilli & ſacramenti. & licitum eſt illa occulta ſcientia & licentia vti in bonum commune, aut pœnitentis, aut alterius [e]. cauendum tamen eſt ne petatur vel detur hæc licentia circa peccatum proprium, vel cōplicis ſine cauſa honeſta & graui [f]: nec confeſſarius vtatur illa, niſi ſic detur abſque metu, ſpōte & expreſſa [g]: periculum enim eſſet vti tacita & præſumpta [h]. nec ſi licentia vergeret contra bonum pœnitentis ſpirituale vel temporale [i], aut cum periculo ſcandali. Alias redderetur confeſsio odioſa & oneroſa, ſi prælatus illa per metum etiam reuerentialem vel fraudem aut importunas preces extorta abuteretur, vltra limites licentiæ datæ: quia hæc non extenditur vltra rationabilem voluntatem concedentis [k].

CAP. XXIII.

[a] Sup. cap.19.§.3.E.concil.Lateranēſ.2.ſub Innoc. III. cap. omnis. de pœnitentia. & remiſſio.ca.ſacerdos, de pœnit.diſtin.6. Triden.ſeſſ. 14.cap.5.ad fin.can.6. & 10. Doctor. diſt.21. Soto. diſt. 18. quæſtio. 4. artic. 5. D. Thom.add. quæſtio. 11. Ledeſ.q.10. Aſtenſ. libr. 5.tit. 20. & alij ſup. cit. [b] Alexan. 4.par.queſt. 78.mem.2. art. 3. Scot. diſtin.21.q. 2.ad. 1. Almain.q.1.fi. Aureol. Durand. quæſt. 4. Maior.q. 3.argum.3. Gabriel. q. vnic. art. 3. dub. 4. (ſed falſo tribuit Bona. & Richard.) tenet Angel. cōfeſsio.8.§ 5. collectar. in.ca. omnis n. 63. Landulph.d.21. At illos exponit Sylu. confeſſ.1.§. 24 quando eſſet formaliter fractio ſigilli. ſi tamen licentia pœnitentis ſit expreſſa & ſpontanea non ita eſt: quia perinde eſt ac ſi extra confeſsionem vno verbo repetat omnia. ſup. lib. 2. de pœnitentia. cap. 10. [c] quia licet ceſſet vna ratio legis in particulari, nempe in fauorem pœnitentis, ſed nō ceſſat lex, propter bonum commune ſacramenti: ac ſubinde aiunt vt ſi opus ſit, roget pœnitentem vt finita confeſsione expreſſe & ſigillatim narret omnia. [d] ſup. lib. 2. de pœnitentia. cap. 10. commu. & recepta ſentētia D. Tho. diſtinct. 21. quæſt. 2. art. 2. (ſeu add.q.11.4. vbi recent.) Bonauen. in. 2. par. artic. 2. q. 2. Richard. artic. 4. quæſt. 1. ſupplement. quæſtio. vni. Palud. q. 3. nu. 42. Palac. q. 2. Soto. diſt. 18. quæſt. 4. artic. 6. & relect. memb. 3. quæſt. 4. concluſ. 5. dub. 4. vbi Cord. Adrian. quæſtio. de ſigill. §. ſed probabilior Henric. quodlib. 7. quæſtio 26. Ledeſ. quæſtio. decima. artic. 4. Medin. de confeſſ. fol. 124. Victor. §. 170. Angles. Flor. Theolog. de confeſ. articul. vltim. frat. Ludouic. 1. parte inſtruct. cap. 37. Bañes. 2. 2. quæſtio. 33. articulo. 8. frat. Medin. lib. 2. capit. 4. Anton. 3. part. tit. 22. cap. §. 1. Sylueſt. ſup. & confeſſor 3.§. & 5. ſupplem. Piſan. Roſel. Petr. Soto. de confeſſ. lect. 11. Nauar. cap. 8. numer. 2. & 15. capit. 17. nu. 23. capit. 18. numer. 52. ca. ſacerdos. numero. 127. 151. & ſequent. Vrguer. capit. 16.§.4. verſ. 20. Aſtenſ. libr. quinto. titu. 20. Couarru. 2. part. ſponſ. cap. 8. §. 12. num. 11. cū Pan. Felin. cap. teſtimonium. de teſti. Lapo. Ripa. Calder. Hippolyt. Antoni. Gabriel. tom. 2. libro. 7. titulo de criminal. ad fin. Card. dict. capit. ſacerdos Archid. cap. ipſi Apoſt. 2, quæſtio. 7. Ioan. And. cap. dilecta. de renunt. [e] exempla ponit Nauar. cap. ſacerdos. num. 124. [f] Soto. Couarru. Vict. fra. Medin. Angles. Nauar. cap. ſacerdos. num. 158. cum D. Thom. Palud. Anton. [g h] ſup. cap. 10. Medin. fol. 115. fra. Medin. Ledeſ. art. 4. dub. 8. & art. 5. dub. 2. concluſio. 1. Angles. [i k] Doct. ſup. ſic priuilegium aut votum quod eſt lex priuata inducit effectum vel obligationem vltra intentionem vouentis aut concedentis. [l m] Semper



2 In qua danda cautus ſit pœnitens, ne forte data licentia quanuis abſque cauſa, impune abutatur confeſſarius ſine periculo ſigilli, in dānum ipſius aut complicis. Expedit interdum vt pœnitens reſtringat licentiam in circūſtantijs: ne confeſſarius dicat niſi vni, ſub eodem onere ſigilli [l]: nec manifeſtet quis ei dixerit, nec tempus vel locum, ſed nudum factum, quantum ſatis eſt pro capiendo conſilio, vel vitando periculo damni. & ſane licentiam reuocare pœnitens poſſet, antequā illi dicat [m]. communiter ne dicat cōfeſſarius ſe in cōfeſsione audiſſe, [n] & cum licentia loqui: ſed vtatur notitia quam ex licentia habet extra confeſsionem. interdum tamen valet id dictum confeſſarij cum licentia, vt probetur reus eſſe emendatus de crimine & ſcandalo [o], & abſolutus ab excōmunione [p]: & prodeſt etiam apud iudicem benignum in foro exteriori [q].

3 Confeſſarius non prohibetur fieri prudentior & cautior per confeſsionum auditarum experimēta. [r] hinc enim ſummus Pontif. vel epiſcopus poteſt promulgare legem vel edictum in communi etiam ſub excommunicatione, contra pernicioſa peccata, quæ nouit frequentari. ideo enim caſus reſeruantur [s], vt ſaluo ſigillo prouideatur malis & meliori gubernatione conſeruetur bonum reipub. Prædicator & publicus prælector ſic ex cōfeſsionib9 inſtructus poteſt in generali carpere grauia peccata [t]: præcauens tamen ne puſilli perturbati ſcandalizentur, qui eidē confeſsi fuerant. ob quod decet vt vbi communiter quis prædicat, non audiat confeſsiones: & confeſſarius Regis cauere debet corā eo prædicare de rebus ad eundem Regem pertinentibus [u]. 2. epiſcopus poteſt vti notitia confeſsionis, diſsimulata quadā dilatione, per quā indignis nō conferat literas dimiſſorias, quas reuerendas vocant: aut non admittat ad ordines ſacros [x]. ſimiliter decan9 aut Archidiaconus qui olim clericos ſibi ſubditos pręſentabat ad ordines, ne pręſentet quos ex cōfeſsione nouit irregulares & ineptos, niſi cōpellatur [y]. & vbi paſtor ex cōfeſsione nouit occultū matrimonij impedimētū, neget licentiā faciendi monitiones [z]: ſecus ſi quis iam habet reuerendas, aut fecit monitiones, & habet ius quæſitum vt dictum eſt [a].

4 Epiſcopus nō conferat beneficia (quæ ex beneuolentia cōferre ſolet cui vult.) ijs quos dicto modo nouit indignos [b]: niſi quādo collatio vel cōfirmatio debetur iā electo per concurſum, aut habenti præſentationis factæ ius. At ante electionem etiam in cōcurſu, eps vel elector poteſt occultū ſuffragiū negare indigno ſic noto [c], dūmodo nō ſequatur vel colligatur reuelatio cōfeſsionis: vix vero ſequitur. nā & in collatione curatorum per concurſum & oppoſitionē, pēdet electio huius inter multos fere ęquales ex gratia epiſcopi. [d] ſecus vbi vnus ab omnibus creditur longe dignior cæteris, cuius repulſio ſuſpicionem afferret id fieri propter confeſsionem eius auditam.

5 Qui tamen indignum ſola cōfeſsione notū eligit, qui exterius habetur dignus, nō incurrit pœnas iuris [e], quæ ſciēter eligēti indignū imponūtur, nempe ſi ſciat ſciētia humana. ſimiliter priuare poteſt eps officijs ad nutum amouibilibus [f]

dente vt reuocari poſsit prolibito. ſic quia œconomo dedit pecunias diſtribuendas in opera pia poteſt reuocare quia dominus eſt. [n] Nauar. ca. ſacerdos. nu. 154. & ca. 8. nu. 12. [o] Nau. ca. ſacerdos. nu. 127 151. [p] Nau. ca. 27. n. 43. & 272. cū Angel. ad fin. quanuis iura quæ citat id non ſatis probent Fr. Medi. & Fr. Ludou. facit Syluest. excom. 5. n. 26 [q] Fr. Med. lib. 2. ca. 12. ad fi. Fr. Ludou. & quidam Recēt. vt D. Mich. Coſta. & quidā Theologi. At ex rigore iuris prodeſt pro foro cōſcientiæ tantum (quod declarauerunt in ſuis iubilęis Pius V. Gregor. XIII. anno. 70. 74.) Couar. cap. alma. 1. p. §. 11. n. 16. li. 2. Variar. c. 10. nu. 3. & 6. facit in. c. Rainut. nu. 19. de teſtament. Perez. l. 1. tit. 8. lib. 8. ordin. col. 2. in. add. Simanc. de Cathol. inſtitu. ca. 8. n. 4. & add. nu. 18. Gomez reg. de non iudicando iuxta formam ſupplicat. q. 14. n. 3. Ledeſ. 2. p. q. 26. art. 1. ad. fin. [r] Doct. ſup. D. Thom. quodl. 5. ar. 13. Soto. d. 18. q. 4. a. 5. relect. m. 3. q. 4. Ledeſ. q. 10. a. 5. dub. 4. Syl. cōfeſsio. §. 3. 14. contra Henric. quodl. 8. q. 29. & 31. (quem alij falſo citant. q. 18.) & ait ita ſe gerere debet confeſſarius, ac ſi nihil audiſſet: quia neſcit vt homo. [s] Trid. ſeſſ. 14. ca. 7. [t] Soto. & praxis ſapientum Prædicatorū. [u] monet Soto. [x y] Trid. ſeſſ. 14. ca. 1. & d. eſt ſup. Sylu. ſibi autem imputent clerici indigni ſi non admittantur. quanuis ex repulſa crucientur etiam cum ignominia: quia ad dignitatem ſuæ ſaluti non neceſſariam, non debet accedere qui agnoſcit repelli poſſe. [z a] ſup. [b c] D. Tho. q. 11. art. 1. ad. 4. quodl. 5. ar. 23. Soto. relect. m. 3. q. 4. dubio. 1. poſt conc. 5. Ledeſ. ar. 5. dub. 4. (ſed falſo citant Adr. in oppoſitum fol. 138. cū pro nobis ſit. fo. 144.) Bon. d. 21. Scot. q. 2. Syl. confeſsio. 3. §. 14. Palud. q. 3. n. 60. Nauar. in. c. ſacerdos. nu. 146. addit Soto, nec curet de quacunq; ſuſpicione quam alij de ipſo habeant, dū vtitur iure ſuo p Doct. explicato: quia collatio beneficij eſt gratia, quę nō debetur huic particulari, niſi vt explicatur in text. [d] atque ita poſt concurſum licebit epiſcopo vti occulta & ſacra ſcientia. [e] Palu. q. 3. n. 60. Soto, Ledeſm. & multi Recē. (pro quo Nauar. c. ſacerdos. n. 148. falſo citat Adr.) at tēperādas eſſe quaſdā ampliationes Soti, & Nau. monet bene Bañes. 2. 2. q. 33. a. 8. & Recēt. [f] D. Th. quodl. 5. a. 13. & d. 21. q. 3. a. 1. Scot. q. 2. Rich. a. 4. q. 2. ad. 4. Bona. in. 2. p. a. 2. q. 1. ad. vlt. Palac. q. 2. p. 453. 460. Sot. d. 18. & rel. ſup. Ang. confeſsio vlt. §. 12. Roſell. confeſsionis celatio. §. 1 Nau. c. 8. n. 12. & c. ſacerdos. n. 78. cum. Palud. Adria. contra Pan. ca. omnis. Sylu. confeſ. 3. §. 14. fatetur Bañes, dub. vlt.

[g] Soto.diſtinct.18. [h] ſignifi.Soto.diſtinc.18. ſed vid.ſup.cap.22.§.1.D. [i] Diuus Thomas. & cit.F. [k] Diuus Thomas,quodlib.5.art.13. & citati.F.Palac.recent.fatetur Bañes. qua praxi dicũtur vti & ſapientes prælati in ordine prædicatorum, vt noua videri nõ debeat. quia Prælatus eſt pater ſpiritualis regularium, in multis renũtiat iuri ſuo in ſchola perfectionis & mortificatiõis.nec facit iniuriã ſubditis & ſacramento, qui prudenter vtitur iure ſuo: licet per accidens addatur onus aliquod confeſſioni: cuius onera cum fructu ingẽti compenſantur.

eos, quos ita nouit indignos & nociuos. ſic qui alterum volebat inſtituere hæredem vel dare legatum, poteſt ſecluſo odio & ſuſpicionis periculo mutare voluntatẽ ob ea quæ nouit ex confeſſione [g]: non tamen priuare re etiam ſuffurata alijs vel iure quæſito [h], niſi quatenus per exteriorem ſcientiam licet procedere ſecundum ordinem iuris.

6 In religione facilius ſaluo ſigillo fiunt ſimilia prædictis, vt vitetur non tantum cauſa ſed occaſio relapſus [i]. 1. vt indignus qui timetur nociturus non admittatur ad officia cõſueta quæ habent iuriſdictionem: vel vt admiſſus priuetur officijs ijs quæ quia ſine iuriſdictione ſunt, & ſolent abſque ratione pœnæ ad nutum amoueri [k] propter varias cauſas, vt diſpenſatoris & ſacriſtæ munus. ſic Parochus aut epiſcopus famulum quem ex confeſſione nouit ſuffurantem, poſſet remouere ab officio prætexens cauſam aliam, & clã poſſet rem ab iſto ſibi ſublatam recuperare [l], ſecluſo ſcandalo: poteſt etiam Generalis [m] prælatum inferiorem, ſi pernicioſus ſit, mittere in aliam regionẽ, vt ad Indos, ſub prætextu perfectionis. 2. elector aut Magiſter nouitiorum poſſet ſuũ votum occulte negare ei, quem nouit indignum [n] religione, profeſſione aut ordinibus ſacris. vix tamen id fieri poteſt publice, quando per capituli aut Diffinitorum vota, vel per reuerendas ſuperioris habet ius in foro exteriori, vt admittatur ad profeſſionem vel ordines, aut officium prælati [o].

7 Vt auferat peccati occaſionẽ negare poſſet prælatus viro ſic noto licẽtiam exeũdi domo: vel vt alius nociuus ad illum ingrediatur: poſſet claudere fores & feneſtras per quas mors intrat: erigere murum monaſterij, negare officium ei periculoſum. turpe enim eſt in religione ambire officia, & ex ambitu fit illis indignus. Rationem horum iuuat conſuetudo illa probata, qua prælatus ideo audit ſuorum confeſſiones ſaltem annales (vt ex ſtatuto pius mos à Pontificibus confirmatus viget in quibuſdam religionibus [p], & olim ſoli epiſcopi de reſeruatis abſoluebant, & ſoli parochi audiebant cõfeſſiones in paſcha [q]) eo fine, vt melius gubernet ſubditos in bonum ſpirituale ipſorum, conſolationem & directionem: & vultum ſui pecoris cognoſcat [r]: iuxta illud Ioan. 10. ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas. in quem finem boni ſpiritualis per ſe ordinatur confeſſio, tanquam medium ex inſtitutione Chriſti: vt fraterna correctio ordinatur in priuatum bonum fratris. nec iſtarum confeſſionum repetitio ordinatur per ſe in finem externæ & politicæ gubernationis.

8 Similiter nõ prohibetur prælatus vti prædicta ſcientia, quam forte per alterius confeſſionem de cõplice percepit, cuius curam gerit, vt vigilãtior fiat & cautior circa illum: & clam per ſeipſum exploret, repertumque in flagranti delicto ſatis eſt ſuffundere pudore, & corripere: nec licet procedere ad externam punitionẽ occulti. ſed nõ licet prelato parare inſidias per aliũ [s]: nec viſitatori licet ob hoc inquirere priuatũ per ſecretos exploratores, vel indirecte per inſolitas vexationes [t] cõtra iſtũ aut eius complicẽ, qui nulla externa infamia, aut indicijs notatus eſt:

[l] ſignificat Soto.rel.m.3.queſtio.4. dub.1.poſt quintã concluſ.

[m] Generalis enim vniuerſale bonum religionis intẽdẽs, vt cuſtos boni communis, habet plures cauſas vt poſſit remoueri ab officijs quibuſdam, aut mutare perſonas.

[n] ex Doct. cit. F. addit Soto. memb.3.quæſt.4.poſt.quintam concluſ.quando electio fit per vota publica, elector confeſſarius indigni (qui non eſt tantæ autoritatis vt generet ſcandalum, ex eo quod negat votum tanquam iniuſtus perſonarum acceptor.) poſſet negare votum, permittens alios male ſuſpicari [o] electio ſuperioris regularis (iuxta Trident. ſeſſ.25. regul. cap.6. & capit.quia propter.de elect.) fit. 1. per vota ſecreta & nunquam publicanda. Sylueſt.electio.2.§.1.Perez.l.2.tit.6.lib.1.ord.pag.259. & quolibet triẽnio, Trident.capit.8.deinde.2.iam ius ſuffragij non habet abſens ex Tridenti.(vt olim habebat in capitulo prouinciali apud prædicatores ex dic.cap. quia propter.& ca.pen.de elect.in.6. Sylueſt. elect. 1.§.3.) 3. elector debet eſſe profeſſus ſaltem tacite, & initiatus ſacris c.ex eo.de elec.in 6.Syl. elect.1.§.2. (vt ad vocẽ in eccleſia Cathedrali. Trid.ſeſ.24 cap.12.) addit.4. Sylu. §.4. requiritur ætas certa, vt in quibuſd. relig. 20. anni. 5. ne ſit cenſura ligatus. Sylueſt. etiã verb.interd. 1.n.4.& Nauar.c.27. n.21. in religione Societatis Ieſu, & Prædicatorum Generalis eſt perpetuus ſicut eps aut parochus: olim omnes ſuperiores Regularium erãt perpetui, qđ non expedit Nauarr. de regul. in.ca. nullam.n.3. & ſeq. addit cõgreg. Cardina. poſſet epiſcopus cum Vicario & Secretario vel, alio à ſe aſſumpto, vota monialium ore tenus expreſſa audire.

[p q] ſup.lib.2.de pœnit.ca.17.&.16. [r] Greg. in Paſtoral. Trident.ſeſſ.23.refor.cap.1. ideo requiritur reſidentia perſonalis in paſtore Bañes. 2.2. quæſt.33.art.8.dub.vlt. [s t] colligitur ex communi (quia eſſet indirecte prodere ſigillum.) Soto.diſtinct.18.quæſtio.quarta.artic. quinto. ad fin. & relect. memb. 3. quæſtio. quarta. Ledeſ. quæſt. 10.art.1.dub.4.Recent.





[u] Sup. [x] Bañes ſup.& D.Thom.2.2. quæſtio.72.art.3.cum Gregor.hom.9.in Ezech. & Regularibus dicitur eccleſiaſt. 41. curã habe de bono nomine. Prouerb. 22. melius eſt bonum nomen. de quo D.Thom.1.2.quæſtio.2.2.ad.primum.&.2.2. quæſt. 103. 1.ad.ſecundum. quæſt. 129.1.ad.2. Caiet. verb. contumelia vbi Angel. Sylueſt. Armil.fin. Soto.lib.quinto. iuſtit. q. nona. artic. 3. Ledeſ. 2. part. quæſt. 18. articulo ſecundo. fo. 245. Simanc.de Cathol.inſtitu. cap.56. numero. 1. & 5. Nauarro cap.18. numero. 61.& Hiſpa.num. 60. cap. inter Verba. concl.2.numer.28.Regularis in deſerto ſibi ſoli viuens poſſet contẽnere iniurias, nec reſpondere pro fama. (D.Tho.quodlib. decimo. artic. duodecimo, quodlib. quinto. articul. 26. Nauar.dict. cap. inter verb.) ſed Prælatus durante officio tenetur ex caritate reſpondere pro ſuo bono nomine, quando iniuſte infamatur, quia habet famam alligatam alijs pro bono exemplo: & ratione ſcandali permanentis non debet remittere iniuriam ſine ſatisfact. Nauar. capit. 18. num. 46. 61. vide num.28 Sylueſt. iniuria.§.quarto.vbi Alberic. Tabien.verb.caritas.§.10.Maiol.lib. quinto.de irreg. cap.17.num. ſeptimo. Petr. Nauar. libro ſecundo. de reſtitu.cap.quarto.num,123.389.& ſequent. At rigide quidam putant peccare contra iuſtitiam, Petrus.num.392.cum Soto.lib.quarto.iuſt. quæſtion. 6.3.ad quartum. Angles. de reſtit. famæ Maior. d. 15.quæſtio.16.Caie.& Armil.verb.detractio.propendet Peña. [y] de quibus Sylueſt. & ſummiſt. verb.inquiſitio.Nauar.cap.18.num. 38. capit. 25. num.46.cap. inter Verb. concluſ. 6. Dueñ. regul. 298.D.Thomas.2.2.quæſtio.68.Caiet. quæſt. 69. [z] Soto.relect.mem.2.quæſt.6. [z] Auguſt. in Regul.cap.23.tom.1.fin.cum quo D.Tho.2.2. quæſt. 33.artic.4.ad tertium.Caietan.ibi articulo.3. (ſed addit Bañes.artic. 3. dub.2.conc. quarta.&.articu.8. dub. 2. ad quartum prælatus temperate vti debet medijs proportionatis) quidam Doctor. exponunt Matt. 18. adhibe teſtes. i. exploratores, vbi D.Tho. Caieta Lyra. Hugo Card.

nec per repertam ſchedulam [u] peccatorum.

9 Præceptum eccleſiæ de non inquirendo contra occultum, quando non præceſſit infamia, (quod eſt valde conſentaneum diuino & naturali.) dat ius conſeruandi bonum nomen: cui iuri regulares non renuntiant [x], & Prælatus etiam regularis qui falſo infamatur tenetur arctius cõſeruare bonũ nomen. Quare etiam regulares ante infamiam ſunt immunes à rigore priuatæ inquiſitionis, præterquam in paucis caſibus contra bonum commune [y]. Prælatus religionis cum ſit iudex & cuſtos perfectionis (quæ pertinet ad bonum commune religionis) poſſet generaliter inquirere per ſecretos exploratores [z]: & dum viſitat, habere ſpecialem attentionem ad illos [a] quos improbos nouit ex auditis in confeſſione: & cum deferuntur perpendat cauſas, & diligentius inuigilet ſuper gregem. temperate tamen vtendum eſt ea ſcientia, & medijs tantum proportionatis ad finem.

10 At quando peccata contra bonum commune ſciuntur extra confeſſionem, aut de illis prælatus coniectat per magna indicia & ſuſpiciones [b], vt debet inquirere diligenter: ita ſcientes qui denuntiare iubentur, tenebuntur communiter abſque præuia correptione fraterna, iſtos nulla adhuc infamia notatos denuntiare principi aut fidei cenſoribus [c]. & hic deprehenſus tenetur occultos complices manifeſtare iudici [d]. quia omnes conſeruare debent bonum cõmune quod diuinius eſt: quanuis priuatus impius detrimentum famæ patiatur.

11 At in foro pœnitentiæ nunquam pœnitens cõpellitur directe manifeſtare perſonam cõplicis, aut alterius delinquentis: ſup.lib.2.pœnit.cap.9. quanuis aliquando ea manifeſtatio liceret: quia confeſſarius nullum in eo foro ius habet coercẽdi, puniendi aut denunciandi reos illos: ſatis implet obligationem pœnitens, ſi per ſeipſum vel per alium à confeſſario praſtet quod poteſt. fit etiã licite ſpecialis inquiſitio quando non agitur ad punitionem ſed ad cognoſcenda merita hominis, cũ de illius promotione ad dignitatem & officium agitur. [e]

## *CAP. XXIIII.*

### Vti ſciẽtia ſuperioris ordinis, quãdo non ſit contra præceptum.

§.1. *Licet vti medio ſupernaturali ad finem naturalem &c.* §.7. *nec præuerti ordinem rationis.*

2 *An liceat vti ſciẽtia ſaluo ſigillo.*

3 *Et interdum tenetur.*

4 *Factis quæ non ſunt ſigna, licet præuenire malum.*

5 *Vt in caſu de duobus latronibus.*

6 *At non licet verbis prodere.*

8 *Male conqueritur pœnitens quod prælatus vtatur iure ſuo.*

[a] colligitur ex dictis & poſſet Prælatus occulte per ſe ipſum explorare, vt occulte corripiat deprehenſum in periculo peccati: ſed hac ſciẽtia, quia eſt priuata, & occaſione confeſſionis orta, non licet occulte deprehẽſum punire. quidam Recẽt. Diuus Thomas.quodli. quinto.artic.11.Soto. relect. memb. 3. quæſtio. 4. dub. primo poſt quintam concluſ.Bañes dict. artic. 8. dubio vltimo. Niſi poſſet illa exteriori ſcientia procedere ſecundum ordinem iuris: vt Soto bene ſignificat, ſecluſo ſcandalo.

[b] Diuus Thomas.2.2.quæſtio.33.artic. ſeptimo. ad.5. [c] quia correctio ſecreta vt non obligat in delictis publicis, ita nec in illis quæ ſunt contra bonum publicum: & minus in hæretico.

[d] Nauar. capit. decimo octauo. num. 58.59.

[e] cap. cum in multis. capit.cum dilectus.de elect. Abb. in capit. 1. de offic.ord.non tamen permittitur iure Canonico aut Ciuili ea inquiſitio, quę ordinatur ſolum ad puniendum præteritum, Nauar. capit.inter Verb.concluſ.ſexta.Corola. 63. numero.179.

## CAP. XXIIII.

Svp. a b cap.22.vid.23. c factis & rebus externis quia de ſe non ſunt ſigna, habet homo ius vtendi quando ſunt neceſſaria pro vitæ aut honoris defenſione D. Thom. 2.2. quæſtion. 111.

Non vetuit Chriſtus aut eccleſia, vti ſupernaturali re, aut ſcientia propter commune Reipub. bonum etiam temporale conſeruandum ( Chriſtus enim dum erat viator vtebatur ſcientia infuſa ad vitãda pericula tẽporalia : Eliſęus dono prophetiæ impediuit hoſtium bellicas inſidias ) nec eſt illicita ordinis præuerſio, ſi ſupernaturalis cauſa & ſpiritualis ordinetur, ſecundario fine in remedium efficacius boni tẽporalis. Sic Deus incarnationẽ filij ordinauit, vt cauſa eſſet noſtrę ſalutis ſpiritualis & corporalis: eccleſia miſſas ꝓceſſiones & litanias dirigit ꝓpter pluuiã impetrãdam, & in ſubſidium peſtis & belli. Paul. 1. ad Tim. 2. orandum docet vt trãquillam vitam agamus in hoc ſæculo : iuramentum diuini teſtimonij cõfirmat contractus etiam ciuiles : & pro temporali pace fit aliquando ſacramentũ matrimonij inter principes ſanguine coniunctos: ſacramentum extremæ vnctionis ſecundario ordinatur in robur & ſanitatẽ corporis, quã aliquãdo cõfert, vt baptiſmus cõtulit Conſtantino : gratia & charitas iuuat ad temporalem miſerationem proximorũ, & ad præcepta etiã naturalia efficacius implenda. nec enim ꝓhibetur vllo præcepto vt inter fines inæquales, melior ꝓxime dirigatur in minorẽ, quãdo vterq; tandẽ ordinatur in bonum commune & Dei gloriam.

2 Sic in raro caſu ( ne periclitetur commune bonum ſpirituale cõmunitatis ) licebit cautiſsime ſaluo omnino ſigillo, & de licentia obtenta pœnitẽtis, vt ſupra explicatum a eſt, vti notitia confeſsionis: bona enim totius gubernatio pendet ex priuatis ſingularium partium bonis, vt in dicto caſu proditionis & hæreſecos, vel ſiquis multas pœnitentes occulta intra confeſsionem ſollicitatione corrupit : ſi medicus pro medicamento venena propinet, vel ſi quod malum ſerpat vt cancer in ruinam religionis.

3 Tenetur ſimiliter confeſſarius ex caritate impedire ea mala omnimodo quo abſque ſacramenti præiudicio poteſt, quando non ſatis eſſet monere pœnitentem, vt ceſſet aut denuntiet, nec in communi monere prælatum & principem vt vigilet ſupra gregem b & populum

4 Perpendat ergo ſiquid poteſt iuuare vtens ſacra notitia confeſsionis, non quidem verbis ſed facto c aliquo, ad quod ius habeat. ſic abſque mendacio. Luc. 24. Chriſtus factis finxit ſę longius ire d: & ſub veſte monachi aut pagani licet ex cauſa laico occultare ſe e, licet alij ſuſpicione decipiantur: quia hic permittens falſum, habet ius vtendi his rebus, quæ de ſe non ſunt ſigna. (cauenda tamen eſt doloſa intentio f frangendi indirecte ſigillum:) vt pro indemnitate propria, ficto caſu qui vix cõtingit, ſi quis mihi celebranti dedit venenum in calice g, & facta conſecratione confiteatur mihi periculum, non debeo calicem ſumere : ſed conſueto miſſalis remedio vti, quicquid ſuſpicentur aſtantes.

5 Si conueniant duo latrones vt me iter facientem occidant in ſilua, & ſocios meos, licebit fuga & conſilio euadere periculum h. neq; eo facto quod mihi dat ius ad vitam, dicor reuelare confeſsionem: quanuis latrones factum intelligant i. ſi nouit ſequenti nocte conueniſſe quoſdam vt domum amici diripiant, & illum occidant, nec aliter

ſummiſ. verb. ſimulatio. ſic Iudith ſimulauit dũ ad Holophernem venit: & Iacob, indutus veſte primogeniti. quidam Patres quadam ſimulatione occultarunt pro tempore veritates aliquas : quos excuſat à mendacio & peccato D. Tho. 2.2. quęſtio. 110. artic. 3. cũ Aug. & Patrib.

d D. Thomas. 3. part. quæſt. 54. 3. cum Grego. & Auguſt

e Bañes. 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. dub. primo. vbi Peña, & Recent. Caietan. & Syluest. verb. habitus Angel. infidelitas. vbi Tabie. & Armil. Anton. 2. part. titu. 12. capit. 6. Nauar. cap. 11. numero 25. fin.

f ſimulatio quæ fit factis, cũ animo decipiendi eſt mendacium operis D. Thom. 2.2. quæſt. 111. ſummiſt. verb. ſimulatio Bonauent. 3. diſtinct. 38. Nauar. capit. 18. num. 8. Viguer. cap. 5. §. 12. verſ. 2. g Diuus Thomas. 3. par. quæſt. 83. artic. 6. ad argum. Soto. diſt. 13. quæſt. 2. art. 3. Scot. diſt. 21. q. 2. art. 3. Gabr. q. vnic. art. 3. dub. 1. ad. 4. Maior. q. 3. ad. 2. Soto. relect. mem. 3. quæſt. 4. dub. 1. caſ. 2. Syl. confeſſor. 3. §. 19. communior Recent. (alias ſumpto veneno occideret ſe, quod eſt intrinſece malum. ) At quod Soto. diſtinct. 18. quæſt. 4. art. 5. trepidans monet petere licentiam à pœnitente reuelante mihi periculum, quam ille tenetur dare ( Ledeſm. quæſtio. decima. artic. primo. & ſcrupuloſius Richar. art. 4. quæſt. 2. ad. 3. Henric. quodlib. 8. q. 29. & 31. ) limitandum eſt. ſi non tantum mihi ſed alijs immineret periculũ, quos monere non liceret niſi reuelato ſigillo : tunc enim petenda eſt licentia pœnitentis.

h Scot. Gabriel. Maio. diſt. 21. Palac. quæſtio. 2. Palu. q. 3. vbi D. Thomas. quæſt. 3. 1. 1. ad. 3. Soto. diſtin. 18. quæſtio. 4. art. 5. col. 6. rel. mem. 3. quæſt. 4. Ledeſ. artic. 1. dub. 8. artic. 5. dub. 4. fin. Adri. de confeſ. quæſtio. quinta. dub. 10. Angel. confeſſio vltim. §. 7. caſ. 5. & §. 12. Sylu. confeſsio. 3. §. 14. Armil. confeſſor. §. 12. Recent. ( contra Richar. ſup. ) addit Bona. quod dũ nouit imminere periculum mortis alijs, licebit monere illos verbis generalibus, vt caueant & fugiant. Frat. Alex. lib. 1. tit. 7. capit. 2. Bañes. 2. 2. q. 33. artic. octauo. dub. vltim. i ſup. ſic prælatus factis ( ſaluo ſigillo. ) corripit ſubditos, quorum confeſsiones audiuit, remouendo ab officio ad nutum amouibili, & ab externis occaſionibus vt dictum eſt.

k Ledeſ.



malum impedire poſſum, licebit vti notitia confeſsionis, & amicos inuitare vt tota nocte ludamus in domo amici k: quanuis inde ſequatur, vt qui malum intentant comprehendantur in delicto.

6 At non licet confeſſario verbis l, quæ per ſe ſunt inſtituta, vt ſint occultæ conceptionis & affectionis ſigna m, dicere prælato vel alteri indignitatem Petri etiam in communi, quam ex ſola confeſsione ipſius aut complicis nouit, vt impediatur malum etiam grauiſsimum quod imminet in rempubl. vel ne prælatus ei nocituro conferat beneficium aut officium: vel ne quis iam paratus, teſtamento vel donatione illum bonorum hæredem inſtituat, aut legatum ei faciat n. quia quanuis re ipſa indignus ſit, habet tamen iuſtum acquirẽdi modum in foro exteriori, & bonam famam: qua ſi per verba priuetur contra ius & fas, redundat indirecte contra ſigillum confeſsionis. factis vero quæ per ſe non inſtituuntur vt ſigna aliarum rerum, vti pro tuendo iure proprio vel proximorum & reipub. Chriſtus non vetuit, & in eccleſia admittit vſus ſapientum o, abſque ſigilli violatione.

7 Per hoc non præuertitur ordo rationis & legis. nec per hoc ſententia abſolutionis quam prælatus confeſsionem audiens impendit, ſubijcitur exteriori foro gubernationis aut denuntiationis : vt quidam falſo colligunt. manet enim ſtabilis ea ſuprema abſolutionis ſentẽtia, nec per vllam appellationem alterius fori ſuſpenditur: ſed occulta & ſupernaturalis ſcientia quam acquiſiuit confeſſarius vice Dei, ordinatur ſaluo ſigillo (vt & de licentia pœnitentis ordinari poteſt) in bonum publicum gubernationis in caſu raro : ſicut de ſcientiæ infuſæ & propheticæ ordinatione & directione dictum eſt.

8 Si forte pœnitens aut complex conqueratur, & inſimulet confeſſarium de reuelata confeſsione per huiuſmodi facta: cõtemnendus eſt: quia ſuo iure vtitur confeſſarius p: & ei magis credendum eſt, quàm pœnitenti. ſi tamen reus teſtibus apud prælatum comprobaret reuelantis confeſſarij culpam, debet hic compurgare probans aliqua ratione ſe illud extra confeſsionẽ agnouiſſe, vel habuiſſe pœnitentis licentiam. ſup. capit. 19. ad fin. aut nihil verbis reuelaſſe : ſed in factis vſum fuiſſe iure ſuo. ſic dum pro officio iudicis conſcientię, imponit graues pœnitentias & cautiones, non ſibi imputatur quod hinc alij ſuſpicantur malum de tali pœnitente. ſup. lib. 2. pœnit. c. 21.

## CAP. XXV.

### Licet ſigillum extendatur ad aliena peccata : non tamen inquirendum eſt de perſona complicis.

§. 1. *Peccatum complicis ſi forte agnoſcatur, cadit ſub ſigillo aut ſi detegat abiectum genus.*

2. 3 *Prælatus non inquirat in confeſsione de alienis : & multo minus per exploratores.*

4 *Moneat, ne perſonam alterius nominet.*

5 *Prohibetur per confeſsionem inquirere, ſicut & per iudicium Aſtrologi.*

6. 7 *An interdum liceat interrogare de alienis.*

8 *Dum opus eſſet, expedit ſibi dici extra confeſsionem.*

Svb ſigillo cadunt primum pœnitentis peccata, aut quæ ſua fiunt, licet ſimul aliena ſint a, vt ſubditorum crimina fiunt etiam

k Ledeſ. & quidam Recent. l m Ariſto. 1. periher. cap. 9. nunquam licet mentiri verbis, & tamen licet ſimulare factis ( vt ſi quis laicus dicat ſe eſſe monachum, mentitur: non tamen ſi ex cauſa ſe ſimulate occultet ſub habitu monachi.) addit Bañes 2.2. q. 3. art. 2. dub. 1. con. 4. apud Indos rogabãt hominẽ Chriſtianum priuata aut publica autoritate, (vt nationẽ illi⁹ inueſtigarent) an eſſet Chriſtianus? ( id eſt, an ſit Hiſpanus & hoſtis,) nec peccaſſe ita negantes, iuxta interrogantis intentionem.

n Soto relect. m. 3. q. 4. dubio. 1. poſt. 5. conc. & quidam Recent.

o Cuius rei multa exempla affert Nauar. in capit. ſacerdos. numer. 124. & citat Doct.

p Syluest. confeſsio. 3. §. 14. multi Recentio. fatetur Henric. quodlib. 8. quæſt. 29. ( ſed nimis extendit) colligitur ex D. Tho. quodliber. 5. artic. 13. At quia ad finem cõmuniter id non eſt medium opportunum, prælatus id facere non debet ex quo pœnitens ſuſpicetur moleſtiam inferri ob notitiam confeſsionis : Angel. ſup. Roſel. cum Richard. diſt. 21. art. 4. quæſtio. 2. ad. 4. & pœnitens iuſte conqueritur. 1. ſi prælatus licentia ſibi data abutatur contra complicem (vt ſi contra ordinem correptionis & caritatis illum infamauit.) 2. ſi per metum & fraudem extorſit licentiam à viro ſimplici & ignorante. 3. complex iuſte conqueritur, quod prælatus pœnitenti cõtra alium detrahẽti crediderit: ( cũ reprehendere debuiſſet tentantem in confeſsione impune detrahere.) D. Thom. opuſ. 12. capit. 6. Nauar. capi. 7. num. 2. Bonauent. diſt. 21. articu. 1. quæſtion. 3. Frat. Medin. libr. 2. capit. 4. Bañes 2. 2. quæſtio. 33. artic. 8. dub. 8. part. 1. & par. 3. ratione. 2. communis Recentior.

CAP. XXV.

a Psal. 17. ab alienis parce ſeruo tuo (quæ homo interdum ignorat) & quanuis. 1. Corin. 4. nihil ſibi conſcius ſit, non in hoc iuſtificatus eſt. Trident. ſeſſ. 6. cap. 9. fin. capit. 16. fin. Hæc aliena in ordine ad meã confeſsionem decta; cadunt ſub ſigillo. D. Tho. diſt. 21. q. 3. 1. 2. Soto. diſt. 18 q. 4. artic. 5. con. 2. relect. mem. 3. q. 4. con. 3. Rich. d. 21. art. 4. Palac. q. 2. p. 453. Ledeſ. q. 10. art. 1. & 5. Ang. confeſsio. vlt. §. 17. Syluest. confeſsio. 3. §. 6. Fr. Medin. lib. 2. cap. 4. §. 1. Bañes. 2. 2. q. 33. art. 8. dub.

Paſtoris negligentis. 2. quando aliena pertinent ad circunſtantias b, infamiam vel declarationem proprij peccati: vel ad ſtatum propriæ perſonæ, vt peccatum complicis, de quo ſupra [c]: ſi hæc prudenter in ſola confeſsione manifeſtentur, præſertim cum aliquo ordine ad peccatum magis declarandum, aut peccati periculum. vt ſi ſe frigidum & matrimonio ineptum dicit, vel Petrũ vendidiſſe gladium tali homicidæ. 3. ſi quis dicat abiectum & impurum genus parentis d, quod redundat in propriæ infamiæ circunſtantiam. Nam ſi complicis crimen infame detegeret confeſſarius, facile eſſet illo detecto agnoſci crimen pœnitentis: & poſito eo periculo excuſaretur pœnitens ab illius peccati aut circunſtantiæ confeſsione. quod ſane ſuaue confeſsionis iugum redderet moleſtius: cum tamen Chriſtus poſito ſigillo velit neminem deterreri, ſed allici omnes ad confeſsionem.

2 Quo circa non licet prælato per exploratores inquirere de aliorum peccatis, quæ nouit ex aliena confeſsione e: nec poteſt à pœnitente, exigere aut illum iure compellere per præceptum, comminationem vel ſuſpenſionem abſolutionis f, vt ſibi manifeſtet alienam perſonam: quando nullo modo eſſet neceſſe vel opportunum ad præſens iudicium & bonam pœnitentis conſcientiam. nec pœnitens tenetur ad mentem iudicis reſpõdere, dũ in generali inquirit de peccatis à quibus directe fuerat abſolutus g, nec debet quando quorundam confeſsio afferret ſibi vel alijs probabile periculum grauis damni: ſup. lib. 2. de pœnitent. cap. 12. & multo minus rogatus de aliorum peccatis nihil ad integritatem huius confeſsionis pertinentibus. ſup. lib. 2. cap. 9. ad fin. quia in foro pœnitentiæ hic non magis eſt iſtorum iudex, quàm ſi quis ſine iuriſdictione contendat excommunicare & incarcerare aliquos, fingens ſe prælatum aut viſitatorem aut ſanctæ inquiſitionis iudicem vel familiarem [h].

3 Cauere debet confeſſarius ne rudes viros, aut inexpertas fœminas interrogatione & ſcrupulis i fallat. Simplices enim ſic rogati ne ex conſcientiæ ſcrupulo videantur incurrere mendacium, victi autoritate prælati confeſsionem audientis manifeſtant interdum incaute occultum complicem, vel aliud malũ: quod ita manifeſtare re ipſa vergit contra caritatem proximorum. ſup. lib. 2. capit. 9. & ſane prælatus peccaret, ſi licentiam extra confeſsionẽ peteret, vt abutatur ea notitia, quam ab ignorante & inuito extorſit [k]. & forte continget vt per illum complicem data ſimili licentia prodatur & iſte pœnitens, contra intentionem licentiæ à ſe datæ l.

4 Confeſſarius ergo tanquam doctor potius moneat, ne alienam perſonam nominet, nec hiſtorias narret: ſed ſimplici & pura m confeſsione dicat quæ pertinent ad propriam obligationem & peccata: vel non niſi quando opus eſſet ita explicare, vt à confeſſario capiat neceſſarium cõſilium aut auxilium. ſuauis enim debet eſſe confeſſor & abſtineat rogare difficilia, quæ nihil ad abſolutionem faciunt. difficilius vero aliquando pœnitenti videtur explicare eos complices qui ſunt autoritate & fama potentes, & qui ſeipſos huic crediderunt ſecreto: quam prodere propriam infamiam & crimina, vtpote compenſanda beneficio abſolutionis.

5 Satisfunctus erit officio confeſſarius, ſi pœnitentem Deo reconciliet, & ad perſeuerantiam hortetur. reliqua occulta reſeruantur iudicio vniuerſali Chriſti permittentis interim inſcrutabili iudicio, multa impune fieri [n]: quæ mala nõ niſi via ordinaria per orationes, correctionem aut denuntiationem præcedente infamia [o] medicanda ſunt (ſaluis eccleſiæ legibus, & communi lege caritatis & miſericordiæ) quæ pertinent ad priuatum hominem, aut ad externum forum prælati. caueat prælatus ne ex falſo zelo videri velit ante tempus efficacior Chriſto, qui etiam per miniſtros peccatores & per Iudam proditorem ſalua fama ad exercitium officij vtilis, ſinit tractari officia eccleſiaſtica [p]: nec licet facere malum etiam veniale (quale eſt curioſe & ſine cauſa inducere pœnitentem ad reuelandum quoſdam reos detractione occulta [q]) vt inde eueniant bona.

6 Malum eſt inquirere aliena occulta in eo foro pœnitentiæ, vbi nulla præceſsit illorum infamia [r]. ſic eccleſia prohibet explorare occulta liberi arbitrij per iudicium aſtronomicum [s], quia ſi quando forte vera eſſent [t], ſunt tamen contra bonos mores & famam proximorum, & contra illam generalem caritatis regulam Tobiæ. cap. 4. quod ab alio oderis fieri tibi, caue ne tu aliquãdo facias alteri: & Matt. 7. quæcunque vultis vt faciant vobis homines facite & vos illis. nec eſt medium magis ordinatum in remedium alieni peccati inquiſitio per hanc viam confeſsionis periculis plenam, vbi confeſſarius non eſt alienorum iudex ſed priuatus homo: quàm ſi quis mendacium dirigat in aliorum ſalutem & bonã gubernationem. ergo ſi quæ aliena prælatus nouerit ex imprudentia ſua aut pœnitentis, perinde ſe habeat, ac ſi nihil ex confeſsione ſciret [u], vt Deo committat remedium malorum, quod ipſe præſtare non poteſt.

7 In caſibus quos ſapientes opinantur pœnitentem obligari ad detectionem peccati & circunſtantiæ [x]: quanuis per accidens inde ſequatur notitia complicis aut alterius, licebit confeſſario prudenter interrogare [y]. vbi vero pœnitenti non adeſt certa obligatio, & tamen licet inculpate ſine detractionis periculo reuelare alienum peccatum, confeſſarius non habet ius in eo conſcientiæ foro, vt præcepto vel retentione abſolutionis compellat ad id pœnitentem.

8 Interdum confeſſarius nullo iure diuino vel humano prohibetur quædam interrogare de conſilio [z], oblata occaſione ex confeſsione auditi peccati: qua elapſa, vix ſe offerret quomodo de periculo alieno roget. tunc vero abſque vlla compulſione illum amice roget, nõ animo curioſo a, ſed vt pœnitentem iuuet opportuno conſilio & auxilio, ad melius implendas proprias obligationes circa proximos. Sicut pœnitentem inducere poteſt, & inuitando rogare ad alia opera conſilij: nempe vt dicat etiam venialia grauia, & an reſtitit inſpirationibus Dei: vel vt faciat ſemel confeſsionem generalem totius vitæ b, in qua licite interrogat ea quæ pœnitens repetere nõ tenetur. Hæc enim licent confeſſario, quia pertinent ad finem vtilem ſacramenti.

9 Conſulunt tamen Doctor. vt petat potius explicari extra confeſsionem [c], ea quæ cedunt in alterius auxilium & correptionem: ne ſigillo aut ſimplicitati confeſsionis nocere videatur. Ita iudici licet generali interrogatione inducere aliquando hominem occurrẽtem ſibi, vt dicat ſi quid nouit: puta cum crimen notoriè factum eſt in publico foro, vbi homo reperitur occiſus d. quia quanuis non teneatur ille reſpondere: cum forte reus eſt, imo

dub. vlt. Nauar. c. 8. n. 3. Victor. & Recent. & alij cit. c. 23. A. qui negãt licitum confeſſario vti licentia pœnitentis.

b sup. cit. c. 19. §. 4. O.

c sup. lib. 2. de pœnit. c. 7. & 10. ſi circũſtantia nõ mutat ſpeciẽ & ex illius cõfeſsione agnoſcetur infamia cõplicis, ſilenda eſſet cũ probabili ſentẽtia negantiũ has confitendas.

d Soto. diſt. 18. q. 4. ar. 5. ſed Recent. variant; quia & D. Thom. ſu. & Ledeſ. q. 10. arti. 2. dub. 1. negãt per ſe pertinere ad ſigillum. ſentit Nauar. ca. 8. n. 3. c. 18. nu. 51. in cap. ſacerdos. n. 68. imprudẽter vero pœnitens id manifeſtat cõfeſſario, ſine cauſa neceſſaria.

e ſup. c. 23. §. 9. A.

f Quia ſine pœnitẽtis beneplacito nõ licet confeſſario auditis peccatis, differre abſolutionem, niſi ſubſit idonea cauſa in bonum pœnitentis.

g ſup. vt nec reus tenetur reſpõdere ad mentem iudicis, iuridice nõ rogantis.

h Simanc. de catho. inſtit. c. 46. fin.

i Vt ſi medicus, qui leuare debet morbum, grauaret cum dãno ægroti.

k l ſu. c. 23. §. 1. K. D. Th. opuſ. 12. c. 6. ſecus quando confeſſarius etiã prælatus vtitur iure ſuo. ſup. cap. 24. Q.

m ſup. lib. 2. de pœnit. c. 3. explicata eſt. 4. condit. confeſsionis.

n DD. dum agũt de prouidentia Dei D. Tho. 1. p. q. 22. 2. ad. 2. & q. 49.

o c. qualiter & quãdo. el 2. c. inquiſitionis. de accuſat. ſed in ſpeciali inquiſit. infamia habet vicem accuſatoris (atque ita nũquam proceditur ſine accuſatore.) Act. 25. Ioan. capit. quinto. D. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 68. artic. 3. Nauar. cap. 18. num. 38. per cap. 1. de accuſation.

p D. Thomas tertia parte, quæſtione. 64. articulo quinto. Bellarminus, primo de ſacramento. cap. vigeſimoſexto.





q Interdum detrahere etiam apud vnum Prælatum eſt peccatum mortal. Nauar. cap. 18. num. 33. & alij. contra Caietan. 2. 2. quæſtio. 73. artic. 2.

r D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 8. ad. 1. Bañes cum Augu. ſerm. 16. de verb. Domini.

s Ab anno. 1582. in edicto. S. Inquiſit. prohibentur iudicia aſtrolog. de rebus pendentibus à liberoarbitrio nõ autem de re naturali pertinẽte ad artem medicã, aut ad nauigationem, contra aſtrologos Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 95. 5. & 1. 2. q 9. 4 ad. 3. vbi Fr. Medin. & opuſ. 26. Alexand. 2. p. q. 184. Caiet. ver. aſtrolog. Picus 12. libris contra aſtrol. maxime lib. 2. Michael Medin. lib. 2. de recta in Deum fide. c. 1. Perez. l. 3. titu. 1. lib. 8. ord. Simanc. de cathol. inſtitut. cap. 21. & capit. 63. Sixtus lib. 5. Bibliot. cap. 15. lib. 6. ca. 10. Viues li. contra aſtrolog. Tritem. lib. 12. de dæmoniacis artib. Cœlius lib. 14. antiq. capit. 9. Gerſon. in trilogia aſtrologiæ, prop. 11. & ſequen. & tract. de reſpectu cœleſt. ſyderum. Caſſanæ. catalog. gloriæ mundi. p. 10. conſid. vltim. Alciat. in l. 5. de verb. ſignificat. Abulen. Exod. 12. quæſt. 15. Leuit. 19. quæſtion. 19. Ciruel in prolog. apolog. aſtrolog. & p. 2. capit. 3. Caſtro verb. fatum. Fr. Medin. 1. inſtructor. capit. 14. §. 2. & 36. Alcoc. cap. 14. ex antiquis philoſophis damnant. Cicer. 2. de diuinitate. Plutarch. de placit. Pytagor. Plato. Ariſtotel. & B. Petrus Apoſtol. apud Clem. lib. 8. recognit. in fi. & lib. 9. Euſeb. lib. contra Heronem. Chryſoſtom. hom. 1. in. 1. Timot. Auguſtin. 5. ciuit. cap. 7. lib. 12. cap. 12. lib. 11. cap. 21. Gregor. homil. 10. in Euangel. Concil. Toletan. 1. ſi quis aſtrologiæ vel matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit.

t Vt ex pacto dæmonis diuinant, quis fecerit furtum, & per coniecturas quæ homines male propenſi facere ſolẽt, vt refert Auguſt. ſup.

u In quo verum eſt quod ait Henric. quodlibe. 8. quæſt. 29. 31.

x y ſup. lib. 2. pœnit. ca. 9. ſi non reperto alio cõfeſſario, leue aut nullum damnũ eſt vt hic confeſſarius veniat per accidens in notitiam alterius.

z Naua. c. 6. nu. 8. Syl ueſt. confeſſ. 1. §. 9. vid. Sotum. diſt. 16. quæſt. 1. artic. 4.

a Naua. capit. 5. numer. 1. cap. 10. numer. 7. fin. capit. 23. num. 24. cum glo. in capit. iudicantem. 30. quæſtion. 5. Caietan. & Summiſt. verbo curioſitas D. Thom. 2. 2. quæſtion. 167. articulo. 1.

b c ſup. lib. 2. de pœnit. cap. 16. & c. 10. §. 5.

d Quod licet generali interrogatione, ex parte iudicis: Nauar. c. 18. num. 38. 40. fin. 59. capit. 25. num. 26. fin. 31. cap. inter verb. corol. 49. num. 214 corol. 50. & ita ſeruari ex iudicum conſuetudine (quæ habet vim legis, & derogat legi prohibenti ſine infamia fieri inquiſitionem) per leg. primam titul. 17. p. 3. vbi Gregor. & leg. 5. titul. 1. lib. 8. recop. Petrus Nauar. libro ſecundo, de reſtitut. capit. quarto, numer. 157. & refert Diuus Thom. Gerſon. Angel. Armil. Medin. Cordub. idem Bartol. Alexand. Ioan. Andr. Caietan. opuſ. Areualo. de correctione frater. conc. 6. propo. 7.

e Tenet mitior & probabilior ſententia ( cui reus & teſtis tuto adhærere poteſt.) Caiet.cum D. Tho.2.2.q.69.2.Soto.5.iuſt.q.5.ar.1.q.6.art.2. & relect.ſecret.m.2.q.6.conc.1.dub.4.vbi Cordu.fatetur Nauar.c.25.n.37.Petr.Naua.ſup.n.167.Palud. Adrian.

nec tenetur vt teſtis manifeſtare alium reum occultum e: propter bonum tamen proximi aut commune,aut breuiorem cauſæ expeditionem poſſet licite id manifeſtare iudici f, ſi velit ſponte:vt licet quædam accuſare aut denũtiare ob promouendum bonum commune, aut ob priuatam denuntiantis vtilitatem, ad quorum denuntiationem interdum nullo præcepto compellebatur g. & paterfamilias prudens quædam inquirit de filijs & familia, quæ ſibi licite & tuto dicuntur h abſque obligatione. hactenus de bonitate confeſſarij,ad quam pertinet vt fideliter ſub ſigillo conſeruet arcana : nunc de ſcientia & prudentia qua prędítum eſſe decet confeſſarium dicamus.

Sylu.Innoc. Hoſtien. Pano. ſylua nuptial. (& in quodam capitulo Pariſiẽ. contradixerunt omnes D. Tho. adhuc iuniori oppoſitũ docenti ) late Cordub. lib. 1. q.43. Iudex edicto aut mãdato generali ſi roget iſtũ,habet ius ex probabili ſententia : ſed quia ea interrogatio habet dubium ſenſum iuſtum vel iniuſtum,interpretanda eſt in ſenſu iuſto.Bañes cũ D.Tho.2.2. q.33.7.ad.5 bene Nauar. c.17.n.115. c.18.n.40.c. inter verba con.6.num. 131. & meli⁹ corol.66 n.194.fin.c. Quintauallis.de iure iuran.c.1.eod. tit.li.6.gloſ. c.dilecto. de præbend.Anton.2.p.titu. 9.ca.6. §.4.

## CAP. XXVI.

### De qualitate.3.confeſſarij, quæ eſt ſcientia.

§.1. *Qualis ſcientia requiratur? &* §.3.9.
2 *Dubius de ſua ſufficientia obediat Prælato.*
4 *Sciat ſupplere defectum pœnitentis.*
5 *Ne ſit nimius vel diminutus. ſciat remedia & interdum ſe exoneret.*
6 *Quando conformare ſe debet opinioni pœnitentis: aut relinquere illum in ſua ignorantia.*
7 *Quid ſi dubitet de peccatis, aut diſpoſitione pœnitentis?*
8 *Sciat iniungere pœnitentias.*
10 *Quando teneatur iterare qui confitetur ignoranti.*

quod ſi amplius intendat prælatus,nõ obligat,quia Acto.5.obedire oportet Deo magis quam hominibus:quod affert D.Thom.ſup. f Vt poteſt reus, ſed non tenetur. g Nauar.c.25.n.31. cap.inter verb.n.171.Adria.4.de correct. col.17.ad.2. Peña cum Caietan.2.2.q.68.ar.1. Couar.1.Varia.c.11. ad fin. h Nauar.c.18.nu.33.c.12. n.21.c.inter verb.con.6.n.158.258. Cord.ad Sotum,de ſecret. mem.4.q.2.poſt con.5.Caietan.2.2.q.73.ar.2.vid. D.Thom.ar.1.ad.2.Angel.verb.familia.§.8.Armi. §.7.Syluest.§.8. Tabien.§.5.cum Duran. Pedraza in. 4.præcep.

C A P. X X V I.

a De quo præcipuo confeſſarij officio Concil. Trident.ſeſſ.14.c.1.6.can.9.Bellarm.lib.3.de pœnitent.c.2.probat ex Patribus. b Inf.c.32.c. omnes.38.d.Triden.ſeſſ.21.ref.c.6.Toletan.8.c.8.

CONfeſſarius cum ſit iudex a medicus,aduocatus, doctor & paſtor paterque pœnitentium non debet huic muneri ſe ſponte ingerere ſine illius peritia b. qui generaliter diſcurrunt per multas & magnas orbis ciuitates vt confeſſiones excipiant eorum qui habent varios,implicatos & peculiares caſus,vt principum,mercatorum,militum & ſacerdotum : debent eſſe magis inſtructi circa negocia, reſtitutiones c & quando requiratur iuris cautio d & circa ordinis ac officij eccleſiaſtici impedimenta pro clericis e de cenſuris, & præſertim de excommunicatione f, cuius ablatio præcipitur ante peccatorum abſolutionem. vt iudex ad quem deferuntur multiplices cauſæ de varijs ſtatibus, medicus qui curat varia & difficilia morborum genera, doctor & Paſtor ( quem in Petro Apoſtolo Chriſtus examinandum voluit de ſcientia fidei.Matth. 16. & cura ac caritate circa oues paſcendas.Ioan.21.)debet tanto muneri habere conſentaneam ſcientiam g & virtutem.

2 Pro ratione regionis, vt pro oppido ruſticorum, minor ſcientia ſatis eſt vt confeſſarius cenſeatur idoneus h: præſertim quando multa nouit lectione, experimento & conſultatione peritorum: quales in religione ſunt frequentiores, quos

Anton. 3.p. tit.17.c.17. Caiet. verb. cõfeſſor. Syl ueſt. confeſſor. 3. §. 2. Soto d. 18. quæſt.4. art. 3.fin. Petrus Soto titu. de confeſsio.lectio.2.6. tit. de excommunicat. lect.4. Nauarr.cap. 4.num.2. & ſequent.cap. 25. nu.133. cap. 23. numer.125. & in capit.1.§. caueat.de pęnitentia. diſtinct.6. Fra. Medin. libr. 1.cap.17.li. 2.capit.7. & ſequen.Frat. Ludouic. 1. p.inſtr.capit. 27. cum D. Thom. diſt. 21. in lit. & opuſcul. 65. Cord. caſ.9. Dionyſ. Carthuſ. de regul.accuſ. artic. 16. Conciliũ Colonienſ.titu.de vita & moribus parochi. capit. 1. 18.21. & de ſcientia pro ordinibus Trident.ſeſſione.23.capit.1.5.7.13. D.Thom.addit.quæſtion. 36.2.Doct.4.diſtinct.24. Alber.articul.8.Soto.diſtin.25.quæſtion.1.4.colum.6. c Monent autores citati, obligari confeſſarium,vt ſciat ſaltem regulas communes de reſtitut. d ſup.cap.10.§.11. Nauar.c.26.nu.2.&.7.cap.27.nu.46. e Nauar. c.4.n.2.§.caueat.n.27. f Caiet.verb. confeſſor. g Summiſtæ verb.aduocatus, Iudex, medicus, & Nauar.cap.25. dum explicat iſtorum obligationes. h Nauar.c.4.n.4.& in ſimili.c.3.nu.5.&.8.conc. Baſilien. ſeſſ.31.& add. cit. ſeſſ.32. pro differentia locorum requiri diuerſos confeſſores, cum maiori ſcientia.



ſcientia.cit.B. i k In quo vera eſt regula Anto. ſup.Ledeſ.2.p.q.8.ar.2.dub.18. Caiet.verb.confeſſor.Alber.d.17.ar.6. Fr.Medin.lib.1.c.5. & quãuis oppoſitum ſignificat Bonau. d.17. & Nauar.d. §.caueat.nu.27.& c.4.n.5.vtranque tamen ſententiam cõciliat Sylu. confeſſor.3.in principio.

confeſſarius regularis i facile conſulit. id circo religioſus ſacerdos per epiſcopum approbatus qui dubius de ſua ſufficientia iubetur à docto & pio prælato audire confeſſiones, deponens ſcrupulos obediat k, quando eſt mediocriter inſtructus : quia in dubijs potior eſt conditio prælati poſſidentis ſubditorum voluntates l. præſertim quando nouit opportune dubitare, & domi habet doctorem quem in dubijs conſulat: per quod non manet in periculo m probabili male abſoluendi pœnitentes. nec oportet ſcire exacte totam rationem peccatorum & circunſtantiarum, omnes excommunicationes vel irregularitates.ſed hic caueat ne ſit pręceps dum rationabiliter dubitat, ſed conſulat libros & viros doctos. Sic enim Pręcori nobili qui iura & leges neſcit,datur ſociusvice tenẽs, aut aſſeſſor vel coadiutor, cuius cõſilio ritè præſtet officium. vbi penuria eſt ſacerdotum ſapientum ob tenuitatem curatorum beneficiorum & ſtipendij, vel quia habitat apud infideles,idoneus reputabitur parochus minus inſtructus: n aut iunior ad audiendas etiam fœminarum confeſsiones: quia vrget officij neceſsitas.

3 Sciat in particulari quæ pertinent ad materiam & formam ſacramenti. 1. de materia pœnitentiæ, quæ ſunt peccata : ſciat regulas dignoſcendi quæ communiter ſunt mort. quot & quales ſint ſpecies & circunſtantiæ neceſſariæ quæ communiter occurrunt in quolibet pręcepto Dei, aut eccleſiæ : hæc enim ſunt materia neceſſaria abſolutionis. vt vero in genere dicamus,tũc eſt mort. o quando deliberate & in re graui fit contra præcepta Dei vel eccleſiæ & maiorũ: contra votũ vel conſcientiã: & generaliter contra caritatem Dei vel proximi. ſciat inſuper regulas quæ docent quibus modis fiat excuſatio à pręcepto & peccato mortali. p hoc enim eſt medicum ſcire diſcernere lepram à lepra,& ſpecies morborum: aut iudicem ſcire cauſas proprij fori:& qui alios docet, ne ignoret internum conſenſum peccati mortal. eſſe peccatum neceſſario confitendum q: & ſimiliter delectationem moroſam ob interpretatiuum conſenſum aut periculum : & alia ſimilia.

4 Pœnitenti cum ſit non tantum reus accuſator & vindex ſui,ſed teſtis integer,credendum eſt pro ſe& contra ſe r. quod ſi non ſatis paratus accedat, tenetur confeſſarius ſupplere eius defectus interrogando s ſpecies peccatorum, numerum & circunſtantias neceſſarias peccati & peccatoris: ita tamen caute, vt interrogando pueros & ſimpliciores perſonas non doceat facere ignota peccata t. deinde tenetur ſcire impedimẽta abſolutionis, quando ſit neganda vel differenda: quibus caſibus iterãda confeſsio u: quando reſtitutio & ſatisfactio proximis debeatur : quando defectu doloris & propoſiti iaceat in ſtatu peccati & occaſione proxima recidendi x. quanta ſit eius iuriſdictio circa iſtum & caſus reſeruatos & excommunionem.

5 Vt circa examen curare debet cõfeſſarius,ne ſit nimius neue diminutus in inquirendis peccatis : ita nec incautus in adhibendis remedijs y: aduertens quæ ſint capita præcipua & origo vitiorum,quibus pœnitens tenetur obſtrictus : ſciat infundere vinum iuſtitiæ,& oleum miſericordiæ: vt & ob vulnera doleat, & ſpe miſericordiæ confortetur. Si quando ei qui non eſt proprius paſtor occurrat pœnitens varijs & difficilibus caſibus præpeditus,qui vix neceſſaria remedia ſuſtinear,ſciat prudenter ſe exonerare& ad aliũ confeſſariũ cũ beneuolentia & dexteritate mittat.& quamuis deinceps illius confeſsiones non excipiat, poſtquam tamen peccata audiuit, tenetur ſi non obſtet certum impedimentum,abſoluere z, vt ſacramentum perficiat, & ne pœni-

l Fatetur Nauarr.c.4. num.6. cum D.Tho.2.2. q.104. 5. q. 73. 2. argu. 1.cum ſolut. Alexan. 2.p. q.183. m.2. §.2. Bonau. in 2.diſt.vlt. Areual. de correct.f.80. &.193. Anton. Paluda, Sylu. ſup. & ver.obedien. §.2. Cordu. caſu.64.& libro.1. qq. q. 43.dub.2.li. 3.q.6. col.3. facit Couar. 2. Variar. c. 22.nu.4. Pinel.2.p. rubri.C.de reſcind.venditio. cap.1.n. 15.fin.ſic miles ſubditus dum manet dubius de iuſtitia belli,tenetur militare pro ſuo principe. Recent. & Bañes. 2.2.q. 40.1.dub.5. Syluest. bellum.3. Arm. §.4.15.

m ſup. lib. 1. de pœnit. c.24.§.4.

n Nauar.c. 4.n.4.Fr.Medin.libr.1.c. 5.Concil.Baſilien.ſup.

o p De quibus D.Tho. 1.2.q.74. q. 88.a.5.&.6. &.2.2.q.66. ar.6.q.59.ar.4.quæ loca Mendoſe citat Nauar.cap. 11.nu.4.vid.c.17.n.3.c.21.n.2.c.25.nu.98.& late in præſud.9.nu.10. q Commu. D.Tho. 1.2.q. 72.7.q.74.7. Alex.3.p.in declarat.10. Præcept.Bonau.2.d.24.Nauar.c.11.n.9.c.16.nu.9. &.10.cum Anton. Maior.Caiet.

r Nau.c.17. nu. 59.250. fin.alij citat. ſunt.ſup.

s ſup.c.17. §.5.lit.O.

t Gerſon. Nauar.ca.5. nu.3.fin. Fr. Medin. lib.2. c.3. & lib.1. c.18. Polan. Caietan.Tabien. & Angel.verb.interrog.§.2.

u lib.2. de pœnit.c.13. &.14.

x libr.1. de pœnit.capit. 24.§.4.

y De his remedijs conſule. ſum.virtutum & vitio. Polanc. in director. Nauar.c.26 dictũ eſt lib. 2. de pœnit. cap. 19.

z Medin.q. de confeſ.iterand.fol.70. Sylu. confeſſor. 3. §. 7. Anton. 3. p. tit.17. c.20. §.2. Corad. de contract. q.100. diſtinguunt inter eum qui eſt paſtor, quia hic tenetur audire & abſoluere. ſec⁹ ſi non ſit paſtor. At auditis peccatis tenetur etiã non paſtor. infra fatetur Ant. 1.p.tit. 10.c.10.Soto.d.18.q.2. art.5. Ledeſ. 2.p.q.

tens cogatur iterare confeſsionem habet enim adhoc pœnitens ius.

6 Ne ſit nimis tenax in propria opinione: caueat facile dānare peccati mortal.vbi in praxi ob validam rationem,vel autoritatem,probabilis eſſet pœnitentis opinio a, cui depoſita practice, ob aliquam circunſtantiam aut alterius poſſeſsionem propria ſententia,confeſſarius ſe conformare tenetur b. necenim tenetur ſemper tutiorem ſententiam ſi rigidior ſit ſequi,ſed ſatis eſt tutam.at ſi parum tuta habeatur pœnitentis opinio,qui in propria cauſa cæcatus affectione, potius vult ſequi ſententiam ſibi fauentem:perpendat confeſſarius an interdum ſit relinquendus in ſua ignorātia cum bona fide. confeſſarius vero cum præter officium iudicis, ſit medicus, pater ſpiritualis, & pius aduocatus, debet benigniorem partem in dubijs ſequi in gratiam pœnitentis.

7 Si pœnitens dubitat de quibuſdam,an fuerint mort. & reſeruata: intendat confeſſarius abſoluere ab omni grauitate,quam re ipſa habent peccata:& in dubio,caſus non præſumitur reſeruatus.ſi dubitat an pœnitens accedat recte diſpoſitus, puta cum integra confeſsione & debito dolore ac propoſito,non debet ſtante dubio abſoluere, niſi per diligentiam aut conſultationem illud practice depoſuerit c: quod facile poteſt.

8 In pœnitentiarum iniunctione, poſtquam perſuaſerit magnas deberi ſuis delictis in præſenti, vel in purgatorio exoluendas pœnas: declinet in humaniorem partem d, ſecundum quod ratio perſonæ, loci & temporis poſtulare videtur, vt ſupra expoſitum eſt.

9 Si qui abſque decenti ſcientia ingerant ſe præter neceſsitatem ad audiendas confeſsiones,peccant mortal. e ſicut & epiſcopus vel prælatus religionis qui illos exponit f. niſi forte pœnitens doctus ſit g, qui ſuppleat explicādo rationem ſpeciei, reſtitutionis vel cenſuræ: aut ſi in periculo mortis excepit confeſsionem, cum non ſit alius h. vel ſi eos audiat,qui communiter nihil difficile habent. ſi quod vero difficilius incidat, nec per temporis anguſtias liceat diſcernere, aut conſulere ſapientem, g ſatis eſt vt pœnitens ſit paratus facere, quod confeſſarius re melius expenſa & conſulta iudicauerit:vel quod vir ſapiens ad quem confeſſarius remittet,dixerit faciendum i: ſic enim diſpoſitus poteſt ſtatim abſolui. At qui ſponte ita ignorantem confeſſarium elegit vt peccata eius & negotia quæ habet difficilia diſcernere nequeat, tenetur iterare confeſsionem k: niſi idonea cauſa excuſetur,vt ſupra dictum eſt.

2.p.q.8.a.5. Nauar. edit. anni.84. ca. 27.nu.280. 288. & in c. ſi quis autē. de pœnit. d. 7.nu.16.

a Nauar.c. 26. nu.4. & d. eſt.

b Sylu.confeſ. 5.§.25. Cordu. caſ. 41.Nauar.c. 26. nu. 5. c. 27.nu. 287. vt quia pœnitēs eſt poſſeſſor,aut habet aliā conditionem cui iura fauent.

c Deponit practice ſcrupulos vir prudēns,dū agit contra illos.

d ſup.lib. 2. pœnit. c.19. Simanc. de cathol. inſti. c.47. nu.79. vid. c.46. n. 84.c.64.nu. 60. Sylu.cōfeſsio.4.§.3. Medin. trac. 2. de confeſ. fo.99.Benauente tract. de pœnit. & remiſ.par.4. Clemens lib. 2.conſt.apoſtol.c.12.14 22.vbi Turrian.c.18. & optime Chryſoſt. ho. 43. in Matt. 23. habetur. c.alligant.26.q. vlt.facit Gregor.Nazian. orat.16. Auguſt. epiſtol. 159.ad Marcellinū. vid. Trident.ſeſſ. 14. c.8.can. 14.& 15.

e f Citati.§. 1.B. Nauar. c.4.nu.2.& 5.Fr.Medin. lib.1.c.5.

g Nauar.c. 4.nu.5.& in §.caueat.nu. 27.Ledeſ.2. p.q.8. art. 2. du.18. Caie. verb. confeſſor. Albert. d.17.ar.6.

h Iidem autores & Triden. ſeſſ.14. c.7, in artic. mort.ait poſſe quemlibet ſacerdotē abſoluere ab omnibus peccatis & cenſuris.

i Nauar. c. 26.n.5.Syluest. confeſſor. 3.§. 12.

k ſup.lib.2. de pœnit. c. 14. Nauar. c.9.nu.9.Fr. Alexan.li.1. tit.2. ſi. cum Richa. d.17. artic.3.q.8.

## CAP. XXVII.

### De qualitate 4.Prudentiæ.

§.1. *Vt Iudex prudenter roget de circunſtantijs debitis.*

2 *De circunſtant.perſonæ, ſi nouit ſtatum coniugati, aut monialis, nihil roget.*

3.4 *Moneat omnia honeſte dici: quando docebit veritatem, aut relinquet in ſua ignorantia.*

5 *Quid ſi fœmina ex ſcrupulo roget an reddet debitum?*

6 *Conformetur opinioni probabili pœnitentis.*

SEntentia iudicis abſque iuris prudentia fieri non debet. quam prudentiam virtutum parentem ſequi ſtudeat confeſſarius in eo foro, vbi eſt ſupremus vice Dei iudex, cuius ſententia per appellationem reparari non ſolet. petat à Spiritu ſancto a, ea dona copioſius infuſa quibus illuſtratur intellectus, & diſcretionem ſpirituum: imprudens enim minus alium quam ſe gubernare poteſt. Primum circa examen peccatorum prudenter roget quæ veroſimiliter opinatur: aut dubitat omitti culpabiliter, iuxta cuiuſque ſtatum. Ne quærat anxie circunſtantias non neceſſarias, præſertim in ſexto mandato: & honeſtis vocibus curet obſcœna explicari b, rogans à longe gradatim: ne puer diſcat, nec honeſta & inexperta fœmina pudefiat: non oportet explicare quæ comitantur principalem actum c, aut minutulos modos peccati, qui ſibi aut pœnitenti tentationem excitent: Fœminas communiter non blande ſed rigidius tractet:nec ſubtilem in ſingulis exquirat numerum d, ſed probabiliter æſtimatum, plus minus: & ſuperfluas narrationes reſecet.

2 Si ſtatum pœnitentis videtur noſſe,vt ex habitu religionis vel ordinis ſacri apparet voniſſe continentiam: non oportet in ſexto mandato circunſtantiam voti explicari. Quare ſi nobilis virgo quę matrem comitatur, vel ſi monialis confiteatur conſenſum ſolius voluntatis in actum turpem, præſumere prudenter poteſt eſſe virginem e: cuius peccatum mentis vel operis pertinet ad ſpeciem ſtupri: nec tenetur pudore illam afficere rogans an virgo hactenus permaneat? cum ex ſtatu & habitu illud ſatis coniectet:& periculum eſſe poſsit, vt illa erubeſcens mentiatur rogata: ſatius ergo videtur illam in bona fide ignorantiæ relinquere, quæ nec mentitur, nec aliquid grauans ſcienter omittit: quàm cum periculo ſacrilegi mendacij lædere conſcientiam incauta inquiſitione.

3 Præmoneat incautum pœnitentem, ne quid minus neceſſarium dicat, ex quo declaretur alienum peccatum etiam complicis, vt dictum eſt f: Nec aliena ab ætate, ſtatu, & officio cuiuſque roget g: vt monialem de rebus militum. Confeſſarius qui ſimul eſt pœnitentis doctor ex officio caritatis (vt generaliter Paſtor animarum epiſcopus, doctor eſſe debet) tenetur non tantum non decipere pœnitentes praua doctrina & malo conſilio, ſed ignorantes docere vtiles veritates conſcientiæ: ſi tamen credat & ſperet ſe pro futurum,& non ſequatur ſibi vel alijs aut pœnitenti graue incommodum.

4 Quando pœnitens in bona fide eſt ex ignorātiā iuris præſertim humani,vel ex ignorantia facti,nec malum vergit in damnum publicū ſed priuatum, nec eſt periculum ſcandali: vt quia putat ſe rite coniugatum abſque impedimento, vel non eſſe reſtitutioni obnoxiū: tunc tacita veritate relinquendus eſt in bona fide h, quando veritatis correctio non prodeſſet i, ſed cum conſcientia exulcerata permāſurus præſumitur in ſtatu damnationis: aut ſequitur graue ſcandalum k.

5 Quod ſi ex ſcrupulo fœmina roget an debitum reddet quæ incerta eſt,de impedimento, quod tamē eſt notum confeſſario, ſic dicet veritatem in generali, vxores tenentur reddere debitum maritis l: tu ergo ne ſine cauſa ſis ſcrupuloſa: vel dicat,redde debitum m: quia per imperatiuum nihil falſi enuntiat, ſed mouet ad verum practice. nec ei mentitur ſi reſpondeat; hic eſt tuus vir: nempe reputatione, vt Ioſeph dicebatur Pater Chriſti. At ſi læſa mortaliter cōſcientia, quærit ex ignorantia iuris culpabili: tenetur confeſſor dicere veritatem prudenter n, quantum ſatis eſt interrogationi: vt ſi coniūgatus qui habet votum continentiæ roget an poſsit reddere debitum? affirmet: nec addat ei, non licere petere debitum. Et tamen contingere poteſt vt reſpōſione Doctoris etiam falſa, conſtituatur pęnitens in bona fide, dum autoritate docti motus pœnitens adhæret opinionibus minus conuenientibus o, vt de pluralitate beneficiorum iure incompatibilium ſine cauſa diſpenſatus.

6 Conſulat confeſſarius tutiorem & viciniorem ſaluti ſententiā: præſertim circa ea quæ à doctis dicuntur media neceſſaria ad ſalutem p. ſed ſi pœnitens ſequatur opinionem in praxi probabilem, quamuis confeſſarius eam ſponte non debeat conſulere q, quando idem vir doctus, contra id quod dum publice prælegit aut prædicauit,docuerat firmiter vt lōge probabilius.

CAP. XXVII.

a NAuar. ca. 10. n.1.Fr.Med. li.2.inſtruct. c.6. vt dicat in Pſal. 50. cor mūdum crea in me Deus. accedat in Spiritu Patris & lenitatis ad Galat.6. & c.4. filioli quos iterum parturio Roma. 9. optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus.

b Nauar.c. 5.n.9.c.11. nu.12.c.16. n.4.Caietan. verb.interrogat.in.6. mādat. ibi Angel. Armil. Tabien. Syluest.confeſſor.3.ad fin. D.Tho.4.d.16. q.3.Bonau.d.19.Polanc.in direct. F.Alexan.lib.1. tit.4.c.5.ad fin. Fr.Medin.lib.1.inſtruct.c.9. & bene catechiſ.Pij.V.in.6.præcepto.

c ſup.li.2.de pœnit.c.7.Nauar.c.6.n.17.

d Caiet.opuſ.tract.5. de confeſ. q. 3. Victor. §. 178. & ſeq. §.193. dicit pro numero no le ſaque el alma. Ledeſ.2.p.q. 8. art.2.dub.1. Naua.c.6.n. 14.& tamen pœnitens tenetur per ſe confiteri omnia & ſingula peccata mort. vt ait cōcil. Later. cap.omnis & Trid.ſeſ.14. c.5.& can.7.

e Vt d. eſt. lib.2. de pænit.c.8.

f ſup.lib.2. de pœnit. c. 8. Nauar. c. 7.nu.2. cum Bonau.d.21. q.1.art.3.

g Nauar.c. 5.n.3. Medi. lib.2.c.3.Caietan. Angel. & Tabien. verb. interrogat.

h Sot.d.18. q.2.ar.4.fin. Petr.Sot.tit. de conf. lect. 10. Cano relect.de pœnitent.p.5. Auguſtin.in.c.ſi quis autē de pœnit. d. 7. vbi Naua.n. 66. &.c. 22. n.83. (quod autem Innocen.in.c.quia circa de conſangui.& affini.dicit: bene exponunt Nauar.&Couа.2.p.ſpōſ. c.6.§.10.n.15.) Cordub.lib.1.qq.q.11. Adria.inf.

i Medin.q.de confeſ.dimiat.fol.70.

i Correctio, cum per ſe ordinetur in priuatum bonum fratris, non obligat niſi ſit ſpes quod proderit huic, & non oberit. D.Tho.2.2.q.33.art.2. Soto lib.5.iuſt.q.6. ar.2.con.4.& relect.ſecret.m.2.q.2.con.4. vbi Cordub.&.q.4.con.6. Caiet.ver.correct. Adria.de correct.Gabrie. in cano.lect. 74. Syluest. denuntiatio. §.4. Nauar. c.24.nu. 12. & Hiſpa.nu. 22. Aſten. li. 2.tit.6.ar.4. nec obligat cū periculo dāni grauis proprij, vel alieni.

k Doct.ſup. quia ſequitur damnum alienum.

l Sot.d.18. q.2. artic.4. ad fin.

m Peña & Recent.

n o Caueat ne vt imperitus chyrurgus, incaute magis ſauciet & noceat quam proſit.

p Inf.lib.de fine homin. vt de fide explicita Chriſti, de formali dolore pœnitentiæ, cū formali propoſito emendationis, de recipiēdo ſacramentū baptiſmi, pœnitentiæ, & eucharistiæ, in re, ſi commode poteſt: & vt reſtituat & ſatisfaciat proximo & ſimilia. vide Petr. Nauar. lib.1.de reſt. c.1.dub.2.a. num.8.

q d. eſt ſup. ſi conſuleret

contra veritatem quam nouerat: vel affirmans de quo dubitat vel promiſit bonum aut malum abſq; intentione implendi. Deinde quærat an mendaciũ fuerit in proximi præiudicium, vel in iudicio. 2. ſi quid iuramento vel voto etiam pœnali promiſit de re bona & graui, an ſua culpa nõ adimpleuerit. 3. ſi iuraměto vel voto promiſit facere id quod eſt peccatum mort. commiſsionis vel omiſsionis: nempe facere malum, vel non facere bonum aliquod præcepti. 4. an blaſphemiam dixerit: vt non credo in Deum, pœniteat Deum, per vitam Dei.

In tertio præcepto. 1. Si violauit feſta opere ſeruili, vel alio prohibito per eccleſiam, per notabile tempus. 2. ſi in feſtis miſſam ſine rationabili cauſa omiſit totam, aut partem eius notabilem, vel cũ magna diſtractione confabulando. 3. ſi cauſa fuit vt alter labore, vel miſſæ omiſsione frangeret hoc præceptum. 4. de præcepto ieiunij, cũ haberet viginti vnum annos completos: ſubijciat, an diebus ieiunij vſus eſt ouis & alijs cibis prohibitis abſque morbo, aut priuilegio. ſed in ferijs ſextis per annum vbi iura non prohibent oua & lacticinia, perpendat an conſuetudo regionis obliget. Addat ſi in morbo comedit aliqua cum notabili damno: ſi quando inebriatus eſt.

In quarto præcepto. 1. ſi dehoneſtauit parentes, aut maiores: dixit eis graue verbum: non ſuccurrit in graui neceſsitate. 2. ſi eis nõ obediuit, cum præcepto aut lege aliquid graue iubebatur. 3. Parer & ſuperior, Rex, Epiſcopus, iudex habeat curam familiæ ſubditorum & proprij officij.

In quinto præcepto. 1. ſi optauit mortem, vulnera, infamiam, vel aliud graue malum ſibi ipſi: aut expoſuit ſe periculo illius. ſi hæc ipſa optauit alijs: vt ſi ex auara ſiti ſuccedendi in hæreditatem, congauderet de morte patris vel fratris primogeniti: vel ex inuidia dolet de proſperitate alterius eiuſdem officij. ſi inimicitias geſsit: & quanto tempore cum ſcandalo negauit colloquium, & reſalutationem inimico: ſi delectationem moroſam habuit cogitans de vindicta facta vel futura. 2. ſi ex ira protulit minas & verba contumeliæ grauis, etiam per irriſionem. 3. ſi occidit, percuſsit vel iniecit manus in alterum. ſi mater infantem quẽ lecto tenebat oppreſsit. ſi fuit cauſa aborſus ante animationem fœtus, vel poſtea. perpendat damnum illatum occiſo, qui familiam ſuſtentabat. ſi contra parentẽ, vel miniſtrũ iuſtitiæ: ſeu in clericum etiã primę tõſurę, vel religioſum manum admouit, per quod fit excommunicatus. 4. ſi ex omiſsione eleemoſynæ vel curationis, aut iudex quia non cuſtodiuit vrbem, fuit cauſæ mortis, vel grauis damni corporalis: iudex tenetur læſis ſatisfacere damna ab alijs illata, ob eius grauem negligentiam. 5. huc reducat, ſi ſcandalo fuit cauſa mortis ſpiritualis, per inductionem illius ad peccatum etiam indirecte, qui paratus non erat.

In ſexto præcepto. A longe incipiet quærere. ſi habuit turpem cogitationem cum conſenſu: deinde an proceſsit vlterius ad tactum vel opera. ne ſit nimius circa minus neceſſaria, cõtentus ſcire ſubſtantiã ſpeciei, & circunſtãtias neceſſarias: vtatur verbis honeſtis. Cum ergo reperit opera, ſic incipiat. 1. ſi habuit rẽ cũ fœminis. ne ſigillatim permittat fœminas aut actus confiteri, ſed vno verbo ita dicat: ter cognoui duas fœminas vel plures: ſemel ſolutam, & intra eccleſiam: bis coniugatam. Diſcurrat per ſpecies, ſi cognata, virgo, voto religionis aut caſtitatis conſecrata. Si contra naturã. 1. vir cum viro habet rem: fœmina cum alia fœmina ſumpto etiam inſtrumento. 2. vir cum fœmina extra vas naturale: quanuis illa ſit propria vxor. ſed hoc minorem horrorẽ incutit, ſi ab alijs in lecto ſic coniungi videantur: ſolet enim vir fœminam à tergo cognoſcere, ſed intra vas naturale. nec oportet deſcendere ad modum vel locum corporis in eo contactu. 3. ſi beſtialis factus eſt cum bruto animali, non exprimat ſpeciem animalis, vel locum corporis: cum in genere moris ſint eiuſdem ſpeciei commiſceri animalibus diuerſarum ſpecierum. 4. ſi cum diabolo incubo aut ſuccubo: quod vix fiet abſque aliquali pacto contra religionem. & cõtingit varijs modis, vt ſi vir cum diabolo habente figuram fœminæ, an viri, vel bruti commiſceatur. Si nocte integra dormiẽs cum fœmina bis aut ter eam cognouit. dicta ſubſtantia operis, ne explicet actus communiter ante aut poſtea opus principale comitantes, vt oſcula & tactus impudicos. 2. mollities in ſeipſo dicitur contra ordinem naturæ: an habuit volũtariam pollutionem in vigilia: aut in ea vna pollutione concupiuit fœminam coniugatam, vel alterius ſtatus, vel multas ſimul. ſi pollutio viri facta eſt cum prouocatione & tactu alterius, & mutuo ſe prouocarunt. ſi in ſomnis paſſus eſt pollutionẽ ex pręuia cauſa mortali: & an expergefactus complacuit de illa. 3. ſi habuit deliberatum conſenſum peccandi cum fœmina coniugata, vel virgine, &c. ſi tamen ſtatum fœminæ non aduertebat, ſatis eſt in generali numerum cogitationum fateri. ſi inſecutus eſt fœminam diu, quærat an peruenit ad tactum impudicum: vel ad verba, quibus cũ ſcandalo induxit non paratam. ſi ornatu, muſica, muneribus, nutu, aſpectu, deambulatione in malum finem placendi & prouocandi ordinatis, vſus eſt. ſi memor occaſionis præteritæ pœnitet non peccaſſe, aut aduertens complacet cum delectatione moroſa de turpi cogitatione. gaudet lectione librorum impudicorum, qua turpiter prouocatur. ſi optauit ſe concupiſci à fœminis: & in hunc finem ornauit ſe, &cæt. 4. ſi vir inter viros praua intentione complacet de ſermone turpi. ſi ſe iactauit de huiuſmodi peccatis. ſi vſus eſt internuntio, per quem miſit nuntium, epiſtolam, munera: & an





hæc miſit pro coniugata vel virgine, &c. ſi dedit domum, fuit ſocius, conſiliarius vel internuntius pro alio. 5. à coniugatis ne quærat minus neceſſaria, quæ prouocent tentationem. ſed. 1. ſi negauit debitum coniugale abſque cauſa. 2. ſi petiuit debitum cum haberet impedimentum ſuperuenientis affinitatis, cognationis, vel voti caſtitatis. 3. ſi eam cognouit præter modum ordinarium, & vas naturale. 4. ſi tactibus præſertim laſciuis & impudicis vxoris, ſe exponit frequenti periculo pollutionis, extra actum matrimonialem.

In ſeptimo præcepto. 1. ſi furatus eſt rem alienam grandioris quantitatis: quãuis à proprio parẽte, vel intulit notabile damnum. aduertat ſi ab alijs confeſſarijs iuſſus eſt reſtituere, & differat abſolutionem communiter. Grauius eſt per rapinam & vim capere aliena: aut etiam ſua, à quieto poſſeſſore, quando aliter recuperare facile poſſet. 2. ſi non ſoluit debita vel damna illicita. ſi non reſtituit ordine debito ſecundum iura & conſuetudinem, præferens eum qui habet antiquiorem hypothecam. Huc reducitur ſoluere decimas & primitias integre: & tributa debita. adimplere teſtamenta parentis vel alterius. 3. ſi concupiuit ſuffurari aliena, vel retinere cum domini damno. propenſus vero in furta, qui cõcupiuit varias res diuerſi valoris, ſat eſt vt confiteatur numerum mortal. non explicata quantitate rerum. ſed quando re ipſa nocuit, explicet quantitatem operum, propter obligationem reſtitutionis. 4. ſi verbo, conſilio vel auxilio fuit cauſa damni notabilis. Huc pertinet fraus in emendo vel vendendo. 5. ſi ludo aſſuetus eſt in notabili quantitate contra proprium ſtatum. ſi in ludo fraudibus vſus eſt, aut importunis precibus ſeu minis induxit ad ludum, præſertim filios familias, quales ſunt ſcholaſtici: vel induxit alios quibus non permittitur facere contractus.

In octauo præcepto. 1. ſi falſum teſtimonium dixit: & grauius eſt in iudicio, vbi ſub iuramento fit teſtificatio. ſi vocatus & rogatus ſpecialiter à iudice legitime, vel generaliter per ædictum ſub excommunicatione tacuit: & fuit cauſa damni, tenetur ſatisfacere niſi cauſa iuſta excuſet. vbi vero reus vel teſtis contra ius rogatur, ſub cautela reſpondere licet tacita veritate: quanuis hinc decipiatur iudex. 2. murmuratio cum pernicioſo mendacio, ſeu detractio de honore, vel infamiam occultam manifeſtans alterius: vel eſſe cauſam murmurationis, quando auſcultat ſine cauſa: ſi hac ratione ſeminat diſcordias & inimicitias. Huc pertinet, ſi ſe iactauit de peccato turpi, aut de vindicta: præſertim exprimendo perſonam. 3. ſi abſque cauſa aperuit ſecreta notabilia peccati, aut generis infamis, vel ſecretum Capituli aut collegij: quod iuramento adſtrictus erat cuſtodire. ſi aperuit alienas literas reputans in illis contineri aliquid graue. qui veram infamiam ſed occultam contra ius & caritatem aperuit, prudenter ſatisfaciat: nec tamen tenetur dicere ſe mentitum fuiſſe. ſecretum vero ſigilli confeſsionis ex nulla cauſa abſque pœnitẽtis licentia reuelari poteſt. Reliqua ſecreta quanuis iurata nõ obligant in præiudicium boni communis. 4. ſi temere iudicauit graue malum abſq; cauſa de alio: maxime ſi alijs reuelet cum damno proximi. ſuſpicio grauiſsima de exemplari & probatiſsimo viro, interdum eſt mort. præſertim ſi alijs qui eam credunt leuibus indicijs explicetur.

Vltimo, circa proprium ſtatum & officium quærat. 1. an ſciat neceſſaria: an ſit negligens vt proprias obligationes impleat, quæ ſunt variæ pro ratione ſtatus. 2. an aliquid amplius in memoria teneat, quod grauet eius cõſcientiam. generaliter ſe accuſet, offendiſſe Deum ſuis ſenſibus & potẽtijs: defeciſſe circa opera miſericordiæ, & multa præcepta affirmatiua virtutum, quorum tempus in quo obligant facile non ſcitur. quæ omnia poſſent à principio confeſsionis referri, vt de actibus fidei, ſpei & caritatis: de humilitate, pœnitentia, cõuerſione in Deum tempore vſus rationis, de religione qua debuit interius & exterius Deum revereri, & gratias agere pro beneficijs, quibus ingratus ſæpe reincidit in peccata: De oratione qua petere debuit auxilium in graui tentatione, de periculo peccati cui ſæpe ſe expoſuit negligenter, vel fecit quædam de quibus dubitare debuit an eſſent mort. & quędã contra grauem remorſum conſcientiæ. addat tandẽ, me accuſo de omni alia re in qua Deum offendi, vel fui cauſa vt alter offenderet. De ijs omnibus peccatis & circunſtantijs me accuſo eo modo & ea grauitate vt Deus melius nouit me peccaſſe.

## CAP. XXX.

### Appendix interrogatorij pro ſtatibus circa præceptum. 3. 5. & 7.

§. 1. 5. *De clericis, & beneficiarijs.*
2. *De alijs circa ſacramenta, officia diuina & locum ſacrum.*
3 *Pro quinto præcepto, de miniſtris iuſtitiæ, de bello, & medico.*
4 *Pro 7. præcepto de emptione & venditione & alijs contract.*
6 *De tutore, teſtamentario, iudice, & cuſtode.*
7 *De dominis, & famulis: & venatione columbario, tributis.*

1. In tertio præcepto, pro clericis.

1. ſi miniſtrauit ſolenniter ſacramentum aliquod cum conſcientia peccati mortal. 2. ſi parochus petentibus ouibus, opportunis anni temporibus non miniſtrauit ſacramenta confeſsionis, & communio-

nis & vnctionis. 3.ſi non dixit tot & tales miſſas, in tali templo & altari, ſicut tenebatur ratione beneficij, capellaniæ aut pitantiæ. 4.ſi non applicauit valorem debitum miſſæ ei quem debuit. 5.ſi fecit notabilem defectum in celebratione miſſæ circa eius ſubſtantiam & ceremonias. 6.ſi omiſit recitare horas canonicas & implere alias obligationes ſui officij. 7.ſi exercuit officia iure prohibita.

**Circa reliquos.** 1.ſi recepit aliquod ſacramẽtum vt confirmationis aut matrimonij cũ cõſcientia peccati mort. abſq; præuia cõtritione. ſi ante cõmunionẽ aut celebrationẽ non præceſsit cõfeſsio mortalium, dum habebat copiam confeſſarij, nec vrgebat cauſa excuſans. 2. ſi excommunicatus affuit miſſæ vel officijs diuinis, vel recepit aliquod ſacramentum cum eſſet ab ijs prohibitus. 3.ſi quid fecit contra reuerentiam loci ſacri: nempe ſi in illo effudit voluntarie ſemen, vel ſanguinem humanum iniuſte, per quod de ſe polluitur eccleſia: ſi ſuffuratus eſt aliquid de loco ſacro, quod erat ſub eius cuſtodia eſt ſacrilegium, vt furtum rei ſacræ: ſi contra eccleſię immunitatem extraxit reum eius priuilegio fruentem.

**Pro quinto præcepto, de miniſtris iuſtitiæ.** 1.vt iudex ſi per negligentiam ſit cauſa mortis, vel damni corporalis. 2. ſi abſque cauſa damnauit ad carcerem, aut pœnam corporalem. idem de alijs miniſtris iuſtitię. dux vel miles ſi iuit ad bellum ſcienter iniuſtum, vel damna intulit finitimis contra iura belli. ſi medicus in graui neceſſitate non medetur pauperibus gratis: ſi aduocatus pauperibus non præbet ſimile patrocinium.

**Pro ſeptimo mandato.** 1. mercator ſi fraudem fecit in emendo vel vendendo circa ſubſtantiam, vt fallaces merces pro veris: circa qualitatem, vt corruptas & cum defectu occulto. aut circa quantitatem rei, ſi vſus eſt falſo pondere vel menſura. 2.ſi fecit monopolion: & qui abſcondunt frumenta vt carius vendant. 3.ſi contractum de quo dubius erat an eſſet vſura, aut iniquæ ſocietatis: vt ſi vendens pecunia credita, mutuans vel per cambium illicitum recipit lucrũ. huc reducitur prauus contractus de cenſu: vel de pretio ſimoniæ exterioris vtrinque completæ, cuius non transfertur dominium.

**4. Emptor.** Si ex fraude minuit pretium: ſi vſus eſt adulterina moneta, vel nimis diminuta, licet ab alijs fuerit deceptus. ſi hic aut debitor vel fideiuſſor fraudat creditorem, quia differt vel negat ſolutionẽ debiti. ſi emit quod videbatur furto ſublatum à viro ſuſpecto, vt quando ille noctu clanculum vendebat; vel cum eſſet ſeruus vel filius familias: hic enim tenetur poſtea inquirere an res fuerit furtiua.

**5. Si quid illicitum fecit in alijs contractibus.** Vt depoſiti, commodati, locati, in pignore & hypoteca: adde ſi exactor pignus vitæ neceſſarium exigat ab impotẽte: de fideiuſsione, iure emphyteotico, feudo, tranſactione ſeu compromiſſione. denouatione, id eſt, quando acceptat vt vnus pro altero debitore ſubrogetur æquali obligatione: de pactis, promiſsione & verborum obligatione & ſimilibus.

**De clericis & beneficiarijs.** 1. de ſimonia exterius completa: quia tenetur reſignare beneficium, ſicut & alter reſtituere pretium. 2.ſi nõ fecit fructus ſuos, ex eo quod non reſedit perſonaliter in beneficio curato: vel quia non recitauit horas canonicas, cum haberet beneficium etiã patrimoniale, vel non recitauit horas B. Mariæ cum haberet pẽſionem titulo clericali. ſi excommunicatus manet in mora & contumacia, aut ſuſpenſus à beneficio quanuis in mora non ſit, recepit fructus beneficij: nec enim poteſt, ſi aliunde habet vnde honeſte ſuſtentet ſe & ſuos. 3.ſi canonicus qui defuit debitis horis recepit diſtributiones amiſſas, quãuis ſocij faciant remiſsionem aut colluſionem. 4. confeſſarius ſi per craſſam ignorantiam cauſa fuit vt pœnitens alioquin paratus non reſtituat. 5.elector vel præſentator qui prouidet beneficium aut officium indigno noto, tenetur damnum ſatisfacere ſaltem eccleſiæ læſæ vel reipub. ſi vero dignum eligit præ alio notabiliter digniori, dum per concurſum prouidẽtur curata vel canonicatus, elector eccleſiaſticus peccat mort. 6. ſi per vim vel fraudem impedit hominem à iure prætẽdendi beneficium, vel à libertate petendi eleemoſynam dari ſolitam, tenetur reſtituere damnum. ſicut & in ſequẽtibus.

**Tutor vel curator.** 1.qui pecuniam pupilli non auxit licito contractu. 2. teſtamentarius qui non ſoluit legata, & præſertim pia.

**Iudex.** 1.qui per negligentiam permittit fieri furta & damna. 2.ſi recipit pretium contra iuramentum lege præſcriptum. 3. ferre ſententiam iniuſtam in alterius damnum: vel concedere dilationem in partis præiudicium. 4. ſi damnat iniuſte ad pœnam pecuniariam. 5.ſi per miniſtros iuſtitiæ ſinit damna fieri. 6.qui vendit iudicia, vel præuertit pretio & muneribus.

**Cuſtos.** 1. carceris per cuius culpam vincti propter æs alienum fugiunt, cum damno creditorum. ſimiliter qui eos vinctos ſine cauſa iuuat ad fugam: ſicut & qui ſeruum iuuat ad fugam cũ heri detrimento. 2.cuſtos qui à republica ſub iuramento conſtitutus eſt ad cuſtodiendam ſyluam, & paſtum herbarum, vel venationẽ: & tamen permittit fieri notabile damnũ. 3.cuſtos ſeu œconom⁹ priuatæ domus, qui infideliter ſeruat ſuo officio cõmiſſa.

**Princeps.** Qui imponit noua tributa. 2. ſi exigat à perſonis eccleſiaſticis. 3. ſi vſurpat bona communia. 4.ſi non eligit miniſtros idoneos. 5.huc pertinent omnia quæ ad officium iudicis.





**Dominus**, qui prohibet ſubditis occidere ceruos, vel cuniculos inferentes notabile damnum iactis ſeminibus: cum tamen damnum non reſarciat dominis. 2. generaliter qui artificio in ſuum columbatium trahit columbas cicures: vel aliena animalia, vt ceruos in ſuum nemus. 3. ſi omittit famulis ſoluere mercedẽ integram, vel nõ miniſtrat eis fideliter neceſſaria. 4.ſi operarijs detinet mercedem debitam. 5. è contrario ſi famulus, operarius vel artifex accepta mercede integra nõ adhibet iuſtas operas: & qui accepto publici muneris ſalario, paruam aut nullam operam nauat. qui non ſoluit tributa æquabilia, ſicut & qui eccleſiæ non ſoluit decimas.

## CAP. XXXI.

### Finito examine, quid præſtabit confeſſarius?

§.1. *Attendat an ex cauſa differenda ſit abſolutio.*
2 *Quæ huic fuit præcipua radix peccatorum: & de pœnitentia præſeruatiua.*
3 *Vt aſſueſcat bonis operibus in futurum.*
4 *An aliquid commutandum, aut diſpenſandum ſit cum pœnitente.*
5. *& ſeq. Quomodo excitabit ad dolorem & dilectionem Dei?*
8.9. *Quomodo iuuabit ægrotum periclitantem, & de teſtamento curando.*

PRudenter aduertat poſt finitum breuiter examen. 1. an egeat tempore, quo diutius præmeditetur peccata, & repetat confeſsiones dimidiatas. ſi habet caſus reſeruatos, vel excõmunicationes. ſi clericus cum impedimento retinet vſum beneficij & ordinum. ſi iacet in ſtatu peccati, propter conſuetudinem, periculum aut proximam occaſionem. ſi à confeſſoribus iuſſus potuit, nec dum tamen reſtituit, aut non ſatisfecit læſis. ſi retinet graue officium cui eſt inſufficiens: & habet craſſam ignorantiam de doctrina Chriſtiana, & obligationibus ad ſtatum ſuum pertinentibus. Ob hæc & ſimilia differenda eſt interdum abſolutio. ſed aliquando ſatis eſt vt mittatur per horam ante altare ad meditandam criminum grauitatem, excitandum pijs conſiderationibus pium & firmum propoſitum, quod impetrare contendat recitato roſario, aut alia orationẽ ad ſanctos & angelos quos patronos habet.

2 Si nullum reperit abſolutionis impedimentum, aduertat quæ ſit radix & præcipua cauſa, aut occaſio quæ illum in peccata incitare ſolet: vt in eã adhibeatur cautio & remedium efficacius. ſciat vero varia remedia contra vitia capitalia, & contra peccatum in communi, quibus præſcindantur occaſiones recidendi, & confirmetur homo in bono emẽdationis propoſito, & bonorum operum perſeuerantia, & bonorum ſocietate. imponat faciliores quaſdam medicinas, vt ter Aue, aut Salue iuxta id Pſalm. 54. veſpere, mane & meridie, vt impetret per interceſsionem B. Virg. donum continentiæ, & perſeuerantiæ à relapſu. conſulat frequentiorem ſacramentorum confeſsionis & communionis vſum, vt poſt menſem vel hebdomadam, iuxta arbitrium prudentis confeſſarij: vt audiat conciones, piorum & regularium precibus ſe commendet, meditetur nouiſsima.

3 Aſſueſiat vt occurrens importunæ tentationi ſtatim imploret Dei auxilium, & dicat nolo, non conſentio: vt ſub conditione proponat, vel interdum ſed rarius voueat, ſe ſi reinciderit in abuſum iurandi, vel aliud peccatum conſuetum, ſtatim ſequenti die ieiunaturum in pane & aqua, vel dicturum roſarium, erogaturum pauperibus aliquid ſibi carum, vel intra triduum poſt peccatum confiteri. non autem voueat vel iuret ſe id peccatum non admiſſurum, in quod proclinis eſt. aut religionem ingreſſurum, quod adoleſcentilis frequẽs eſt; ſup. lib. 2. de pœnitentia. cap. 21. §. 1. iuuat lectio piorum librorum de vita Chriſti & ſanctorum, vnde hauriat virtutum exempla quæ imitetur; in feſtis viſitare hoſpitalia, vt infirmos verbis & eleemoſyna conſoletur, & ſimilia pia exercitia. excitet ad conflictum cum vno præſertim vitio, a quo magis tentatur, per examen particulare quotidianum: in quo aduertat quoties inciderit, petat veniam, & ſæpius iteret emendationis propoſitum. Expedit vni infirmo variare remedia ad leuãdum tędium, & ſuauius perſeuerandum.

§. 4 Si habet facultatem, commutet, vbi expedit, maxime in confeſsione generali totius vitæ. pœnitentias iniunctas: maxime quando multarum eſt oblitus: vota aut iuramenta commutando cum facultate, & ex cauſa diſpenſetur, quibus forte nimis grauatur. diſpenſet cum clericis ex cauſa in irregularitate, inhabilitate vel alio officij impedimento.

5 Tandem ante abſolutionem, quam additis communiter precibus, impendet ſub conſueta eccleſiæ forma, curet diligenter vt reus grauitatem peccati mort. ſentiat per varia motiua ſup. lib. 1. de pœnitentia. cap. 19. vt ex ſtricto Dei iudicio, quo punijt Luciferum & primos parentes ob vnũ peccatum: quippe quod priuat gratia adoptionis, & hæreditate regni, facit reum æternæ pœnæ, pro cuius remedio Dei filius & incarnatus eſt, & acerbiſsimam mortem ſuſtinuit.

6 Hinc gradatim moueat ad amorem diuinę bonitatis propter ſe ipſam, cum præuentus ſit tot tantiſq; beneficijs, quibus ingratus Deum offenſione indigniſsimum affecit iniuria. hinc etiã intime deteſtetur doleatq; de peccatis, cum propoſito emendæ & ſatisfactionis, propter Deum ſumme dilectũ: in quo ratio contritionis conſiſtit.

7 Conſoletur propoſita ſpe veniæ ex infinita Dei miſericordia, & inexhauſto meritorum Chriſti theſauro. Scrupuloſos & deiecti animi, vel eos qui ad amorem ſunt propenſiores, confidere magis iubeat quàm timore deterreat: nec nimis peccata exaggereret, ſed interdum excuſet: præſertim vbi eos videt cum magna præparatione & animi dolore confiteri, & quaſi comprimi peccatorum pondere: exemplis diuinæ pietatis propoſitis, expedit aliquando diffidentibus dicere, vt pacato animo deinceps ſit, ſeque pro illius peccatis onerari, vt Deo reſpondeat & ſatisfaciat: vadat in pace & amplius nolit peccare.

8 Ægrotis pereclitantibus adhibeat ſummam diligentiam: (de quo Polanc. fecit vtilem lib. & Nauar. cap. 26. num. 26. 36. Fra. Medin. lib. 2. cap. penult. & vlt.) cum ex eo mortis puncto pendeat æterna ſalus aut damnatio. in quo proinde poteſt quilibet ſacerdos, quanuis non expoſitus ſed cenſuris alioqui impeditus, pœnitentem à quibuſuis peccatis & cenſuris directe abſoluere: neque eſt in mortis articulo vlla reſeruatio caſus. ſi careat loquendi vſu, & ſigna peccati doloriſque in genere oſtendat, ne timeat abſoluere ſub conditione. Curet vt recepiat ſacramentum euchariſtiæ in viaticum, & extremam vnctionem: & vice pœnitentiæ toleret patienter morbi & mortis ærumnas. Concedat indulgẽtiam, ſi forte Bullam cruciatæ habet, aut calculos benedictos. Præmiſſa debita diligentia, hortetur vt vehementer confidat de Dei miſericordia, Chriſti ſanguine, & efficacia ſacramentorũ: cum nunque ſera ſit pœnitentia facienti cum Dei auxilio quod in ſe eſt.

9 Si teſtamentum condere velit cum neceſſaria ſolennitate & teſtibus, dimittat ei liberam voluntatem vt legata faciat pauperibus, præſertim ſi cognatione iuncti ſint: & alijs pijs operibus. & teſtamentum condat, vel ſaltem confirmet num creditur eſſe in ſtatu gratiæ, vt pijs legatis tanquam operibus viuis peccata redimat, & comparet ſibi vitam æternam.

10 Hactenus de ſrcramento pœnitentiæ, tripli libro dictum eſt: & de clauium vſu in foro pœnitentiæ. De vſu clauium extra ſacramentum pœnitentiæ dicendum reſtat, vt de indulgentijs quibus homo ſoluitur à pœnis vel pœnitentijs iniunctis. at de cenſuris ſeu pœnis eccleſiaſticis quibus ligatur dicetur poſt omnia ſacramenta.

## CAP. XXXII.

### Epiſcopus & examinator quomodo approbare debeant confeſſarios?

*§.1. Qualis eſſe debet examinator?*
*2 Quærat de officio ſacerdotis.*
*3 Quomodo epiſcopus ſe gerat cum valde docto, aut indocto.*
*4 Quærat de ſacramentis quæ ſacerdos miniſtrare ſolet.*
*5 Et de confeſſarij officio: vt de fine huius ſacramenti, forma, materia & caſibus reſeruatis.*
*6. Et ſequent. Sigillatim de tribus partibus materiæ.*
*9 Quærat de qualitatibus boni Miniſtri, & ſigillo.*

EXamen illorum, qui ad confeſſarij munus approbandi ſunt ab Ordinario tanquam idonei, de quo ſup. cap. 6. fieri deberet per examinatores in ſynodo Diœceſana cõſtitutos: qui iuramẽto iuxta decretum Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. aſtringuntur, ne quid cauſa examinis ante vel poſt accipiant, ne eſculenta quidem aut poculenta: & depoſita omni humana affectione curaturos digne adminiſtrare id graue munus: nec ſpe præmij, aut metu & nimia reuerentia inſignium virorum habituros perſonarum acceptionem. Nec examen ab vno ſed à duobus vel tribus coram epiſcopo aut eius generali Vicario euocatis fieri deberet: nec ab eo, qui ſacerdotem examinandum docuit priuatim.

2 Aduertat examinator, vt ſciant quæ pertinent ad ſacerdotalis ordinis obligationem: qualis eſt, recitare integre horas canonicas, continentiam ſuſceptione ordinis ſacri implicite promiſſam ſeruare, cum bono vitæ exemplo. 2. quid ſit miſſæ ſacrificium: quæ partes illius, vt de oblatione, conſecratione & conſumptione. quis effectus pro viuis & defunctis, quem accepta ſtipe ſacerdos offerre tenetur. quibus verbis fiat conſecratio: quæ veſtes induendæ ſint, quo loco & vaſis, & quo diei tempore celebranda miſſa. Qua præparatione, vt præmiſſa confeſſione ſi habet conſcientiam peccati mort. Quomodo ſi dubia aut defectus inciderint inter celebrandum, poſſit illis occurrere. Sciant explicationem trium ſymbolorum. Quod ſacramenta miniſtrare non debent abſque iuriſdictione: eamque in ſacramento pœnitentiæ eſſe omnino neceſſariam.

3 Inſpiciet qui examinat, vultum, habitum corporis & alios geſtus, veſtitum decentem & ſermonem eius conſideret, decentem ætatem. De his atque alijs Epiſcopus aut Vicarius ab alijs externis teſtimonium petat, vt in tanto officio dignos miniſtros eligat. Dum primus examinator interrogationem proponit, alter noua quæſtione aut argumento ne interrumpat, niſi de epiſcopi aut Vicarij petita licentia. Diſtribuant examinatores inter ſe rationem & partes examinis: ſilentio vtatur interſe, attendentes quid examinatus reſpondeat. nec ſeueritate aſpectus deterreant reſpondentem, ſed benigne auſcultent. Si quid reſponſione offendat, ne moneatur ſtatim, ſed peracto examine: nec examinetur tantum ſcientia, ſed prudẽs iudicium in rerum vſu, & ſolertia reſpondentis. Si quis de facilibus rogatus imperitum ſe oſtendat, non deberet



beret in rerum difficilium interrogatione tempus deteri. ſi autem doctrina & vſu conſpicuus apparet, non eſt diutius immorandum.

4 Vt ſciat in ſacramentis, præſertim quorum miniſter futurus eſt, naturam & vim propriam & diſpoſitionem vt ſint cauſa gratiæ: quæ ſit neceſſitas aut vtilitas ex fine & effectibus ſacramẽti: quæ forma, materia, miniſter, eiuſque intentio: & quo ritu & ceremonijs ſit miniſtrandum. Quæ ſint ſacramentalia præmitenda baptiſmo, aut alijs ſacramentis.

5 Quæ propria ſunt confeſſarij ſigillatim & explorate perquirantur. 1. de neceſſitate & præcepto ſacramenti pœnitentiæ: in quem finem Chriſtus illud inſtituerit: quos effectus producat. 2. qua verborum forma fiat abſolutio, & de intentione miniſtri: quæ preces adhibeantur: & quando à cenſura ſit prius abſoluendus. 3. quæ ſit materia remota. Et ſciat caſus in ea regione frequentes, qui Summo Pontiſ. aut Epiſcopo reſeruantur à iure, vel ab homine. Quibus peccatis annexa ſit cenſura: In quo caſu contrahatur irregularitas.

6 De materiæ proximæ tribus partibus, contritione, confeſſione & ſatisfactione. 1. Quid ſit contritio, quæ ad illam concurrant: quæ ſigna ſint veræ contritionis: quibus actibus & conſiderationibus exercendus eſt homo ad veram contritionem: quia fructus illius. & quod qui cõtritus ſibi videtur, teneatur nihilominus præcepto diuino confiteri ſuo tempore. Quando obliget contritio.

7 De confeſſione quid ſit: quod verbis aut alijs ſignis fieri poteſt. quod teneatur confiteri omnia mort. quibus caſibus excuſari poſſit ab integritate confitendi omnia. Venialia eſſe ſufficientem materiam. 2. de circunſtantijs peccatoris & peccati: quæ mutent ſpeciem peccati, quæ grauent, & ſint in confeſſione explicandæ. Quibus regulis ſummatim ſciet caſus, quibus eſt reſtitutionis aut ſatisfactionis coniuncta obligatio: & de contractibus communi vſu in ea regione conſuetis. An ſciat in rebus dubijs, & ſuſpectis prudenter dubitare: & quomodo ſaluo ſigillo, conſulere debeat peritos, quid agendum ſit, quæ conditiones ſint neceſſariæ aut vtiles ad confeſſionem. De præcepto, quando debeat ſtatim confiteri, aut confeſſiones factas iterare.

8 De ſatisfactione quomodo ſit vtilis ex fine & fructibus: quod ſatisfactio iniuncta ſit ex præcepto implenda, quales & quantæ pro ratione perſonæ & peccatorum ſint imponendæ: quando liceat commutare aut minuere.

9 De qualitatibus miniſtri, vt digne munus exerceat: qua præparatione vt bonus ſit, & de illius ſcientia & prudentia, quæ & quanta ſit ſigilli obligatio: & quæ ſub illo cadant aut non cadant.

Sequitur ordine de Sacramento extremæ Vnctionis, de quo dictum eſt ſupra lib. 3. à cap. 7. poſt Sacramentum Confirmationis.

# LIBER SEPTIMVS DE CLAVIBVS QVANTVM AD INDVLGENTIAS ET PRIVILEGIA.

## *Doctores de hac materia tractantes.*

Hieron.in Dan.4.Aug.& Cypria.inſ.cap.1. F. Alexan.PP.III. ante.400. annos vtitur voce indulgentia in c.quod autē de pœnit.& remiſ. Tertul.lib.ad martyres.& de pudicitia.Cōcil.Carthag.4.c.76.& facit c.75.capit. is qui in infirmitate.26.q.6.cap.ſacerdos.26.q.6.ex Pontif.Clemens.1.li.3.conſtit.Apoſt.c.10.vbi Turrian.Clem.6.in extrau.vnigenitus de pœnit.& remiſ.Sixtus.IIII.dum cōfirmat Conc.Cōplut.prop.6. Innocen.III.in conc.Later.ad fin.Conſtantien.ſeſ.8. Trid.ſeſ.vlt. ad fi.& in bull. Pij.IIII. de profeſsione fidei. Leo.X. in extrau.cont.error.Lutheri,quem refert Caiet.3.p.q.48.ar.5.Magiſt.nihil egit de indulg.ſed Theolo.d.20.vbi D.Tho.a.3.& ſeq.(ſeu add.q.25.) Alber.ar.16.Maior.Capre.& Hiſpalen.q.1. Dur.q.3.Palud.q.4.ar.1.Bon.in.2.p.d.ar.1.q.5.Richar.ar.3.q.1.Carthuſ.q.3. Palac.q.2. Marſil.q.12. Soto.d.21.q.1.Ledeſ.2.p.q.27. Alexan.4.p.q.83. Altiſ.lib.4.fol.281.Gabr.in Can.lect.57.in add.&.58. Adria.4.de indulg.fo.158.vſque.165.Gerſo.2.p.tract.de indulg.fol.189.Caieta.to.1.in duplici opuſc.de indulg.trac.8.9.10.15.&.16.Ekius enchyr.loco.24.Roſen.ab ar.17.vſque ad.22.Anton.3.p.titu.10.c.3.§.2.Summiſtæ.Ang.Sylu.Tabien. Armi. ver.indulg.Caſtro.& Medices.de hæreſ.ver.indul. Aſten.lib.5.tit.40.Viguer.inſtit. Theolog.c.16.§.6.verſ.19.& ſeq.Pet.Sot.de inſtit.ſacerd.tit.de indul. Michael à Med.de indulg.diſput.1.& ſeq. Cordu.toto lib.5.quæſt.Naua.§. in Leuit.ſeu de indul. Angles.in flor.Theol.tit.de indulg.Felin.ſer.de indul. Panor.ſer.ſup.Concil.Baſilien.Argomenas.Hiſpan.de indulg.Turrecrem.in c.ſi quem.2.q.3. Tubertinus & Latomus ar.7.contr.Luther. Hoſi.inſtit.c.48.& lib.de hæreſib.p.197.Prateol.ver.VVald.VViclef.Luther. Canoniſt.agunt de indulg.in omni lib.tit.de pœnit.& remiſ.vt in Decretal.c.4. &.15. in lib.6.c.1.&.3.in Cle.c.2.in extrauag. Antiquorum.&, Vnigenitus : inter communes.

### *C A P. I.*

### De indulgentiæ voce & definitione.

§.2. *Explicatur definitio.*

3 *Differt à remiſsione pœnæ quæ datur in ſacramento.*

4 *Ex tribus quæ ſunt in opere bono, in quo cōſiſtat ratio ſatisfactionis.*

De clauium poteſtate, quibus homo in foro interiori pœnitentiæ ſoluitur á culpis, & à quibuſdam pœnis : & ligatur pœnitentijs à confeſſario iniunctis, dictum eſt libro tertio de pœnitentia. ſequitur vt ante cenſuras dicamus de indulgentijs [a], ſeu de quadam poteſtate clauium qua homo extra ſacramentum ſoluitur à quibuſdam pœnis coram Deo, & à pœnitentijs iniunctis : qui fructus ſpiritualis pertingit ad animam [b]. vox indulgentia ſignificat multa [c]. Primo gratiam, vel diſpenſationem. Secundo indulgere dicitur dum malum, aut minus bonum impune permittitur iure cōmuni [d], quod

C A P. I.

a [a] Sic Ioan.20.prius dicitur, quorum remiſeritis.& Soto.prius agit de indulgētijs d.21. quam de excōmunicatione:quia dignius eſt ſoluere quam ligare : & quia indulgentia magis accedit ad forum pœnitentiæ, cum per eam abſoluatur reus à pœnitentijs iniunctis & pœnis. Alij quia Mat. 16.18. prius dicitur quodcunque ligauer.prius agunt de excommunica. cum Magiſt. d. 18. quam de indulg.

b [b] Quidam hæretici putant confeſſarium in foro tantum externo ligare pœnitentijs iniunctis.contra quos Triden.ſeſ.14.c.8.can.15.& late Bellar.4.de pœnit.c.10.12.& 16. Alij vt negāt cenſuram excōmunicationis ligare in foro cōſcientiæ(contra quos Couar.c.alma.in princ.n.9.lib. 2. Var.c.8.Caſtro.verb.excommun. Concil.Conſtantien.ſeſſ.15.Soto d.22. q.1.) ita negant indulgentiam coram Deo remittere pœnas ſpirituales, contra concil.& Patres ſup.

c [c] Summiſt. verb. indulgent.Nauar. de indulgen. not. 8. num. 2.not.20.numer. 1. Archid. in cap. indulgentia. de pœniten. & remiſſione . libro ſexto.

d [d] Quintil.1.inſtitut.c.3.mollis educatio quæ indulgentia dicitur. Plin. libro. 17. capit.10. indulgentior

gentior eſt nutrix, quam mater. D.Tho.in id. 1.Corin.7.hoc dico ſecundum indulgentiam. & .4.d.26. q.1.a.4.ad.3. c.interfectiones.33.q.2.c. de inceſtis. 35.q.3.Valla lib.4.elegant.c.18. ait ſemper ſignificare illicitam licentiam. ſed falſo, quia Cicero.1.de legib. & lib. 2.de orat. ad med. ſumit in bonã partem.inf.E.

eſt fauor. 3.per condonationem gratuitam Deus dicitur indulgere peccata [e]. 4. in propoſito ſumitur pro condonatione temporalis pœnæ, quę gratis relaxatur conſequenti indulgentiam [f]. vocantur remiſſiones, venia, benedictio [g]. De antiquo indulgentiæ vſu inf.c.3.

2 Definitur, indulgentia [h] eſt pœnę pro peccato debitę relaxatio, quæ fit extra ſacramentum, ex applicatione theſauri Chriſti & ſanctorum. Dicitur. 1.relaxatio ex miſericordia [i]: quia non debetur indulgentia ex iuſtitia diſtributiua, pro quãtitate meritorum (poſſunt enim duobus æque diſpoſitis concedi inæquales indulgẽtiæ) ſed hæc fit per claues iuriſdictionis, quibus Papa & quidam prælati aperiunt theſaurum continentem bona communia eccleſiæ, & viuos ſibi ſubditos abſoluit à pœnitentijs iniunctis. In quo differt à priuata ſatisfactione [k], qua vnus iuſtus ſine hoc quod habeat theſaurum in præterito, applicat futurum opus vt ſatisfaciat de iuſtitia pro alio: ſed abſque iuriſdictione, nec liberat à pænitentijs iniunctis. Dicitur. 2.pœnæ, nẽpe temporalis, vt poſtea dicetur: pro peccato enim debita eſt Deo pœna ante ingreſſum cœli, quæ niſi in præſenti vita, ſoluatur certe ſoluẽda ſit in purgatorio [l]: in quo quædã peccata, nempe venialia poſt hanc vitã remittũtur [m], per feruentem actũ caritatis, quem anima elicit mox vt egreditur [n]: & ſoluuntur pœnæ tẽporales quæ ijs peccatis aut mor. remiſſis quoad culpam reſpondent, nec enim per cõtritionem tepidam aut per abſolutionẽ remittitur ſemper tota pœna peccati, vt libr.1.de pœnit.c.14. dictum eſt.

3 In definitione dicitur extra ſacramentum: & differt à remiſſione quæ fit per ſacramentum. 1.confeſſarius non dat indulgentias [o], vt quidam falſo concedunt [p]: ſed

[e] Eſa.61.prędicare indulgentiã. quod Chriſt⁹ Luc. 4.exponit remiſsionẽ. & Patres citati à princ. Summiſtæ verb. indulg. Nau. de indulgen. not.20.num. 2. Archid. d. c. indulgentia.

[f] Theol. d. 20. Soto. d. 21. D. Tho. add.q.25.ar. 1.Conc.Carthag. & Triden. ſeſſ.25. ad fi. Hiero. in Daniel.4. Augu. conc. 1.in id Pſal.101.& potũ meum. Cypria.inf.& epiſt. 73.ad Iubaian (poſt lib.ad Quirin.) & ſer.5. de lapſis. lib.de pœnit. Turrec.c.ſi quẽ.2.q.3. Sũmiſt.ſup.

[g] Turria.in Clem.lib.3.conſt.Apoſt.c.10. à Clemente vocari benedictionẽ paruam vel magnam. & citat Eſai.27.iuxta Lxx. auferetur iniquitas & hoc erit benedictio eius.i.remiſſio, & eo verbo ſæpe vti B.Grego. Boniſ.8.extrau.antiquorum de pœnit. & remiſ. vocat veniam. Cypr.ſer. de lapſ. vocat dare pacem pœnitentibus. & lib.3.epiſt.16.vid.epiſt.15. vſq; ad.20.

[h] Soto.Ledeſ.Caie.to.1. de indulg. ad Iulium.c.2.fo.46. Nauar.not.8.nu.2.ſed Gabr. lect.57.huic definitioni addit quædam *minus neceſſaria*.

[i] Palu.d.20.q.4.n.14. Ant.1.p.tit.10.c.3. §.1.Nauar.not.10.num.22.aiunt quod Deus quędam gratis donat, aut condonat ſine applicatione ſatisfactionis Chriſti: (fatetur tamen Palud.per indulgentiam prius applicari ſatisfactionem quandam, qua reus liberetur à pœna) quaſi deceat Dei magnificentiam aliquid mere gratis dimittere. At Palud.bene reijcitur à Xuar.3.p.q.19.4.dub.41.§. 3.col.7.hinc Capreol.3.d.18.ad arg.Scoti.cont.4. con.Mairo.4. d.19.q.2. negant Chriſtum meruiſſe nobis fidem & diſpoſitiones primę gratię. & Palud. ſup. & ex Louanien.Driedo de captiu. & redempt. gener.hum.tract.2.c.2.p.3.ar.4.p.149. Taper.art. 6.ante med.& ar.7.p.175.243. Ferr.4. cont.gent. capit.55.ad.7.ſentit Syluest.indulg.§.1. Anton.1. p.tit.10.c.3.§.1.Nauar.de indulg.not.10.num.22. Adamus in id ad Epheſ. 1. qui benedixit nos. & in Rom.9. Sonnius in demonſtr. Relig. Chriſtianæ.lib. 2.tract.3.c.12. Caſſallius. lib.1. quadripart. iuſt.c. 4.& ſeq. Cartag. de prædeſt. q.11.ad.10.negat efficaciam applicationis tribui merito Chriſti. Palac. 3.d.18.q.2.negat Chriſtum meruiſſe generalem vocationem, & generale auxiliũ gratiæ. horum quoſdam refert Vega.li.4.in Trid. c.7. & citant per ſe D.Tho.3.p.q.49.ar.1. ad 3.de verit.q.29.art.7.ad 4.& vlti. At in hoc iſtorũ ſententia eſt periculoſa & forte erronea cõtra loca ſcripturæ & Patres. Cyril 9. in Ioã. c.42. Ambr. in Epheſ. 1. Chryſoſt. in Epheſ.4. Anſel.in Epheſ. 2.Hieron.in id Iſai.53. ſi poſuerit pro peccato.&.c. 55.quomodo deſcendit imber. Aug. de bono perſeuer.c.7. & Patres in id Ioan.1. de plenitudine eius. Aug. Cyril. Chryſ. Theoph. Caie.ex Conci.Mileui. can.4. Arauſic.can.5.7.16.21. Trid. ſeſ.6. c.5.6.& clare.c.7. ſeſ.21.can.3. quod ſumpſit ex Bern. ſer. 13.in Cant. Vega li.4.c.3.5.7.li.15.c.9.10. Hoſi.c. 41.43. Lind.3.panopl.c.36. Ea remiſſio culpæ vel pœnæ debetur redemptioni Chriſti, ſed nobis datur gratis, Rom.3. iuſtificati gratis, & per redẽptionem. D.Tho.3.p.q.19.ar.4.ad.3. vbi Xuar.dub.41.§.2.

[k] Sot.d.21.q.1.a.4.col.2.&.6.

[l] Ex ſcriptura & Patrum conſenſu colligunt recent.cont.Luth. damnatum à Leo.10. Trid.ſeſ.25.in princ. D.Tho.add. q.69.a.2.q.71.ar.5. Theol.4.d.45. Soto.d.19.q.3. a.1. Roſen.ar.37. Caſtr.& Medic.ver.purgatorium. Ayala.3.p.tradit. Lindan.4.Panopl.c.53. Hoſi.inſtit.c.48. Ekius.Enchyr.tit.25. Torren.li.4. conf.c. 1.direct.2.p.q.14.hær.13. Cord.li.5.q.2. Bellar.li. 1.de purgat. Barthol.Sybyl.in ſpecul. peregrin.qq. decade.1.c.3.q.1. Nau.c.26.n.17.

[m] Ex Mat.12. nõ remittetur in hoc ſęculo, nec in futuro colligũt Mag.4.d.21. Bellar.2.de pœnit.c.15.16. Patres citati.li.1.de pœnit.c.13.

[n] lib.1.de pœnit. c.15. §.8.ex D.Tho.& alijs.

[o] Abulen.Matt.16.q.80. Sylu.indulg.§.5. Nauar.not.9.n.4.not.14.num.1. Cord.li.5.q.12.prop.7.communis.d.20.& D.Tho. dũ negant parochos cõcedere indulgẽtias.inf.c.32.

[p] Card. Aluarot. Innoc. Archid. Pan.in c.quod autem.de pœnit.& remiſ. Marſil.q.12.a.2.p.2.dub.2. con.3. Angel.indulg.§.5. Roſell. Tabien.§.7.





abſolutione directe & immediate de ſe remittit attrito peccatori culpas mortales ſimul omnes, quæ ſunt materia neceſſaria. idque agit præcipue per poteſtatem ordinis, & ex ſolo Chriſti merito: adiuncta tamen iuriſdictione. ſed indulgentia immediate remittit pœnam temporalem, per poteſtatem iuriſdictionis, nec facit de attrito contritũ [q]: culpas vero veniales tollit indirecte [r]: hæc datur ex ſatisfactione non tantum Chriſti, ſed ſanctorum vt cap.2.§.3. dicetur. 2.ſacramentum eſt Chriſti inſtrumentum cum determinata verborum forma: nec abſolutio datur niſi adulto præſenti, & petenti qui habet intentionem recipiendi. 3. abſolutionem nemo poteſt ſibi ipſi miniſtrare, ſed alteri per modum ſententiæ. At indulgentias poteſt Papa ſibi applicare (inf. c.32.§.4.) vel alteri etiam abſenti, & nihil cogitanti: & abſque certa verborum forma vt capit.6. dicetur. 4. confeſſarius non taxat quantitatem pœnæ, quam abſolute remittit (id enim pendet ex neceſſaria diſpoſitione pœnitentis) ſed Papa indulget certos annos indulgentiæ, aut plenariam gratis: & habenti magnã diſpoſitionem poteſt conferre paruam indulgentiam: & ex cauſa pro parua diſpoſitione cõferre magnam indulgentiam, inf.cap.14.

4 Tria in opere bono hominis reperiuntur. 1. bonitas & rectitudo conformis regulæ rationis [s], quæ facit bonum habentem, vel diſponit bonis operibus vt conualeſcat à morbo, & præſeruetur in futurum. 2.eſt dignum laude [t] & gloria ſaltem humana. ſi vero procedat ex gratia, eſt meritum dignum gloria diuina [u]: quia iuxta Matt.6. homines ob ea opera glorificant Deum patrem. 3.habet ex virtute pœnitentiæ vt ſit ſatisfactorium [x] pro pœnis debitis peccato. & hic fructus recipi poteſt abſque merito proprio, dum vnus pro alio ſatisfacit. ſic poteſt applicari indulgentia ſine recipientis merito. ſic ergo opus bonum eſt. 1. honeſtum mihi, deinde delectabile Deo in gloriam eius: 3. vtile etiam proximo in ſatisfactionem pro eo. His tribus opponitur malum opus. 1. vt eſt obliquum & priuat fine & regula rationis debita [y], & reddit hominem morbidum, & ſic dicitur peccatum. 2. dicitur culpa, vt eſt in poteſtate liberæ volũtatis, & ſic opus eſt dignum vituperio [z], ob quod blaſphematur nomen Dei. 3. eſt demeritum in ordine ad alterum: cui reſpondet iuſta retributio pœnæ.

## CAP. II.

### Applicationẽ ſatisfactionis fieri tripliciter, & de communicatione religionis.

*§.2. Materia theſauri eſt præcipue ſatisfactio Chriſti.*

*3.4 Et ſanctorum ſatisfactio, etiam eorum qui fuerunt in lege naturæ & veteri.*

*5 Pro pœna æterna & pro peccato mort. ſola Chriſti ſatisfactio applicatur per ſacramentum.*

APplicatio alienæ ſatisfactionis fit tripliciter. 1. dum priuatus homo ſuam, qua etiam indiget, confert gratis alteri [a]. & duo conuenire poſſent vt quod vni ipſorum ſuperfuerit, cedat alteri. 2. ſi prælatus communitatis aut religionis admittat aliquos ad participationem bonorum & orationum quæ in futuro fient in ea cõmunitate [b], aut religione ſeu confraternitate. Poteſt enim prælatus præcepto & intentione ſua quotam ſatisfactionis ſubditorum reſeruare, in ſuam diſpoſitionem: quanuis ſubditi ſibi indigerent [c], atq; ita iubet miſſas & alias ſatisfactiones offerre ſpecialiter pro

[q] Nauar.not.10.num.19.not.23.numer.3.&.7. inf.c.2.§.5.& c.9.§.4. D.Thom.quæſtion.27.artic. 1.Durand.quæſtio.4.num.10. Adrian.con.3. Cordub.quæſtion.7.artic.1. Caietan.tom.2. de indulg. quæſtion.4. pœna enim æterna gratis ſimul cum culpa remittitur cum ſacramento in re vel in voto. Trident. ſeſſ.6.capit. 14. At Alber.a.18. Carthuſ.quęſtio. 4.ſignificant remittere pænam æternam. Richar. artic.4.quæſtio.1. quod. Palud. quæſtion.4.ad ſi. limitat de indulgent.pleniſsima Papę. ſed falluntur.

[r] Sic priuata ſatisfactio indirecte & ex cõſequenti tollit culpas veniales (ſup. libr.1. de pœniten. capit.15. libro.2. capit. 19.§.8.) indulgentia vero non remittit directe & per ſe culpas Diuus Thom.addit quęſtion.25. artic.1.ad.3. Supplem.diſtin.45.quęſtion.3.artic. 2.propo.11. corol.9. Anton.1.part. tit.10.c.3.§. 4.&.5. Sylu. indulg.§.10. Roſel.§.16. Tabien.§.2. cum D.Tho. Nauar. not. 10.num.16. vid. num.1. 11. & not. 21.num.22. & cur dicitur indulg. à culpa & pœna.

[s] D.Tho.1.2.q.21.ar.1. Nauar.not.13.num.14. bonitas vero dicitur. 1.ſecundum genus vel ſpeciẽ. 2.ſecundum circunſtantias & finem. D.Thom.1.2. q.18.art.4.& ſeq.q.73.7.ad.1.& in 2.d.36.ar.5.

[t] D.Thom.1.2.quæſt.21.artic.2.

[u] D.Thom. 1.2.q.21. art.4. q.114.1. Soto.lib.3. de natur. & gratia. c.7.&.8. Veg.lib.8.in Tridenti cap.11.12. Perion. li.2. topicæ Theolog.

[x] Opus omne meritoriũ præſertim vt pœnale, eſt ſatisfactoriũ pro pœna. lib.2.de pœnitentia. capit.19.§.4.

[y] [z] D.Tho. 1.2.q.21.ar. 3. malitia vero moralis vel bonitas ineſt primum in actu volũtatis D.Th. 1.2.q.3.a.4. & q.88.4.

CAP. II.

[a] SVp. lib. 2.de pœnit.c.18. Soto.d.21.q.1. artic.2.

[b] Naua.lib. de oratio. in Miſcel.n.28. ſeu nouo miſcel.11.numer.5. Adri. quodlibe.8. art.3. Cord. libr.5.q.42. facit libr.1. quæſtio.3.& praxis religionum. Fra. Manuel in explic.bullę. §.7.numer. 14.&.§.12. Richard.4. diſt.41. vbi Paludan. q. 1.articul.1. quæſtion.2. art.2.

[c] Sic Papa de omnibus miſsis reſeruat portionem quandam quam applicat, vt ait Scot.quodlibet.20.& dum Rex imponit tributum, compelluntur contribuere etiam qui ſibi indigent.

d [d] Alias ſi hic peccans, aut manens in peccato veniali decederet, euolaret ſtatim in cælum, ob præteritas ſatisfactiones quas ſibi reſeruaſſet. quod nec baptiſmo, aut martyrio conceditur. e [e] Sot.d.21.q.1.ar.4.col.5.Ledeſ.2.p.q.28.art.3.fin.Cord.lib.1.q.4.dub.6.

alijs. 3. ſatisfactiones quæ ſuperfluæ fuerunt defunctis ſanctis, aut viuis abſque applicatione, nemo priuatus poteſt conſeruare in theſauro, vt in futuro applicet pro ſuis d aut aliorum peccatis. nec ſacerdos ſatisfactionem miſſarum quas dixit, poteſt conſeruare vt applicet ijs qui in futuro dabunt ſtipem e. ſolus Papa eſt caput eccleſiæ, conſeruat theſaurum, & tanquam Chriſti diſpẽſator habet vniuerſalem clauem, qua varijs modis applicet Chriſti & ſanctorum ſatisfactiones: nẽpe tam per ſacramentum abſolutionis, quã extra ſacramentum f per indulgentias. ſic ſolus, quia caput eſt, habet ſpecialem à Chriſto clauem ſcientiæ, vt infallibiliter definiat dogmata fidei & morum.

2 Materia præcipua ex qua conſtat theſaurus eſt Chriſti ſatisfactio: qui tanquam caput & vniuerſalis redemptor g pro membrorum culpis etiam venialibus, & pro pœnis etiam temporalibus ſatisfecit infinite, & de rigore iuſtitiæ ex proprijs: nec ſibi indiguit vlla ſatisfactione, cum non eſſet capax culpæ. nec vero ſibi meruit gloriam eſſentialem animæ h: ſed meritum gloriæ eſſentialis & ſatisfactionem totam ſuam tranſtulit in nos. Eam ſatisfactionem applicauit i, & applicari conceſſit abſque ſacramento, pro temporalibus pœnis & peccatis venialibus: vt per ſacramentum baptiſmi plene applicat quantum ad ſatisfactionem totius pœnæ. quanuis vero abſumeretur ſanctorum ſatisfactio, quæ eſt finita: timendum non eſt exhauriendam per indulgentias ſatisfactionem Chriſti k, quæ infinita eſt.

3 Vt theſaurus eſt collectio, à ceruuſq; bonorum l (qualis in ærario publico conſeruatur diſtribuendus ciuibus) ita in eccleſia eſt theſau-

f [f] quia Mat. 16. claues ad ſoluendum promittũtur Petro ſine reſtrictione intra aut extra ſacramẽtum pœnitentiæ. c. quodcunque. 24. q. 1. Caiet. de autor. Papæ. c. 5. vid. Bellar. 1. de Roman. Pont. c. 12. dicetur inf c. 31. Naua. de indul. not. 14. n. 5. & addit. n. 2. cum Caie. de indul. q. 4. & 3. p. q. 48. 5. ſic fuiſſe declaratum à Leon. PP. 10.

g [g] Nec tam proprie diceretur vniuerſalis redemptor, ſi non redemiſſet ſimul à minori debito & peccato veniali. Xuar. 3. p. q. 1. a. 2. du. 4 §. 3. 4. & 9. q. 19. 4. du. 41. §. 3. verſ. ex quibus Luc. 19. in redemptionẽ pro multis. nempe quo ad efficaciam. Roman. 3. iuſtificati gratis per redempt. 1. Corint. 2. dedit ſemetipſum redempt. & in propoſito D. Tho. add. q. 25. in princip. Sot. d. 21. q. 1. 2. Nauar. not. 13. Vega. lib. 4. in Triden. c. 6. lib. 7. c. 7. lib. 15. c. 10. fauet Concil. Triden. ſeſſ. 14. c. 8. Apoc. 7. dealbauerunt ſtolas in ſanguin. agni. 1. Ioan. 2. ſanguis Chriſti emundat ab omni peccato.

h [h] Mairo. 4. d. 19. negat in eccleſia eſſe theſaurum pro indulgentijs, & innuit Taper. ar. 6. & Mich. Medin. de indulgent. diſp. 8. c. 40. 41. 44. (vt refert Cordu. q. 4.) ait non eſſe hæreticum negare theſaurum (& tamen c. 43. & ſeq. defendit eſſe theſaurum, vt opinionem probabilem. de quo inf. M.) fundatur Mairo quia. 3. d. 18. q. 1. ait Chriſtum actu præuio meruiſſe gloriam animæ (& in eo opera ipſius fuiſſe ita omnino præmiata, vt nihil ſuperſit ſatisfactionis) quod ſimiliter affirmãt Guillel. de Rubion. q. 1. Baſſolis. artic. 3. Maior. q. 2. dicit problema. Marſil. 3. q. 12. ar. 1. dicit probabile. tenet Altioſiod. lib. 3. tract. 1. c. 7. & probabilem opinionem dicit diſcipulus noſter Xuar. 3. p. q. 19. 3. dub. 40. §. 2. & ipſe iunior (me inuito & contradicente) defenſauit anno. 1571. in publico actu Salman. innuit D. Thom. 3. diſtinct. 18. artic. 2. ad. 2. At certa apud probatos Doctor. ſentent. negat meruiſſe ſibi Chriſtum viſionem beatam (alias haberet viſionem infinitam ex merito infinito.) D. Tho. 3. p. q. 19. ar. 3. vbi Caiet. Fr. Medin. & omnes Recent. Doct. 3. d. 18. vbi D. Tho. Bon. d. 2. q. 1. Rich. ar. 2. q. 1. Alber. ar. 4. dicit commun. & ſine calumnia. Paludan. q. 2. Durand. q. 3. Scot. Okam, Almai. & Gabriel. q. vni. Capre. Hiſpalen. quæſt. 1. Carthuſ. q. vni. Palac. q. 1. Marſil. q. 12. art. 1. con. 3. idem reuera Alex. 3. p. q. 16. m. 3. art. 1. Sot. d. 21. quæſt. 1. ar. 2. Ledeſ. 2. p. q. 27. ar. 1. Cano. lib. 12. de loc. c. 14. ad 6. Dried. de redẽpt. tract. 2. cap. 2. p. 3. ar. 3. Nauar. de indulgen. not. 13. nu. 10. Franciſ. à Chriſto. in 3. p. lib. 5. q. 8. ſentit Henric. quodlib. 6. q. 6. Cordub. lib. 5. q. 5. ad. 1. quanuis vero Chriſtus ita ſibi meruiſſet, maneret tamen ratio ſatisfactionis infinitæ in theſauro, qua Chriſtus ſibi non indiguit. Quod vero alij dicunt Chriſtum & Angelos recepiſſe præmium, & tamen illud meruiſſe per ſequentes actus, eſt improbabilis ſentẽtia: alias ſic meruiſſet incarnationem, quod eſt error contra conſenſum Patrum & Theol.

i [i] Sic abſque ſacramento Chriſtus remiſit Magdalenæ Luc. 7. & capit. 22. latroni in cruce. Matth. 9. paralytico. Ioan. 7. totum hominem ſanum feci. vt exponit Auguſtin. & D. Thom. 3. part quæſt. 44. artic. 3. ad tertium. ſimilem autoritatem remittendi temporales pœnas extra ſacramentum reliquit Petro & ſucceſſoribus eius Pontif. vt per baptiſmum applicatur remiſſio totius pœnæ. Tridentin. ſeſſion. 6. capit. 14. ſeſſion. 14. capit. ſecundo. Diuus Thom. tertia part. quæſtion. 86. 4. ad tertium. quam falſo Paludan. 4. diſtin. 21. vocat indulgentiam plenariam.

k [k] Clemens Papa. VI. in extrauagan. Vnigenitus. de pœnitent. & remiſſion. Caietan. 3. part. quæſtio. 84. 3. Cordub. libro quinto, quæſtione tertia, pagin. 355. Nauar. not. 32. numer. 14. Xuar. tertia parte, quæſtione prima, articulo ſecundo, dubio quarto. §. tertio.

l [l] Caietan. 2. 2. quæſtion. 66. articu. 5. Nauar. capit. 17. numer. 172. Couarru. reg. peccatum. 3. part. §. ſecundo. Molina libro primo, de primogen. capit. 23. Soto libr. 4. iuſtit. quæſt. 1. ar. 1. per leg. nunquam. ff. de adquiren. rer. domin. leg. prima. C. de theſaur. libro decimo. &. §. theſaur. Inſtitut. de rerum. diuiſ.

m Hære-



m [m] Hæreticum eſt contra Mairo. negare in eccleſia Chriſti eſſe hũc theſaurũ probatur ex Pont. & concil. cit. à princ. Cord. li. 4. q. 3. dub. vlt. & li. 5. q. 4. & 5. Sot. q. 1. a. 3. ſup. H.

n [n] d. extrau. vnigenitus Leo 10. cont. Luther, vt refert Caie. 3. p. q. 48. a. 5. ad. 3. idem Cai. to. 1. tract. 8. q. 6. trac. 16. q. 1. Roſen. ar. 17. D. Tho. add. q. 25. ar. 1. & quodl. 1. a. 16. DD. d. 20. Bona. Richa. Carthu. q. 4. Albert. Tarant. Sot. d. 21. q. 1. a. 5. Ledeſ. q. 27. a. 1. Pet. Sot. tit. de indul. lect. 1. Capr. Hiſpa. Vega ſup. Cord. li. 5. q. 5. & facit q. 3. & 4. Alexan. 4. p. tit. de indul. m. 1. a. 1. Armi. indulg. §. 7. Tabien. §. 1. Syl. §. 1. Nauar. not. 13. n. 1. & hi colligunt ex Orig. ho. 10. & 24. in Num. Aug. in Pſal. 68. Hoſi. inſtit. c. 48. fatetur tãdem Medi. de indul. diſp. 8. c. 44. In quo errat Duran. d. 20. q. 3. (& licet, in cortice videatur dubi[9], ſed in probationibus. & ſolut. arg. plane negat.) cum quo errat Ang. indulg. §. 9. Turrec. & Med. dicunt probabile, ſed oppoſitũ eſſe probabilius. Addit falſo Medin. licet indulgentia cõmuniter detur ex theſauro applicato per Papã, vt eſt diſpẽſator & iudex ordinarius legibus alligatus: non tamẽ oportet ſemper ita fieri, ſed poſſe Papã de plenitudine poteſtatis dare indulgẽtias gratis, ſine applicatione theſauri. quod tamẽ Cord. q. 4. reputat erroneum, quia remittere pœnam Deo debitã ſicut & diſpenſare in voto rei iã Deo debitę, non facit Papa vt dominus, ſed vt diſpenſator ex cauſa iuxta voluntatem & inſtitutionem Chriſti. nec parum eſt vt Dominus concedat œconomo remittere debita, dum ſubeſt cauſa. cum tamen Papa non remittat quę debentur alteri homini. Paluda. 4. d. 15. q. 5.

rus m, qui conſtat ſimul ex ſanctorũ ſatisfactionibus ſibi ſuperfluis n. Cõſtat multos ſanctorũ eximijs pœnitẽtiæ operibus ſatisfeciſſe vberius quã culpæ illorum demeruiſſent; vt virgo ſemper intemerata, Ioan. Baptiſta Apoſtoli & multi martyrũ, qui nihil aut parũ pœnæ pro culpis debuerunt, fecerunt ſuperabundãtem ſatisfactionẽ o. deinde nũc multis iuſtis quales ſemper ſunt in eccleſia, ſuperſunt ſatisfactiones quæ ſibi applicantur ex aliorũ operibus aut ex miſſis pro ſe ſpecialiter oblatis, & ex proprijs pœnitẽtijs & flagellis à Deo inflictis p. tandẽ miſſę & quędã iſtorũ offeruntur pro ijs viatoribus qui ſibi capaces non ſunt, quia nihil debẽt: aut quia ſunt in pecca. mor. aut ꝓ ijs qui mortui ſunt quorũ animę ſunt in gloria. hęc reſeruãtur in cõmuni theſauro eccleſiæ, vt per indulgentias applicẽtur. ſatisfactiones quę ſuperſunt homini dum iuſtus eſt, ſemper conſeruantur in theſauro, quãuis ille poſtea cadat in mort. q aut dãnetur in infernum: quia valor ſatisfactionis nõ videtur pendere in conſeruatione à gratia perſonæ operantis: ſicut pẽdet ratio meriti, quod ſi mortificetur ſequẽti peccato, nemini ꝓdeſt. diuerſa enim eſt ratio ſatisfactionis exuberantis quę prodeſt alijs, quã ratio meriti ꝙ prodeſt ſoli operanti. quare ſatisfactio quę ſemel ponitur in theſauro, ſemper manet in acceptatione Dei.

4 Porro iuſti quatenus membra Chriſti & vnũ corpus ex vnione charitatis ſe mutuo coadiuuant & ſibi cõpatiuntur, & vt naturale membrũ quod ſibi ſuperfluũ eſt alimento cõmunicat naturaliter alteri: ita ſancti habuerũt interpretatiuam voluntatẽ r, vt hæc ſibi ſuperflua applicarentur alijs membris indigentibus. quãuis vero hi dũ viuerent, nõ poterant alijs cõſeruare ſuperabundantem ſatisfactionẽ à ſe applicandam: habet certè à Chriſto vicarius eius claues theſauri bonorũ, quę quia habentur pro derelictis, pertinent ad ærarium ſeu bonũ cõmune reipub. Chriſtianæ s. At reuera ſuccedit Chriſtus qui Hebr. c. 1. dicitur hęres vniuerſorum t, in ea bona incerta, & pia: ac ſi eſſet hæres ab inteſtato: quia noua inſtitutione ſua reliquit Petro & eccleſiæ claues pro indulgentijs u. nec erat hæc clauis in lege naturæ aut veteri x cum tamen theſaurus ex ſanctorũ operibus cæperit prius eſſe, quã ex Chriſti ſatiſfactione realiter exhibita. quia Adã poſt pœnitentiã (de qua Sap. 10. y) aut certe Abel primus (à quo cępiſſe dicitur eccleſia) intulit ſuperfluã ſibi ſatisfactionẽ in theſaurũ z. manetq; theſaurus eccleſię militãtis a nõ in materiali loco, ſed in acceptatione Dei b: qui nullũ bonũ creaturæ dimittit irremuneratum, ſaltẽ in alijs membris eccleſiæ: Quomodo autem concurrant ſancti cum

o [o] Patres cit. & Iob. 1. vtinam appendaretur in ſtatera. 1. Corint. 2. parentes debent filijs theſaurizare: ego impendam & ſuperimpendar pro animabus veſtris. Coloſ. 1. adimpleo ea quæ deſunt: pro corpore eius, quod eſt eccleſia. quod Augu. in Pſal. 65. exponit, quę deſunt membris. & hinc probant omnes Scholaſ. Vega. lib. 11. in Trid. c. 24. 36. & ſeq. li. 14. c. 2. Cord. lib. 5. q. 5. ad. 4.

p [p] Trid. ſeſſ. 14. c. 9. can. 13. ſup. li. 2. de pęni. c. 19.

q [q] Adria. 4. de clauib. q. de indul. poſt 3 con. & omnes magiſtri in publico actu Salmãt. contra Sotũ.

r [r] Sic diſtinguuntur. 3. opiniões, quis ſuccedat in bona temporalia, ignoti domini: inf. c. 33. §. 2. N. Nauar. de indulg. not. 14 n. 4. cum cõmuni. 4. diſt. 20. Rich. ar. 1. q. 3.

s t [s t] Inf. c. 33. §. 2. O. P.

u [u] Ex cõmu. Theol. Patribus & Conc. quia eccleſiaſtica reſp. claues indulgentiæ nõ habet à ſe ipſa nec ab ipſis ſanctis, ſed immediate à Chriſto: ſicut & claues excõmunicãdi, aut abſoluendi à peccatis.

x [x] Commun. Cordu. li. 5. q. 7. ad. 6. p. 564. Abulẽ. inf. quia nõdũ erat theſaurus ex Chriſti meritis exhibitis. nec clauis quæ poſtea fuit à Chriſto inſtituta.

y [y] lib. 1. de pœnit. cap. 35. §. 2.

z [z] Commun. quanuis pauci id exprimant. Augu. in Pſal. 61. col. 2. vbi habet hæc obſcura verba, in canonem (.i. portionẽ) paſſionũ inferimus paratoria plenaria. paratoria ſignificat abacum, el aparador, & ſenſus eſt quiſque de ſatisfactione paſſionũ ſuarum quæ ſibi ſuperfuit, mittit in abacum & theſaurũ eccleſiæ portionem.

a [a] Theſaurus dicitur eſſe eccleſiæ milit. quia in illius vtilitatem datur ei clauis, ſeu poteſtas applicandi indulgentias.

b [b] Manet theſaurus in acceptatione Dei: in qua etiã manent merita Chriſti quæ applicãtur per ſacramẽta & extra illa, ſic merita iuſtorũ quæ fuerant peccato mor-

to mortificata, manēt in Dei acceptatione, vt ſublato per pœnitentiá impedimento reuiuiſcant. li.1.de pœnit.c.33.D.Tho. 3.p.q.89. artic.5. c Ioan. XI. expedit vt vnus moriatur homo. vbi Cyri.li.11. c.34.&.1.Corint.1. nūquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Paul. baptizati eſtis? Eſai. 63. torcular calcaui ſol⁹: & non eſt vir mecū. Sot.d. 1.q.5.a.4. Caiet.cū D.Th. 3.p.q.48.ar. 5. ad.3. Tabie.indul. §. 2.& 5.& ver. Chriſtus. 1. Tim.2. dicit vnus mediator Dei & hominū, nempe quatenus homo eſt. vt ꝓbant DD. 3. d.19. Pala.q. 2.cōt.hæret. Baſſum & Abailar.de quibus Caſtr.& Medic.verb. Chriſt⁹.hær. 8. Theop. in Coloſſ. 2. in religione angelorum. D. Tho. 3.p.q. 26.art.2. vbi Xuar. & Fr. Med. Caniſi. lib.1. de corruptel. verbi Dei. in

Chriſto; dicetur cap.5.

5 Pro peccati mortal. remiſsione & pœnæ æternę ſatisfactione homini attrito ſacramentum recipienti, ſola Chriſti ſatisfactio & meritū applicatur c. ſolus enim dicitur. 1. Timot.2. mediator Dei & hominū. nō tantū quia eſt ſubſtātiale medium, quod participat vtriuſq; extremi naturam, vt quidā patres exponunt d; ſed quia Chriſtus vt homo eſt præcipuus interceſſor noſter. ſancti vero nō cōcurrunt niſi per modū exēpli, exhortationis & deprecatiue, vt effectus ſacramenti ſit in nobis efficax abſq; impedimēto e. ſolus itē Chriſtus meruit alijs de condigno augmentū gratiæ & vitæ æternæ f, quod habet quandā infinitatē. Ad ſecūdariū effectū ꝓ pœna tēporali, & leuius hoc redēptionis genus, Chriſtus vt ſanctos ſibi amicos honorat tanquā Dei coadiutores, ita in oſtenſionem potētiæ & bonitatis ſuę cōmunicare voluit iuſtis vt in virtute Chriſti de iuſtitia ſatisfaciant pro pœna temporali alterius. quod non derogat ſed illuſtrat potentiam & ſatisfactionem Chriſti g, vt cauſas creatas faciat ſibi cooperantes.

## CAP. III.

**Theſaurus ex Chriſti & ſanctorum ſatisfactione conſtat, in quē Papa habet claues à Chriſto.**

procœm. cū Aug. & ex Patribus Bellar. controu.2. in toto li.5. de Chriſto id probat. Turria. in Clem. li.7 conſt.c.36. Ledeſ.2.p.q.16 a.10. in princ. itē ſolus Chriſtus redemit nos. Aug. tract.34. in Ioan. Hilar. can.14. in Mat.12. Amb.li.7. in Luc. Leo ſer.12. de paſsione. & ſer.33.&.34. de Epiph. d In.1.Timo.2. Chryſ.ho.7. Amb. Theod. Theop. itē OEcum. in 1.Tim.4. & bene Theoph. in Gal.3. Aug.9. ciuit.c. 15. epiſ.120. in Pſal.103. conc.4. in Pſal.134. li.10. conf.c.42. ho. de ouibus c.2. in to.9. Leo PP. ſer.5. 12.&.24. de paſsione: ſi non eſſet Deus non afferret remediū. quos tamen interpretatur. D.Tho. 3.q.26. a.2.ad.1. Bellar. ſup. e Caiet.3.p.q.48.a.5.ad.3. f D.Tho.3.p.q.48.a.2.ad.1.&.1.2.q.114. ar.6.& in.2.d.27. in.4.d.15. Amb.1. de ſacram.c.14. Aug. tract.4.&.5. in Ioan. & li.1. de pec. mer.c.14. probat ex ſcripturis. Nauar. de indulg. not.13. g Trid. ſeſſ.6. can. vlt. ſeſſ.14.c.8.& can.14.

C A P. I I I.

ID a colligunt ex ſacra ſcript. Mat.16.&.18. Patres à princ. cit. Trid. ſeſ.21. ref.c.9. ſeſ.25. ad fin. Soteal. ver. indul. affert concil. Nicę. can.11. Ancyr. can.5. Laodic. can.2. Cartha.4.c.75.76. Later. ſub Innoc.3.c.62. Lugdū. ſub Inno.4.c. accedētibus. de exceſſu prēla. Viennen. in Cle. vni. de reliq. & vener. ſancto. Conſtantien. ſeſ.8. a. 42. ſeſ.49. in bull. Martin. 5. ſeſ.25. err. 25. Leo.10. Roſen. a.17. Caſtr. & Medic. verb. indul. Argomanas tract. de effectu indul. 6. conſid. in 5. opinio. Cocleus & Hoſius contra Brent. At hæretici VValdenſes. VVicleph, Hiero. de Praga eas vocant pias fraudes. Luther. a.18. vocat fraudes impias. Coclæ. & Hoſ. referunt Lutherum cæptum præuerti, quia non fuit ſibi conceſſum ius & lucrum prædicandi bullas indulgentiarum. b Probatum eſt lib.1. de pœnitent. c.13. c Traditio probatur ex regula Auguſt.4. de baptiſ. contra Donat. cap.24. quando eſt vſus antiquus eccleſiæ, cuius initium neſcitur, & aſſerit Triden. ſeſ.25. quod ex Patribus probant Soto.d.21.q.1.art.3. Cordu. lib.5.q.7. Micha. Medin. diſp.5.c.15. fin. & 24. Clem.1. lib.3. conſt. cap. 10. vt ibi probat Turrian. & lib.4. de dogmat. charact. & ex Matth.16. cit. ſup.c.2.F. d ſup. li.3. de pœnit.c.1. e Et falſo Roſen. a.18. concedit Luth. vſum indulg. eſſe poteſt tēpora Aug. nec olim tam notā fuiſſe fidē de purgatorio & de pœnis in conſcientia debitis. Caſtro. ver. indulg. ait vſum indulg. fuiſſe ſero introductum: de quo non meminit Mag. d.20.&.21. idē Cai. opuſ.27. qq.q. vlt. Naua. not.7. Dur.d.20. quidā recent. aiunt non eſſe temerarium negare vſum & praxim indulgētiarū eſſe ab Apoſt. tēpore. & cū Roſen. negāt Paulū.2.Cor.2. loqui de his indulgēt. dicetur F. quos Cord.q.7. dicit errare. f Trid. ſeſſ.25. definit poteſtatem indulg. cōceſſam fuiſſe Apoſtolis à Chriſto. Apoſtolis vero præ cæteris

*§.2. Vſus indulgentiæ eſt à tempore Apoſtol. non à Bonif.8.*

*3 Viuis conceditur per modum abſolutionis, & ſimul applicatur ſatisfactio ex theſauro.*

IN eccleſia ſecundum fidem, vt eſt poteſtas ligandi excommunione, extra ſacramentū, ita ſoluendi à pœnis conferendo indulgentias a per claues à Chriſto diuinitus datas eccleſiæ. (Nā & per ſacramentalia, quę eccleſia inſtituit poteſtate diuinitus data, liberat à venialibus b) quæ poteſtas colligitur Matt.16.18.& Ioan. 20. vbi cū non limitetur expreſſe poteſtas ligandi & abſoluēdi ad vſum intra ſacramētum pœnitentię: conſtat ex traditione ac more perpetuo eccleſiæ c licere vſum huius poteſtatis extra ſacramētum. qualis olim non erat in lege veteri, cum nondū eſſent claues regni cælorū d à Chriſto inſtitutæ, & vicario ſuo conceſſę: nec ſatisfactio Chriſto reipſa erat exhibita, nec aperta ianua regni cęlorum: quanuis iam tunc eſſent ſanctorum ſatisfactiones abundantes: vt cap.2. dictum eſt.

2 Vſus conferendi indulgentias nō eſt recens, vt Lutherus putat e: ſed reperitur antiquiſsimis temporibus, etiam Apoſtolorum f: ſacrorumq; conciliorum autoritate com





ris, nota fuerunt myſteria omnia fidei, ergo & hæc poteſtas: vt probant Sot. Ledeſ. Cord.q.7, cū Medi. Cōplut. Nau. not.7. Clem. li.3. conſt.c.10.& Patres. in id.2.Cor.2. ego ſi quid donaui (vbi Chryſ. Ambro. Theod. OEcum. Theoph. Hiero. Lyra. & hunc locū citat D. Tho. addi.q. 25.ar.1.arg. ſed cont. Carthuſ. Micha. Med. diſp.4. c.12. & ſeq. diſp.5.c.15. Cordub.q.7. col.2. de quo loco Soto. fecit relect.) itē Amb. lib. de pœnit. cōtra Nouat. Tertul. li. de pudicitia vocat veniā, cōdonationē, relaxationem, clementiā, benignitatē, humanitatē, & pacē. Cypri. epiſ. ad Antonianū. & epiſ. 73. ad Iubaianum. lib.1. epiſ.2. lib.2. epiſ.12. li.4. epiſ.2. Caiet. tract.15.c.1. Gabrie. add. lect.57. Pōt. Clem.1. Gregor.1. anno Dñi. 600. & Vrban.2. in

g probatur B.Greg.PP.1. g inſtituit indulgentias viſitantibus ſtationes Romæ. Eodē tēpore Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpal. ait, ſe de cōſilio fratrū. i. epiſcoporū conceſsiſſe. 40. dies indulgentiarum. Bonif.8. h extrau. antiquorū, refert vt rem antiquā & fieri ſolitam à prædeceſſoribus, de anno iubilæi centeſimi. & tam erat in vſu, vt mox Bonifa.9. nimietatem reſtrinxerit i. Clem.6. extraua. vnigenitus cōceſsit iubilęum quolibet anno.50. Nūc ad annos.25. recurrit k.

3 Indulgentia viuis datur per modum abſolutionis l: qua quidā (vt refert Platin. in Bonif.9.) nimijs pœnitentijs grauati abſoluebātur à pęnitētijs iniunctis: vt liberi fiant prōptiores ad opera pietatis. Vſus iſtius à tēpore Apoſtolorū fuit fere neceſſarius m: quia tunc duris & diutinis pœnitētijs pro vno etiā mortali ita prægrauabatur pœnitens iuxta can. Apoſt. & pœnitentiales, vt Pōtifex ex cauſa deberet diſpēſationē: (diſpēſare vero poteſt Pōt. in omni lege eccleſiaſtica, vel præcepto pręlati eccleſiaſtici, & in ſentētia hominis pœnali, aut cōfeſſarij.) ſed quia noxiū eſſet liberare à pœnis huius vitæ, reſeruata pœnitētis ſolutione in duriorem ignem purgatorij: nun quā Pontifices extra ſacramentū abſoluebant à pœnitentijs iniunctis, quin applicarent de theſauro eccleſię iuſtam cōpenſationem pro pęnis debitis n. Cū vero neſciamus initiū à quo primū cępit vſus indulgētię pro viuis, referēdus eſt ad cōceſſionem Chriſti ex traditione perpetua eccleſiæ o. Antiquus etiam eſt vſus indulgentiarum pro defunctis per modum ſuffragij p: & error eſſet q contra receptum Romanæ eccleſiæ vſum, negare indulgentias concedi poſſe defunctis, qui ſunt in purgatorio.

## C A P. I I I I.

**Per indulgentiam fit. 1. gratuita donatio ex diſpenſatione theſauri. 2. iuſtæ ſatisfactionis applicatio. 3. viuis fit abſolutio ab iniunctis.**

*§.2. Papa cum ſit deſpenſator, non concedit indulgentiā niſi ex cauſa.*

*3 Concurrunt tria in indulgentia.*

*4 Pro defunctis non fit abſolutio: nec eſt neceſſaria commutatio. In indulgentia concurrit. 1. gratuita diſpenſatio theſauri: & completur per effectum liberandi à pœna.*

conc. Claramont. vt refert Platin. & Genebr. dedit indulg. & bullā cruc. quod Sot.q.1.ar.3. dicit fuiſſe 50. annis ante Magiſtrū & alij poſteriores Pont. de quibus in textu. Chryſo. li.3. de ſacerd. vt omnifariam poteſtatem tradidit Pater Filio: ſic filius ſacerdotibus eccleſiæ. g Referunt D.Tho. add.q.25. 2. Dur.d.20. Altiſiod. lib.4. fo.281. Caie. de indulg. ad Iul.c.1. Archid. tract. de indulg. Genebr. Chron. p.259. ex Greg. li.7. epiſ.63. Ant. tit.12.c.3, Platin. h Quare falſo Polydor. lib.8. de inuentor. rerum. c.1. ait iubilæū cæpiſſe à Bonif.8. contra quē Caſtr. ver. indul. Nauar. not.7.n.4. Cord.q.2. Caiet. tract. 15.c.1. Soto.q.1.a.3. Ledeſ.a.1. Ekius enchyr.c.24. Mich. Med. diſput.1. Latom.a.7. Lindan.4. panopl. c.73. Tibertin. Gerſon. & alij. i Platin. & alij in Bonif.9. k Nauar. not.4.n.2. de quo vid. not.1. n.2.6.9.& ſeq.& not.25.&.28. ſed melius not.32. n.27. l Lib.2. de pœnit.c.22. Caiet. de indulg. ad Iuli.c.6. ſeu to.1. tract.15.c.2.5.6. Alex. Soto.q.1. 1, Pet. Sot. lect.2. Ledeſ.q.27.1.§. pręterea: (qui tamen varie loquitur.) Rich.a.3.q.1.ad.2. in ſolu.1. & ar.4.q.3. Supple.d.45.q.3.not.2. (& hinc Mairo. d.19. infert, ſemper ita fieri gratis per abſolutionē: nec requiri theſaurū. cōtra quē ſup.c.2.M.) fatentur Medin. quia ex Matth.16.18.& Ioan.20. colligitur interdū concedi per modū abſolutionis. Naua. de indulg. not.2. vſq; not.15.& not.22. à nu.20. not.20 n.10. fatētur eſſe immediatè abſolutionē, quādo datur de pœnitentijs iniunctis: de quo in ca.4. §.4. Victo. & Recē. Thomiſt. Cord. li.5.q. 3. & dicit cōmu. quare huiuſmodi indulgētias nō dat eps. alienis, in quos non habet iuriſdictionem abſoluēdi. c. qđ autem de penit. & rem. m Clem. eſ.6. extrau. vnigenitus. citat Prouer.7. in finit⁹ eſt theſaurus: quo qui bene vſi ſunt, participes facti ſunt amicitię Dei. nēpe quia ad perfectā gloriæ amicitiā requiritur remiſsio totius pœnæ. Caiet. opuſ.27. qq.q.vl. n Quæ ratio probat cōtra Mayron. & Angel. quod nunquā fit mera abſolutio à pęnitentijs iniunctis: quia hęc noceret. o. ſup. lit.C.F. p Tandē Gab. lec.57. add. refert Paſchalē PP. conceſsiſſe indul. plen. pro animabus purgat. per modū ſuffragij, eamq; cōfirmari per.11. Ponti. habetur ad portam Baſilicæ. S.Praxedis de Vrbe. Ille non fuit Paſchal.5. (vt putat Gab.) ſed prim⁹ qui ædificauit baſilicā B.Praxed. dicit Platin. itē Vuolphang. li.12. cōmēt. de Rep. Rom. citat epiſt. cuiuſd. Epiſcopi ad Donum PP. antiq. vbi fit mentio indul. pro animab. Purgat. Sixt.4.& Innoc.8.c. cum ex eo. de pœnit. & remiſ. D.Tho. add.q.71.ar.10.ad.1. Ledeſ.q.29.3. Caie. opuſ.27. qq.q.5.&.6. Sot.d.45.q.1. a.3. con.3. Nau. no.22. & paſsim vſus poſteriorū Pōt. Calix.3. Leo.10. in Monū. Minorū. f.65.94. cōp. Mēdic. ver. indul. Clau.§.7.&.28. q Leo.10. bull. cōt. Luth. apud Caiet.3.p.q.48.5. (qui tamē quoſd. art. Luth. ſolū dānat vt ſcādaloſos, & maleſonātes) cōis. antiq. & recen. ꝓpter receptū vſum fideliū, & praxim Pōt. At Gerſ.4.p. ſer.12. de defunct.f.144. Guill. de Rubion.4.d.19.q.1.ar.2.con.4. id negant, ſed temere.

## CAP. IIII.

M Alro. [a] 4. diſt. 19. de quo ſup. capit. 2. H. M. [b] Cord. li. 5. q. 18. cum D. Tho. d. 45. ſeu addit. q. 71. a. 10. Bon. d. 20. a. 5. c. & ad. 4. Anto. Aſten. ar. 5. ſi. Gab. lect. 17. Nau. de indulg. not. 31. nu. 48.

INdulgentia vt vox ſonat, videtur gratuita remiſsio. ſicut enim abſolutio à peccatis fit gratis, ita applicatio theſauri per Papam fit gratis, & abſolutio à pœnitentijs iniunctis, & à præcepto ſententiaque confeſſarij. Quidā [a] aiunt interdum indulgētias omnino gratis cōcedi, abſque vlla compenſatione & applicatione ex theſauro Chriſti & ſanctorum (vt diſpenſatio in præceptis & legibus eccleſiaſticis ac votis fit gratis.) cum indulgentia colligatur ex eiſdem locis ſcripturæ. Matth. 16. 18. & Ioan. 20. in quibus conceditur gratuita abſolutio à peccatis. atque ita valere putant ſi Papa pro ſua voluntate abſolueret omnes fideles viuentes ab omni pœna: quanuis peccaret abſque idonea cauſa ſic indulgens. ſicut diſpenſans ſine cauſa in lege humana & in collatione beneficiorum, peccat contra iuſtitiam diſtributiuam ſed valet diſpenſatio & collatio. At vere negant poſſe Papam euacuare purgatorium pro libito [b]: quia id fit per modum ſuffragij, extra territorium Papæ: & requirit cauſam iuxta intentionem Chriſti: vt diſpenſatio in voto religionis, ſi pro libito fiat abque cauſa, non reddit tutum in conſcientia. 2. Quidam [c] vocant diſpenſationem in minus: quia putant in indulgentia miſceri partem ſolutionis (quia viuis fit quędam commutatio in leuiora opera quæ ſunt diſpoſitio ſubiecti, ſine qua homo eam indulgentiam non conſequetur,) partem remiſsionis gratuitæ, abſque ſolutione & compenſatione ex theſauro. At cum hæc commutatio & diſpoſitio non ſemper requiratur, fit vt non pertineat ad eſſentiam indulgentiæ.

2 Papa aut alius prælatus non poteſt concedere indulgentiam, id eſt, remiſsionem pœnæ (quę in foro pęnitentiali vel purgatorio Deo perſonaliter debetur de iuſtitia) niſi tanquam diſpenſator alligatus legi, & intentioni ſuperioris domini. Solus Chriſtus retinet poteſtatem excellentiæ, vt pro voluntate ſua, poſsit ſine ſacramento & indulgentia remittere gratis culpas, & pęnas: qui tamen non remiſit Petro, Magdalenæ & latroni, ſine applicatione ſatisfactionis eiuſdē Chriſti, & his tribuebat proportionalem diſpoſitionem: vt Luc. 7. dimiſit multum, quoniā Magdalena dilexit multum. Sic enim decet vt cum opere ſummæ miſericordiæ concurrat iuſtitia Dei: vtraque enim relucet, & mutuo ſe cōplectitur in omni opere Dei [d]. At Papa cum non ſit Dominus theſauri, ſed diſpenſator, vt non poteſt debitum ex religione votum relaxare niſi ex cauſa [e], iuxta intentionem Dei: ita pœnam ſeu debitum ex virtute pœnitentię remittere non poteſt ſine cauſa, nec indulgentias concedere ſine applicatione theſauri.

3 Tria ſecundum rationem concurrunt in indulgentia. 1. prædicta diſpenſatio & diſtributio theſauri [f], in quem Papa per claues habet iuriſdictionem. 2. ſolutio quæ fit Deo [g] per Papam applicantem theſaurum: nec enim concedit pœnitenti, vt ipſe pro ſe ſoluat. Vt in ſacramento ſacerdos ſoluit, vel abſoluit, applicando Chriſti merita: pœnitēs vero nō ſoluit, ſed recipit effectum. 3. liberatio paſsiua pœnitētis ab obligatione debitæ pœnæ [h]:

[c] Palu. d. 20. q. 4. Dur. q. 3. fauet D. Th. arti. 1. ad. 3. Alex. 4. p. q. 83. mem. 2. Adri. Capre. At Caiet. de indul. c. 7. dicit D. Tho. loqui ex aliorū ſententia. vid. cit. c. 1. lit. I.

[d] Vt probat D. Tho. 1. p. q. 21. a. 4. vbi ad. 1. addit, Deus damnatos punit cū miſericordia citra cōdignum. communis. 4. d. 46. ex Pſal. 76. nunquid cōtinebit in ira miſericordias ſuas. vt exponit Auguſt. 21. ciui. c. 14. & præmiat vltra cōdignū. vi. Caiet. & ſ. Med. 1. 2. q. vl. a. 3.

[e] Nauar. c. 12. n. 76. 57. Caiet. & Recent. cum D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 10. ad 2. Fr. Med. 1. 2. q. 97. 4. Soto lib. 7. iuſt. q. 4. arti. vlt. verſ. ſed dubiū. Syl. vot. 4. §. 6. vid. Couar. 2. p. ſpōſ. c. 6. §. 9.

[f] D. Tho. add. q. 25. 1. arg. 2. cū ſolut. dicit in diſtributione theſauri conſiſtere indulg. nempe. 1. & præcipue (quia ſine applicatione theſauri non datur: & hunc Papa immediate attingit & aperit) Palu. q. 4. Syl. indul. Ledeſ. q. 27. a. 1. con. 2. §. 5. principaliter. Sot. a. 2. cū Bon. Caie. tract. 8. q. 1. Nau. not. 20. n. 8. fauet Trid. ſeſſ. 25. de indulg. Cord. q. 4. Capr. d. 20. Hiſpal. q. vn. a. 3. not. 5. & a. 4. ad. 3. ſignificat Abulen. tract. de indul. & obiter. 1. p. defenſor. c. 3. ad fi. & in Mat. 16. q. 90. At qui ex Mat. 16. & 18. colligunt eſſe abſolutionem, intelligūtur cauſaliter: quia ex conſequenti abſoluitur à pœnis, aut pœnitentijs (imo iuriſdictio clauis, qua Papa aperit arcā theſauri, dici poteſt abſolutio: ex fine quē intēdit) ſic Ale. 3. vocat abſolut. vel remiſſionē. Clē. 6. extrau. vnigenitus (vbi cōmu. Canoniſt.) dicit indulgētias dari per modū diſtributiōis & abſolutionis. idē Bonifa. 8. extrau. antiquorum. ait in hoc ſe ſectari veſtigia prædeceſſorum.

[g] Cord. lib. 5. q. 1. putat Dur. (qui vocat ſolutionē) differre à prædicta ſententia D. Th. ſed reuera nō differt, vt ait Ledeſm. ſup. quia diſtributio theſauri fit ſoluendo æquale ꝓ pęnis, atque ita Dur. q. 3. ſuā ſententiā, ait eſſe cōmunē. Sot. a. 1. ſi. fatetur eſſe D. Tho. videtur Alex. 4. p. q. 85. m. 2. Anto. 1. p. ti. 10. c. 3. in princ. Syl. indul. in princip. Paludan. q. 4.

tione abſoluat e. quæ rigida ſententia non videtur vera f. dum enim ſic abſoluentem abſque cautione, excommunicat Sixt. IIII. in extrauag. ait abſolutionem eſſe nullius roboris: cum tamen in articul. mortis valeat abſolutio, licet confeſſarius ex negligentia, aut alia culpa cautionem omittat g. 2. ablatiuus abſolutus, ſatisfacta parte, requirit præmitti eam ſatisfactionem, quam pœnitens poteſt. & ſane ſi crimen occultum ſit (vt ſi excommunicatus ſit ob furtum, aut libellum) poſſet per bullam abſolui exhibens eam, quam tunc poteſt h, cum ſufficienti emendatione: & idonea cautione pignoris, aut fideiuſſoria: quã ſi non habet, præſtare debet cautionem ſaltem iuratoriam i. ſi pars & iudex longe diſtent, vt apud Indos; & reus habet pecunias quibus ſatisfaciat, ſatis eſſet in depoſito apud fidelem virum ponere ſolutionem, vt per bullam abſolui poſſit k: aut ſi obligatio ſatisfaciendi non eſt liquida, ſed dubia l. nomine partis non intelligitur ipſe iudex m, cui forte ex lege aut ſtatuto reus in pœnam debet ſatisfactionem pecuniariam: vt pro culpa clandeſtini matrimonij debetur pondus argenti. Nam eam pœnam reus non debet in conſcientia, antequam per ſententiam damnetur. 3. quidam aiunt per bullam, aut priuilegium quorundam regularium non eſſe reo concedẽdam abſolutionem excommunicationis, niſi intra confeſſionem n. At quia iam bulla non addit eam conditionem, (vt auditis eorum confeſſionibus abſoluat ab excommunicatione) praxis, conſulto etiam commiſſario, habet vt id liceat extra confeſſionem o, (expediret tamen cœpta confeſſione ſic abſolui) vt bulla concedit frui alijs priuilegijs abſque ordine ad confeſſionem. Et epiſcopus abſoluit & diſpenſat in occultis quibuſdam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, pro foro conſcientiæ, iuxta Concil. Trident. ſeſſ. 24. ref. cap. 6. & praxis habet vt non prohibeatur ſic abſoluere à cenſura, aut diſpenſare extra confeſſionem. 4. ſi reus excommunicatus probet coram iudice eccleſiaſtico ſe impotentem vt nunc ſoluat debitam pecuniam, compellet iudicem in foro etiam exteriori, vt ipſum abſoluat p. quia eccleſia non vult tenere ligatum reum qui iam obedit, & facit quod poteſt. ſi tamen rigidus iudex negaret abſolutionem, non debet confeſſarius eo inuito, abſoluere per bullã q: quia perturbaretur ordo iudiciarius cum ſcandalo. 5. olim ante Pium. V. dum bulla abſolute dicebat, ſatisfacta parte, quidam aiebant neceſſarium

e Caiet. verb. excommun. c. 77. & abſolutio. c. 4. Sylu. abſolutio. 1. §. fin.

f Quare nihil tale expreſſit Nauar. de hac re agens. c. 27. nu. 47. 113. c. 26. n. 27. & ſermo de cautione præmittenda in articulo mortis, eſt tantum admonitio iuris, vt ſentit. Nauar. c. 27. n. 37. & colligitur ex Sixto. 4.

g Ex Trid. ſeſſ. 14. c. 7. Nauar. c. 27. n. 79. fin. nu. 270. §. 7. & multi aiunt ſacerdotẽ iure diuino habere facultatem tunc abſoluendi. ergo Sixtus. 4. non loquitur de artic. mortis.

h Nauar. c. 27. n. 47. 48. c. 26. num. 7. Anton. 3. p. tit. 25. c. 77. col. 3. Ang. abſol. 3. §. 9. Sylu. abſol. 3. §. 2. not. 3. & §. 12. in princ. indulgent. §. 10. verſ. 7. excõmun. 7. nu. 2. & 4. Caietã. abſolutio. §. 4. Tabie. abſolut. 3. §. 1. verſ. 3. Arm. §. 48. 50. Fr. Medin. li. 2. c. 12. Couar. c. alma. 1. p. §. 11. num. 5. 7. & bene num. 11. Cordu. caſ. 18. dub. 1. facit Perez. l. 1. tit. 5. lib. 8. ord p. 179. Fr. Manuel. in bull. §. 9. num. 52. & recent. conſulti putant rem certam, & Guerrero Archiepiſc. Granat. Cueſta epiſcopus Legiõ. Peña, & alij Dominic. & multi Canoniſt. Quare bulla Pij. V. & Gregor. XIII. admittit in articulo mortis, vt dato impedimento fiat ſatisfactio per hæredes aut per alios.

i Doct. ſup. & tandem Cordub. caſ. 18. at hic proceſſus ſatisfactionis quem Nauar. ca. 26. nu. 7. & de pœnitent. diſt. 6. cap. 1. num. 54. explicat ex iure requiri, videtur intelligendus pro foro exteriori: nam in foro conſcientiæ ſatis eſt credere pœnitenti, vt ait Nauar. cap. 27. nu. 272. ſeu in nouo num. 278. Compend. Bern. verb. Nouitius. §. 5.

k Ledeſ. q. 26. & quidam recent. l Ledeſ. Nauar. cap. 26. num. 7. m Soto. diſt. 22. q. 2. artic. 3. Ledeſ. q. 26. ar. 1. prope fin. Frat. Medin. lib. 2. c. 12. fin. Nauar. c. 23. num. 66. & addit. Hiſp. Cordu. lib. 5. q. 43. dub. 3. fin. & ita communiter dicimus, hoc negotium eſt ſine parte, quaſi iudex nullo modo dicatur pars. commun. recent.

n Nauar. cap. 26. num. 31. Cordub. caſ. 19. & 187. Manuel. §. 9. num. 55. & nonnihil propendet Couar. c. alma. 1. p. §. 11. num. 10. 16.

o Recent. Theol. & Canoniſt. Victor. (Peña dicit certũ.) Fr. Medi. Sancius epiſcopus & Archiepiſcop. Guerrero. ſic Trident. ſeſſ. 24. ref. c. 6. epiſcopo concedit abſolutionem pro foro conſcientiæ (id eſt, ne proſit pro exteriori) nec tollit, quin abſoluat, aut diſpenſet extra confeſſionem, fauet Tabien. confeſſio. 2. §. 16. Arm. excommun. §. 20. Pedraza. libr. 2. c. 1. & in mort. articulo, priuatum rationis vſu abſoluit cõfeſſor à ſola excommu. Soto. d. 18. q. 2. artic. 5. col. 9. Naua. cap. 27. num. 270. §. 6. hanc ſententiam fatetur probabilem Cordub. caſ. 19. 187. fauent Couarru. capit. alma. 1. part. §. vndecimo, numer. 10. 16. & Sarmient. libro primo. Select. capit. nono, numero quinto. At ſatis eſt cæpta confeſſione noſſe reum eſſe iam obedientem eccleſiæ, & ſatisfeciſſe dicit Soto, & Recentiores, & pro contumacia iniungatur ei aliqua pœnitentia. Sylueſt. abſolutio. tertio. §. vltim. vbi notat. 3. in princip. (& Cordub. ac Manuel ſup.) ait quod parochus ab excommunic. non reſeruata poteſt abſoluere extra confeſſionem.

p Fere omnes cit. G. Couarru. 2. Variar. capit. 1. num. 5. 9. & ſequent. Rota. antiq. deciſ. 566. ad fin. per cap. Odoardus. de ſolut. Authen. de fideiuſſor. §. fin. Collat. 1. in volu. & auth. hoc. C. de ſolutio. leg. 3. vel. 4. tit. 14. P. 5.

q Syllueſt. excommunicat. 2. dub. 12. verb. pœna. §. 18. Cordub. lib. 5. quæſtion. 43. & caſ. 20. Manuel §. 9. numer. 58. fin.

r Soto



eſſe vt præcederet realis ſatisfactio partis r, tanquam conditio requiſita ſub qua Pontif. & non aliter abſolutionem concedit. Alij per extremum putant, id pertinere ad confeſſarij inexperti admonitionem, vt ei explicetur conditio in iure expreſſa: & tamen ſi confeſſarius contra iuris præceptum abſolueret per bullam abſque ea ſatisfactione partis, valere abſolutionem s. At probabilior ſententia requirit præmitti aliquam partis ſatisfactionem: ita tamen vt confeſſarius contentus eſſe debeat iuratoria cautione, ſi aliã pars præſtare non poſſit, vt dictum eſt. 6. ſi quis nominatim à iudice excommunicatus eſt, aut publice denuntiatus, & hic parti reipſa ſatisfecit, aut concordauit cum illa, vel ab illa habet licentiam vt abſoluatur: poſſet hic reus per bullam abſolui pro foro conſcientiæ t: & conſtitutio diœceſis Salmantinę cõcedit, vt valeat pro foro etiam exteriori. id quod ſimiliter conceſſit Pontif. in iubilæo u. alias ſecundum iuris rigorem abſolutio per bullam, aut iubilæum nõ iuuat pro foro exteriori: & cauere debet ſic abſolutus ſacerdos, ne in publico celebrans cum ſcandalo, arguatur irregularis, tanquam violator cenſuræ: vt illum, qui iniuſte defectu cauſæ iuſtæ fuit excommunicatus, monent Doctor. cautum eſſe ne publice celebret cum ſcandalo x.

3 Concedit bulla abſolutionem ab alijs etiam cenſuris quoties reus indiguerit: ſemel vero ſi Papæ ſint reſeruatę y. 1. abſolui poteſt à ſuſpenſione iuris, vel generali, hominis, pro foro conſcientiæ. nec bulla requirit vt ea ſuſpenſio procedat ex delicto occulto z: cum tamen à reſeruatis Papæ epiſcopus non abſoluat, niſi proueniant ex crimine occulto. ſuſpenſio imponitur perſonis eccleſiaſticis tantum: & hæc aut interdictum ſi generaliter feratur, non includit epiſcopos a. Qui vero ad tempus ſuſpenſus eſt, vt

r Soto. d. 22. q. 2. ar. 3. Ledeſ. q. 26. ar. 1. col. penul. Caietan. abſolut. c. 4. Tabien. abſolut. 3. §. 3. & 8. Armi. §. 48. & videtur Sylu. excommun. 7. caſ. 20. (quamuis oppoſitum dicit ſup.) Cord. caſ. 18. punct. 1. & li. 5. q. 43. dub. 3. fin. Perez. l. 2. tit. 18. li. 8. ord. pag. 349. ad fin. Gutier. qq. canon. c. 5. n. 29. Glo. per tex. c. venerabilibus. §. ſane. de ſent. excommunic. lib. 6. quæ ſententia falſo tribuitur Nau.

s Sentit Nauar. c. 27. nu. 37. c. 22. nu. 44. Polanco in direct. Sylueſt. abſolut. 3. nu. 2. & 6. indulg. §. 10. ver. 7. in princip. Tabien. abſol. 2. §. 2. Arm. excommun. caſ. 35. fauet Couar. c. alma. 1. p. §. 9. ſi. Nieua ſumma. titu. 14. Arm. abſolut. §. 48. Petrus Soto. titu. de excommunicat. lection. 4. quia id quod exprimitur ipſo iure non eſt noua conditio. & abſolutio licet iniuſta contra ius tertij, valet ex d. c. venerabilib. & Caiet. ſup. Couar. §. 11. n. 13. quæ ſententia non eſt improbabilis in praxi dum vrget neceſsitas.

t Pro ſolo foro conſcientię prodeſſe ait Couar. inf. & lib. 2. Variar. c. 10. nu. 3. & 6. Compend. Mendic. verb. abſolut. quoad ſecul. 2. §. 19. Simanc. inf. Perez. l. 1. tit. 8. lib. 8. ord. col. 2. Gomet. reg. de non iudic. iuxta formam ſupplicat. q. 14. nu. 3. Cord. caſ. 20. Gutier. c. 2. & cap. 3. num. 8. Manuel. nu. 55. 58.

u Nauar. edit. anni 84. c. 26. nu. 26. & plane Gregor. XIIII. in iubilæo anni. 91. ait non prodeſſe pro foro exteriori abſolutionem denunciati: niſi parti ſatisfecerit, aut cum ea concordauerit. nec id negant Pius. V. & Gregor. XIII. in ſuis iubilæis anno. 70. & 74. & ſic propendet Couarru. c. alma. 1. p. §. 11. num. 16. & probabile dicit. Gutier. c. 2. nu. 18. quare ſi iudex eſſet benignus & amicus poſſet eam abſolutionem admittere in foro exteriori, repellens accuſatorem. quod affirmat Fr. Medin. lib. 2. c. 12. ad fin. Manuel. §. 9. nu. 55. ad fin. & quidam Recent. vt D. Coſta. & Licẽciat. Muñoz. & ex Theolog. D. Martinez & alij Recent. cum Nauar. aiunt eſſe in praxi receptum. fauent Deci. cõſ. 137. num. 3. Paul. Pariſ. conſ. 1. nu. 15. vol. 4. Barto. conſ. 67. Ferrar. cautel. 25. & alios citat Simanc. de cathol. inſtit. cap. 8. num. 18. Quidam conſulunt vt curet reus ſi publice ſit excommunicatus abſolui per bullam coram teſtibus, vt ſic euitet ſcãdalum & periculum. Nauar. cap. 27. num. 43. 272. ad fin. cum Ang. & fauet Syllueſt. excommun. 5. nu. 26. At ſatis eſt cõfeſſarium teſtari de abſolutione. Calder. conſ. 2. tit. de teſtib. cum Innoc. glo. Felin. c. in præſentia. num. 22. de ſpõſal. Card. apud Naua. contr. Ledeſ. & Gutier. c. 2. n. 17. Item falſo Manuel. nu. 55. cum compend. abſolut. quo ad ſecul. 1. §. 19. negat p̃ bullam abſolui denũciatos. Quod limitandum eſt, niſi præmiſſa ſatisfactione partis. Ledeſ. & F. Medin. contr. cõpen.

x Caiet. 2. 2. q. 70. ar. 4. ad. 2. & tom. 1. opuſ. tract. 19. q. vni. ad 2. Adrian. quodl. 6. art. 1. & in 4. de conf. q. 4. Duran. 4. d. 18. q. 4. Dried. lib. 2. de libert. Chriſtian. c. 8. Gerſ. alph. 15. lit. L. M. alph. 3. Y. alph. 33. lit. Z. conſid. 5. & 7. Medin. C. de reſtit. q. 11. aiunt quod in occulto non tenetur ſeruare talem excommu. iniuſtam. & ex illis inferunt Recent. quod quamuis publice celebret cũ ſcandalo, non incurrit irregul. quod etiam ſignific. Ang. excõm. 1. §. 18. Ledeſ. 2. p. q. 23. ar. 4. Fr. Medi. lib. 1. c. 11. §. 2. reg. 3. Palac. 4. d. 18. q. 4. Cord. caſ. 32. punct. 3. ſibi contrarius. videtur Soto releẽt. ſecret. m. 3. q. 1. con. 4. vbi Cord. & d. 22. q. 1. art. 3. col. 6. verſ. adde. At probabilius videtur & tutius, vt hæc iniuſta excommu. non ſit nulla ipſo iure ſed habeat aliquem effectum: ac ſubinde ſi hic publice celebret cum ſcandalo & contemptu ſit irregul. quod plane fatetur Soto d. art. 3. col. 3. ante 3. con. Palud. d. 18. q. 1. ar. 3. Sylu. excõmu. 1. n. 1. caſ. 8. & n. 22. correp. §. 9. Cord. li. 1. q. 43. col. 3. Cou. c. alm. 1. p. §. 7. n. 7. verſ. his equidem. & citat multos. Naua. c. 27. n. 38. fin. in add. vid. n. 5. & Recen. iuriſper. D. Moya, Sahagun, Nauar. iunior.

y Fr. Medi. li. 1. c. 11. §. 8. Cord. caſ. 144. Manuel. §. 9. nu. 62. Perez. l. 1. tit. 1. li. 5. ord. poteſt colligi ex Sylu. ſuſpenſio. §. 8. Nau. c. 27. n. 162. & conſulti Bañes & Cõplut. D. Balbas & D. Martinez, & alij. qui Recen. aiũt eum qui ſine ætate initiatus eſt abſolui poſſe per bullã à ſuſpẽſione vt ei liceat impleta ætate celebrare. idem Cano, Bañes & Ludou. Legion.

z In hoc excedit cõmiſſarius & bulla facultatẽ epi: quia hoc priuil. nõ reſtringit ad cẽſurã ex delicto occulto.

a c. quia periculoſum

culoſum.de ſenten.excommu.li.6.vbi gloſ.Archid. Dominic.Ioan.Andr.Francus,Sylu.verb.epiſcopus §.11.Ang.§.6.Arm.§.12.Mandoſ.Cancell.reg.8. q15.n.2.Nauar.c.27.nu.160.165. [b] Pius.II.& V.ſuſpendunt initiatum abſque ætate. vid.Nauar. c.27.n.155.160.& rigide Sixt. V. anno.89.ꝓprio mot.reſeruat ſibi ſi ordinetur ſecularis abſq; ætate,ne poſſit per Trid. abſolui ab epiſcopo,aut per iubilæũ. ſed Gregor. XIIII. anno 91.huius abſolutioné plane conceſsit in iubilęo.nihil vero diſponit Sixt. 5.cõtra regulares ſic ordinatos, ſciens multos regul. habere priuileg. pro ſupplemento ætatis. [c] Naua.nu.162.cuius oppoſitum eſt ꝓbabile iuxta recent.cit. lit.Y. [d] Quia bulla dicit ab omni cenſura.de quo in terd.Calder. Sũmiſt.verb. interdictum. Soto.d.22.q.3.ar.1.Nauar.c.27.nu 174.Ledeſ. 2.p.q.26.ar.2.Couar.c.alma.2.p.§.1.& li.2.Var.c.8.nu.10.Perez.l.2.tit.6.lib.1.ord. [e] Ita bulla Latin.at ſi illicite alius celebret in eccleſia ſpecialiter interdicta,non poteſt adeſſe ratione bullæ. Manuel.§.5.n.4.Couar.2.p.§.4.nu.1.cũm Anton.3.p.tit.26.c.1.§.2.Sylu.interd.5.§.1. [f] Vt ait bulla Latin. ſic familiares in religione gaudent quibuſdam priuilegijs & indul. monaſterij etiam pro tẽpore interdicti.cõpen.Mendi.& Claud.ver.familiares, & interdictũ.Syl.& Sũmiſt.ver.familiaris.ex c.licet vobis.§.cũ conceditur.de priuil.in 6.Soto d.q.3.ar.1.col.9.Ledeſ.d.ar.2.f.362.col.4.Syl.interd.5.§.1.verſ.4.Ang.interd.6.§.4.Manuel.§.5.n.5.Ducñas reg. 305.Nau.c.27.n.181.Felicia.trac.de interd.c.7.p.180.At falſo glo.d c.licet,limitat vt ſoli Barones & Matronæ illuſtres poſsint ſecũ tẽpore interdicti ducere famulos, ſine quibus indecẽs eſſet aſsiſtere officijs... [g] Nau.Manuel,cum Calderin. [h] Manuel d.§.5.nu.5. [i] Soto.diſt.13.q.2.ar.1.d.22.q.3 a.1.Fr.Medin.li.1.c.14.§.40 Ioan. Andr. c.fin. de ſent. excom. in.6. ſumm. confeſ.f.189. Nauar.c.21.num.4. Manuel.§.5.nu.6.& huic fauent Sylueſ. verb.priuil.§.10.verſ.5. Couarr.c.alma.2.p.§.4.nu.3.& communior Recent. Theol.& Canoniſt. contra Victor.Cano, Mãt.in lectura,& Sanciũ. [k] Couarru. cap.alma mater.2.p.§.4.nu.4.& oratorium tale gaudet immunitate Armil.verb.emunitas.§.19.ſumma confeſsio.fo.199.Nauar.ca.25.num.17.atque ita in eo oratorio licet celebrare miſſas. Couarr.§.3.num.1.Sylueſt.verb.priuileg.§.5.verſ.10. [l] Concil.Tolet. anni.1583.act.3.canon.41.& citat alia concilia in explicationem Trident.ſeſſ.22.de euitan. Soto.diſtinct.13.quæſt.2.artic.3.Ledeſm.2.part.quæſt.29.artic.1. [m] Manuel.§.5.num.5.quia eſt conſentaneum intentioni bullæ. [n] Ledeſm.ſupra. [o] Sylueſt.euchar.3.§.4.excommunicat.7.§.14.& ſic eſt limitandus Ledeſm. [p] Explicuit commiſſarius epiſcopus Lucenſis.& id ſatis colligi ex bulla Latina aduertunt conſulti Theolog. & iuriſperit. Gallo,Bañes,Sancius,Ludouic de Leon, Alphonſ. Deza. nam plus eſt quod Bulla exprimit concedi, vt in oratorio communicet.

quia cum defectu ætatis ſacris eſt initiatus, hic per bullam abſoluendus nõ eſſet (vt nec ab epiſcopo abſolui poterat iure antiquo [b]) quia bulla excipit, ne ipſe etiam commiſſarius abſoluere poſsit à ſuſpenſione, ſeu irregularitate ob ordines male ſuſceptos incuria [c]. cum tamen in his poſsit epiſcopus per Concil.Trid.ſeſſ.24.ref.cap.6. Deinde ſub nomine cenſuræ concedit bulla abſolutionem ab interdicto perſonæ. De qua cenſura conſulendi ſunt Doctor. [d] oportet tamen non abſolui niſi præmiſſa ſatisfactione partis, & lite non pendente: ne præuertatur ordo iuris. 2.concedit bulla in tempore loci generaliter interdicti etiam per Pontif. vt in eccleſijs in quibus alias permiſſum fuerit celebrari [e], poſsit intereſſe miſſæ, & alijs officijs diuinis. idẽ concedit familiaribus bulla carentibus, dum dominum ſuum comitantur [f]. quod licet non ſolum illuſtriſsimis Baronibus & Matronis (qui abſque decente comitatu in eccleſiam ire, & officijs adeſſe non ſolent) ſed cuicunque domino qui ex priuilegio bullę cenſetur nobilitari: dummodo fraudulenter eo tempore famulos non accipiat in eum finem, vt ſecum in eccleſiam deducat [g]. Addit bulla vt hic eo tempore ſecum poſsit deferre in eccleſiam conſanguineos ſuos. quæ verba ſonant extendi vſque ad. 4. gradum. ſed ex intentione Pont. videtur limitandum ad vxorem, quæ gaudere ſolet nobilitate & priuilegio viri: & ad cognatos in primo gradu [h]. ij omnes priuilegio proprio aut alieno gaudentes, tenentur diebus feſtis tempore interdicti audire miſſam [i]: vt tenetur etiam clericus. & ad finem anni eccleſiaſtici, qui non poteſt confiteri Parocho, tenetur vrgente eccleſiæ præcepto confiteri ſacerdoti, quem poteſt ex priuilegio bullæ eligere: & incarceratus, cui iudex aut cuſtos concedit licitam licentiam eundi ad miſſam, tenetur in feſtis eam audire.

4 Concedit etiam bulla, vt in priuato oratorio per epiſcopum approbato (quod in iure vocatur eccleſia [k]) celebret per ſeipſum, aut per alium celebrare faciat miſſas. quæ tamen licentia priuatis perſonis raro eſſet concedenda [l]. 2.concedit vt interdicti tempore in eo oratorio celebrare liceat, in ſua & familiariũ & domeſticorum, ac conſanguineorum præſentia: vt ait bulla Latina. porro dominus qui bullã habet huic miſſæ adeſſe debet [m], vt prædicti familiares & cognati tempore interdicti poſsint ei intereſſe. 3.concedit eodem tempore interdicti, vt in eo oratorio liceat communionem recipere. quod vero quidam negant expedire [n]: limitandum eſt, vt tempore Paſchæ communio qua impletur præceptũ eccleſiæ, conferenda non ſit in oratorio [o]. 4.potiori ratione concedit tempore interdicti, vt poſsit in eccleſia extra oratorium communionem recipere [p]. cum tamen ſacer-

¶ Com-



[q] Commun.cum glo.in c.alma.verb.admittantur, vbi Couar.§.3.n.1.& facit.§.5.nu.6.illat.11. cum Calder.& Ioan.Andr. Anton.3.p.tit.26.c.4.col.3. Compend.Mendic.verb.communicare Soto.d.q.3.ar.1.col.8. Nauar.nu.178.& add.Hiſp.nu.78. addunt Sot. & Nauar. laici tẽpore interdicti nõ prohibentur videre euchariſtiã,aut alios communicãtes: & adeſſe dũ datur extrema vnctio cum recitatione Pſalm. quia id non tam pertinet ad officium eccleſiaſticũ, quam ad ſacramentum. [r] Soto. col. 9. Nauar. n. 184.Couar. §.5.nu.5.6. illat.12. [s] Nauar.n. 179.Couar. §.2.nu.7.Fr. Medin.li.1. inſtruct.c.11. §.14. declaratum fuiſſe in ſenatu Salmant. Academię. F.Manuel,in bull. §.5.nu.8. [t] Cum tamen in loco ſacro generaliter interdicto prohibeatur ſepultura.itemq; prohibetur extra locum ſacrum fieri cum funere eccleſiaſtico & officio.Nauar.n.166.Calder.Anto.Fœlician.de interdict.c.7. alias ſepeliens clericus fit irregul.Nauar.n.243.& ſeq.vid.n.137. Sylu.interdict.5.§.8.verſ.2.Couar.§.3.n.6.§.4.n.5.nec vero licet ſepultura in feſtis quibus interdictum ſuſpenditur Maiolus.lib.3.de irreg.c.23.nu.8.cum Ioan. Andr.Gemin.& Lignian.& in ſimili Nauar.n.184.& Couar.§.5. At per bullam conceditur ſepultura loci ſacri. [u] Quam pompam explicat Iul. III. & Pius.IIII.in bulla anni 1555. Cord.li.5.q.43.du.5.vt fiat cum dimidio ſolennitatis alias ſolitæ: quæ tamen explicatio iam nõ obligat niſi ad directionẽ. [x] Nauar.c.27.nu.189.Couar. c.alma.2.p.§.4.n.7.ad fin.Fr.Medin.li.1.c.11.§.14. deciſum in congreg.Doctor.Salmant.Manuel.§.5.nu.8. licet quidam ſunt decepti occaſione. cle.1.§.in ceſſationis. de ſentent.excommun. [y] Contra Manuel.§.13.num.1. [za] Irregularitas ratione fundamenti, eſt duplex. Prima contrahitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa,vt Bigamia, aut dum iudex & dux autoritate publica occidit iuſte malefactorem cum defectu lenitatis, aut ſi quis habet naturale vitium corporis aut animi.Secunda ex culpa voluntaria,vt ſi cenſura ligatus recepit ordines ſacros; aut miniſtrauit ſolenniter in illis. ex homicidio vero voluntario iniuſto, irregularitas non eſt mere pœna, ſed ſimul includit defectum lenitatis.nec cõceditur epiſcopis per Trident.ſeſſ.24.c.6.& communiter excipitur etiam regularibus.inf.c.28. [bc] Quidã aiunt ob hos caſus,non incurri irregular.ſed ſuſpẽſionẽ: ac ſubinde per bullam abſolui, niſi ſic ſuſpẽſus celebrando factus ſit irregular. vt in ſimili Trident.ſeſſ.23.ref.c.14.fin. Alij dicunt quod qui cũ ſimoniaca culpa recepit ordines dicitur irregul. & eſt inhabilis ad ſuperiores ordines. Soto.lib.9.iuſtit.q.8.artic.1.cap.fin.& art.2.con.1.fin.Couarru.clem.p.2.§.3.num.4.cum glo.cap.de his.in.1.50.d.Sylueſt.crimen.§.2.enorme.§.1.cum mult.caſus.§.1.verſ.13.ſuſpenſ.§.7. Cordub.lib.1.q.35.in princip.& opin.4.Apoſtata. à fide ſimiliter dicitur irregul.Soto diſt.25.q.1.ar.3.cum Innocen.capit.1.de apoſtat. Concil. Nicen. ex Arabic.canon.12.&.18. Innocent.1.epiſtol.22. Angel.irregul.§.27.bene & Armi.§.83.cum Hoſtien.ſentit Nauar.cap.27.num.205.249.princip. Sylueſt.crimen.& enorme ſup. Hæreticus ſi notorius ſit, aut per ſententiam damnatus. Innocent.1. epiſtol.18.&.22.Concil.Nicen. ſup. Sotteal. verb. clero aſcripti.§.10.Ang.irregul.§.28.ſentit Naua.ſup. [d] Improprie irregular.vocant ſine expreſſo iure: cum ſint ſuſpenſi. vt ex Sylu.irregul.§.5.ord.4.§.2.colligitur.Perez.leg.3.titul.4. lib.8.ord.pagina.98. [e] Nauar.cap.27.num.248.Ledeſm.2.part.quæſt.26.art.2.Caſtro.2.de iuſti. hæret.punit.cap.9.Cordub.lib.1.quæſtion.35.

dotinõ liceat de manu aliena communionem recipere [q], etiam in ijs feſtis ſolennibus, quibus interdictum ipſo iure aut ex priuilegio ſuſpendi ſolet [r]: quia ea ſuſpenſio fit pro officijs tantum diuinis,non pro receptione ſacramentorum. 5.concedit vt eo tempore liceat recipere extremam vnctionem à Parocho: cum tamen hæc (quia non cadit ſub præcepto diuino aut humano) non poſsit miniſtrari clericis etiam ſacerdotibus & regularibus [s], abſq; bulla, ſeu alio priuilegio. 6.inſuper concedit, ſepeliri tunc in loco ſacro [t]: & vt funus fieri poſsit cum aliqua moderata pompa: puta vt cũ publico cantu in tono, cum triplici clamore campanarum ſolito, deferatur cadauer defuncti, & ſepeliatur ianuis apertis [u]: ſed abſque miſſa, niſi epiſcopus diſpenſet. at id priuilegium bullæ pro tempore interdicti, non extenditur ad tempus ceſſationis etiam generalis [x].

5 Commiſſarius generalis poteſt vt explicat bulla Latina, diſpenſare in quadam irregularitate etiam ſi proueniat ex delicto publico [y] (quia Pontif. non reſtringit: cum tamẽ reſtringatur epiſcopo in Concil.Trident.) vt cum eo qui cenſura ligatus celebrauit miſſam, & alia officia diuina: ſeu alias ſe immiſcuit diuinis. Et ſuper alia quomodolibet irregular. nempe quæ proueniat ex delicto [z]. nam conſtat eum non poſſe diſpenſare cum bigamo, cum quo vix vnquam Papa diſpenſare ſolet. nec diſpenſat cum illegitimo, aut corpore vitiatis: cum hæc irreg. non procedat ex delicto. Deinde bulla excipit quaſdam irregular. in quibus commiſſarius diſpenſare nõ poteſt. 1.in ea quæ contracta eſt ratione homicidij voluntarij [a]. 2.ratione ſimoniæ: nempe completæ in ordine, cum culpa & ſcientia eius qui ſic ordinatus eſt. Quidam enim hunc ſimoniace ordinatum vocant irregul. [b] cum ſit inhabilis vt promoueatur ad ſuperiores ordines. 3. nec in irregul. ob apoſtaſiam à fide, vel hæreſim. quem apoſtatam quidam ſimiliter vocãt irregul. [c] ſicut & hæreticum ſi notorius ſit, aut per ſentẽtiam damnatus. Reuera tamen ſi proprie loquamur; hi non ſunt irregular. ſed ſuſpenſi [d]: quia ob nullum crimẽ occultum, etiam nefandum ſodomiæ (excepto vnico homicidio) incurritur immediate vlla irregularitatis pœna [e]. Qui vero occulta cenſura ligatus celebrat incurrit ſecundariam pœnam irregul. 4. nec diſpenſat commiſſa-

f Soto

[f] Soto d. 25. q. 1. ar. 3. Nauar. c. 25. num. 72. c. 27. à num. 241. [g] Cum quo ſolus Papa diſpenſat. c. 1. de eo qui furt. ord. ſuſcep. c. cum illorum. de ſent. excommun. [h] Nauar. num. 241. Sylu. irregul. §. 13. Ang. Soto, & Ledeſ. ſup. Anton. 3. p. tit. 28. Couarr. c. alma. 1. p. §. 6. n. 6. Maiol. lib. 4. de irregular. cap. 34.

[p] Nauar. cap. 22. nu. 70. ex declarat. Pij. V. & dicetur lib. de matrimon. [q] Soto lib. 1. iuſtit. q. 6. art. 5. ad. 1. diſt. 3. q. 1. art. 9. col. antepenult. & ar. 10. & late d. 22. quæſt. 3. artic. 1. Frat. Medin. 1. 2. quæſtio. 96. artic. 3. & libro. 1. inſtructor. cap. 11. §. 9. & 12. libr. 2. capit. 12. Cordub. lib. 5. quæſt. 43. dub. 4. & caſu. 28. 37. 144. Gutierrez in quæſtion. canon. capit. tertio. Magiſtri, Victor. Cano, Bañes. & idẽ à principio tenuerunt Sancius epiſcopus. Mantius Peña, & Sotomaj. (qui tamen poſtea mutarũt ſententiam) & probabile fatetur Manuel. §. 9. numero. 64. & hæc pœna irregul. dicitur abſolui late, dum diſpenſatur. infra lit. T.

rius in irregul. contracta ob malam ordinum ſuſceptionem [f]. vt ſi excommunicatus recepit ſacros ordines [g]. & licet ius non exprimat extendi ad ſuſpenſum, interdictumque ab officijs ſeu ſacramentis, qui ſic ſacris initiatur: Doct. tamen ex ſimili ratione extendunt [h]. Aut ſi quis vno die recepit duos ſacros ordines [i]. Aut ſi ſcienter ſit ordinatus, etiam cum proprij prælati licentia & reuerendis, ab eo epiſcopo qui renuntiauit loco ſimul & dignitati [k]. Falſo tamen quidam extendunt irregular. ad illos qui ſine licentia ſui epiſcopi ordinantur ab alio epiſcopo qui tantum loco renuntiauerat [l]. Aut tandem male ſuſcipit ordines, qui ſcienter initiatus eſt ab eo epiſcopo, qui notorie ſimoniacus, hæreticus, aut de excommunicatione denuntiatus ordinat [m]. ſi vero per ſaltum initiatus eſt ſacris, aut abſque reuerendis, aut extra tempora, aut iam impleuit ætatem ſine qua initiatus fuerat, non prohibetur commiſſarius cum iſtis (qui tantum ſunt ſuſpenſi) diſpenſare, vt diſpenſat epiſcopus: quanuis hi in ipſa ordinatione peccauerint. Poteſt item commiſſarius diſpenſare in impedimento affinitatis fornicariæ etiam primi gradus: ſi modo hæc concurrant. 1. vt id impedimẽtum cognitum ſit poſt matrimonium, bona ſaltem alterius contrahentis fide contractum in facie eccleſiæ: quod eſt matrimoniũ præſumptum. 2. vt admoneri debeat innocens, ſaltem in generali de eo impedimẽto: ita vt vtrique conſtet matrimonium fuiſſe nullum, & indigere nouo contractu: quamuis non oportet cauſam nullitatis exprimere coniugi ignoranti. Si vero talis diſpenſatio à Papa obtineatur, non oportet vt impedimẽtum vtrique conſtet [n]: quanuis quidam id generaliter requirere videantur [o]. 3. oportet habita impedimẽti diſpenſatione, vt inter ſe renouatis conſenſibus expreſsis, reualidetur contractus. Satis vero eſt id fieri clam, etiam abſque parocho & teſtibus [p]: quos ſufficit præceſsiſſe, dum præſumptum matrimonium in facie eccleſiæ contractum fuit. ſic reualidato matrimonio concedit commiſſarius, vt ſuſcepta proles cenſeatur legitima, & ſuccedat in bona, poſsitque recipere ordines & beneficia.

6 Dum bulla concedit abſolutionem ab omni cenſura: quidam [q] eam vocem extendunt ad id genus irregularitatis, quod contrahitur in ſolam pœnam delicti. Quod falſum eſt: cum rogatus Pontif. quid nomine cenſuræ veniat? explicet in capit. quærenti. de verb. ſignif. tres tantum eſſe cenſuras, excommunicationem & ſuſpenſionem ac interdictum. Quæ tum definitione, tum proprijs effectibus multum differunt ab irregul. quæ per ſe eſt impedimentum recipiendi ſolos ordines: per accidens vero eſt vt oriatur ex culpa, aut vt priuet vſu ordinum ſuſceptorum [r]. Nec vero omnis pœna eccleſiaſtica (vt degradatio & priuatio beneficij) vocatur à d. Pontif. cenſura à cenſendo: quæ eſt pœna medicinalis, quam cenſet iudex, & per eam procedit contra contumacem, vt ea punitione emendetur. ſic irregul. nunquam

[i] Per c. 2. de eo qui furt. Nauar. c. 27. nu. 241. §. 2. c. 25. nu. 71. Anton. 3. p. tit. 14. c. 16. §. 6. Sylueſt. irregul. §. 3. Maiol. c. 11.

[k] Naua. nu. 241. §. 3. Soto. Maiol. li. 4. ca. 20. lib. 3. cap. 6.

[l] Vt falſo extendũt Ang. irregu. §. 31. Syluest. §. 8. Arm. §. 79. Tabien. irregul. 4. §. 6.

[m] Nauar. n. 241. §. 4.

[n] Soto. diſt. 28. ar. 2. con. 2. Caietan. opuſ. de matrim. q. 2. & fauent Cord. li. 1. q. 11. ar. 2. princ. ſpecul. coniug. 1. p. art. 39. dub. 2. fin. cũ Richar. Archiepiſcopus. Guerrer. D. Balbas. & multi docti conſulti, ſed indiſpenſatione cõmiſſarij requiritur id quod bulla exprimit.

[r] Docto. 4. diſtinct. 25. Scot. Palud. Carthuſ. Soto quæſtion. 1. articul. 2. Ledeſm. ſup. Summiſt. verbo irregu. in princ. Couar. d. cle. princ. Nauar. c. 27. nu. 191. D. Tho. add. q. 39. Villad. de irreg. Ant. 3. p. tit. 28. c. 1. irregul. non imponitur ab homine ſed à iure per ſolum Papam, ob decentem Dei cultum, vt ordinati & miniſtri diuini cultus, ſint ſine macula & defectu. interdum vero ſuperueniens irreg. non priuat vſu ordinum, vt ſi ſacerdoti ſine eius culpa amputata ſit manus, eſt irregul. ne celebret, ſed poteſt audire confeſsiones: quia non prohibetur decenti vſu ordinum. Nauar. c. 27. n. 191. 249. num. 200.

[o] Requirunt Scot. 4. diſt. 35. q. 1. vbi Richard. ſupplem. q. 1. art. 2. con. 12. Gerſon 2. par. in compend. Theolog. con. 7. Abulen. in. 1. Reg. cap. 8. q. 38. fin. Nauar. capit. 22. num. 47. 80. Couarru. 2. par. ſponſ. capit. 4. in princip. num. 5. & faciunt Innocen. Card. & Panor. quos citat Couar. cap. 3. princ. num. 7. Perez. l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. pag. 13. & 41. & retractans Specul. 3. p. ar. 8. & 12. & 1. p. art. 34. con. 8. art. 36. con. 6. artic. 44. con. 3. & 2. part. art. 13. con. 3. & poſt con. 5. cum Anton. & in appendic. dub. 10. con. 4. & Torres epiſcopus Canarien. quæ ſententia eſſet in praxi ſequenda vbi non eſſet graue periculum.



num. 200. §. 7. 206. §. 5. Felician. de irregul. cap. 6. Villadieg. [s] Anton. ſup. & tit. 30. cap. 1. Caietan. verb. excommun. c. 36. Nauar. cap. 27. num. 1. 151. 194. & in cap. cum contingat. de reſcript. remed. 7. Paul. Rom. de penſio. c. 8. nu. 18. Syluest. interdict. 1. §. 1. pœna. §. 2. Ang. Armil. verb. cenſura. Ledeſ. ar. 2. pagin. 363.

ex homic. volunt. (quia eſt pœna) nõ tamen ex iuſta occiſione quod tamen eſt falſum. Quidam limitant per bullam tolli irregul. ob peccatum notoriũ, puta concubinatus. Compend. Bernar. verb. abſolut. quo ad Monach. §. 1. de quo Nauar. c. 25. num. 76. c. 27. num. 248.

vocatur cenſura [s]. Deinde cenſura tollitur abſque diſpenſatione per abſolutionem: ſicut tollitur peccatum, cuius illa eſt pœna: & ligatus illa prohibetur ſacramenta recipere. At irregul. non tollitur per contritionem aut abſolutionem, ſed per diſpenſationem [t]: nec prohibet alia ſacramenta recipere, præter ſolum ordinem. Tandem ligatus cenſura ſi miniſtret ſolenniter in ordine ſacro, fit irregul. at irregularis, vt illegitimus aut homicida ſi celebret, non contrahit nouam irregularit. [u] Alij contendunt id genus irregular. concedi per iubilæum & priuileg. quorundam regularium, dum indulget abſolui non tantum à cenſuris, ſed ab alijs etiam pœnis eccleſiaſticis [x], à iure vel ab homine impoſitis. Quod verbum olim erat in bulla cruciatæ: ſed à Pio. V. & ſequentibus Pontif. ſublatum eſt, ne eſſet deceptionis occaſio. aiunt vero eam irregul. abſolui, ſicut aliæ pœnæ aut culpæ dicuntur abſolui. Quæ ſententia ob autoritatem grauium Doctor. & probabiles rationes, admittenda eſſet in praxi vt probabilis [y], ſi vrgente caſu non eſſet facilis recurſus ad epiſcopum aut Nuntium, pro diſpẽſatione eius irregul. quæ pœna proprie dici poteſt [z]. at vera & certior ſententia eſt nunquam concedi diſpenſationem prædictæ irregul. generali nomine pœnæ [a] (vt nec conceditur nomine cenſuræ) & ſtylus Romanæ curiæ habet ne cenſeatur diſpenſatio irregul. cõceſſa niſi exprimatur: vt olim explicabatur in quibuſdam bullis [b]. Porro nomine pœnæ eccleſiaſticæ [c], præter cenſuras, intelligitur pœna qua confeſſarius vetuit ne intra menſem communicet: aut ſi pænitens promiſit ſoluere certam pœnam, ſi intra menſem nõ confiteretur, aut ſi incideret in tale peccatum. aut intelligitur de pęna, qua canones pœnitentiales arcent quoſdam delinquentes à communione intra certum tẽpus, aut dum per conſtitutionem ſynodalem prohibetur peccatum ſub pœna ſoluendi certam eleemoſynam hoſpitali [d]. Sic ſi iudex reum damnauit ad certa ieiunia, aut ad ſuſpenſionẽ per annum, poteſt ingreſſus religionem, abſolui à prælato illius [e]. Nõ tamen ſi ante ingreſſum damnatus eſt pœna pecuniaria [f], vt per religionis ingreſſum non abſoluitur ab alijs debitis. Nec ex eo quod cõmiſſarius diſpenſare poſsit cum irregul. & in quibuſdam alijs impedimentis, ſumitur efficax argumentũ, vt idem liceat confeſſario per bullam cruciat. electo.

7 Quia præceptum eſt ne quis euchariſtiam, aut aliud ſacramentum recipiat niſi ab habente iuriſdictionem: concedit bulla licite recipi à quocunque ſacerdote digne miniſtrante: quamuis hic non ſit ap

[t] Trid. ſeſſ. 24. ref. c. 6. Sylu. irregu. §. 15. & fin. Nauar. c. 27. nu. 250. praxis & cõmunis Canoniſt. At reſpõdet Soto. d. 22. q. 3. art. 1. & quidã recen. Cord. caſ. 26 Gerſon. 2. p. alph. 33. G. F. Manuel. §. 9. nu. 64. fin. quod quatenus eſt mere pœna dicitur abſolui. Syluest. abſolutio. 6. numer. 2. verſ. 5. & 6. quæ expoſitio eſt probabilis in raro caſu, de quo ſup. lit. F. H.

[u] Nauar. c. 27. nu. 194. facit. n. 112. 154.

[x] Sic bullæ ante Pium V. concedebant abſoluere à cenſuris & alijs pœnis eccle. & in priuileg. Societ. Ieſu. [y] Vt vrgente neceſsitate baptizandus eſt puer moriens in aqua dubia, ſi nõ ſit alia: & propinquus morti, qui non potuit aliter cõfiteri quam oſtendens ſignum peccati in generali, eſt abſoluendus ſub conditione: nec tamen id licet extra neceſſitatem. ita non eſt per bullam diſpenſandum in irregul. dum eſt facilis recurſus ad remedium certum epiſcopi. [z] Id genus irregul. vocatur pœna eccleſiaſtica in extrauag. 1. de priuil. Triden. ſeſſ. 24. ref. c. 6. Scot. 4. d. 33. q. 2. dum agit de bigamia. ſentit Gabr. lect. 9. in Can. Angles tit. de interd. ſi. Caſtro. 1. leg. pœn. c. 3. Gerſon. dialog. de poteſt. ligan. & ſoluen. 2. p. alph. 33. lit. 5. Caieta. Syluest. & Tabien. verb. irregul. in princ. fauet Nauar. c. 27. num. 191. fin. & qui aiunt per baptiſmum tolli irregul.

[a] Commun. Canoniſt. qđ tandem tenuerunt magiſtri Mant. Peña, Sotomaior. Sancius, Nauar. c. 27. n. 194. 250. cũ Villadieg. Ledeſ. 2. p. q. 26 art. 2. ad fin. Fr. Ludouic. apud Gutierrez. c. 3. Nicol. de Orbelio. 4. d. 18. q. 2. §. 5. ex Canoniſt. Cõſultis Couar. & c. alma. 1. p. §. 6. nu. 6. Vera, Naua. iun. Buſtos. & Romę aiũt eſſe certum in praxi. Syl ueſt. interd. 1. nu. 3. Soto li. 5. iuſt. q. 1. ar. 4. Dominic. & Alex. in cap. miror 50. d. ex illo text. quare Gregor. 14. in iubilæo anni. 91. poſt quam conceſſit abſolui à cẽſuris & pænis, negat cõcedi in vlla irregular. publica aut occulta.

[b] Vt in bulla Pauli. III. anni. 1545. & in priuileg. regul. [c] Summiſt. verb. pœna. Syluest. §. 2. Glo. c. ad reprimendam. de off. ord. Nauar. expreſſe c. 27. num. 250. §. 9. ſed ſi intelligatur de pœna pecun. ex iure aut ſtatuto non debetur ante ſententiam. Nauar. c. 23. num. 67. Caietan. 2. 2. q. 62. art. 3. & verb. pœna. vbi Ang. §. 3. Soto. diſt. 28. quæſt. 1. art. 2. poſt con. 3. [d] At bulla non loquitur de pœna pecuniaria legis: quia hæc non dicitur pœna eccleſiaſtica. bene Soto, Nauar. cap. 27. num. 250. hinc quidam aiunt. ly. & à pœnis eſſe declarationem prioris verb. à cenſuris: nempe quando fertur per modum ſententiæ & pœnæ. [e] Paul. III. in bull. ſociet. anno 43. & 49. [f] Palud. 4. diſt. 38. q. 4. ar. 1. con. 7. & 9. & Syluest. religio. 6. §. 9.

probatus in confeſſarium g. ſæcularis tamen ſacerdos dum celebrat in monaſterio Mendic. poſſet eam alijs miniſtrare etiam tempore interdicti, de licentia Prælati regularis, aut ſacriſtæ h, vt poteſt quilibet ſacerdos ex Mendic. in ſuis eccleſijs omni tempore: præterquam in ſolo reſurrectionis die ad implẽdum præceptũ eccleſię. quo etiam die poſſet, de licentia parochi aut diœceſani i. At ſi religioſus abſq; priuilegio miniſtret euchariſtiam tempore præcepti, fit excommunicatus k: aut ſi det extremam vnctionem, niſi ex tacita ratihabitione parochi abſentis. 2. concedit bulla eligere confeſſarium etiam regularibus, præter quoſdam, inf.c.22. At ſi regularis à ſuo prælato habet licentiam eligendi, poſſet eligere etiam ex ſacerdotibus non approbatis ab epiſcopo l. 3. concedit commutare fere omnia vota paucis exceptis: quod extenditur ad commutationem ſimilis iuramenti. inf.c.30.§.5. & concedit. 4. circa legem iuſtitiæ de reſtitutione incertorũ fieri compoſitionem intra certam quantitatem per bullas, aut cum commiſſario vt dicetur. cap. 32. & ſeq. Tandem concedit diſpẽſationem circa cibos prohibitos in quadrageſima. de quibus latius dicendum eſt.

8. Eccleſia impoſuit præceptum de ieiunio quadrageſimæ a: quod quidam patres vocant ius diuinum b, quia ad imitationem Chriſti ſancitum eſt lege c. Eo tempore prohibetur vſus carnium d

g Ita plane bulla poſt Pium.V. vt aduertunt Recentio. ſed olim bulla dicebat vt confeſſarius poſſet miniſtrare euchariſtiam, & ita limitauit Ledeſ.2.p. q.29.ar.1.dub.vlt. at reuera Trident.ſeſſ.23. c.15. pro ſolo ſacramento confeſſionis requirit approbari ab epiſcopo. p alijs vero ſatis eſt licentia parochi iure communi. Card. Clem. religioſi.de priuile. q.21.& 23. Anto.1. p. interrogatorij Sylueſt. confeſſor. 1. §.1.&.4. cum Palud. d.17. & ita declaratum eſſe à Pontif. Alex. & Clem. idẽ Hoſtienſ. in ſumm. Dominic. de S. Gemin. in c. per lectis. 25. d. cũ Ioan. Andrea. dicit, ita Bononiæ eſſe diſputatum & concluſum. Fr. Alex.ſũm.li.1.tit.3.c.9.p.51. qui omnes cũ loquantur ante Trident. aiunt parochum delegare licentiam ad audiendas confeſſiones ſubditorum. Mant.& Gallo, putant, quod ſubſiſtente cauſa vt ſi fatigatus ſit parochus, aut infirmus, poteſt nũc poſt Triden. delegare eandem licentiam viro docto, aut regulari ex ratihabitione epiſcopi abſentis, quia parochus eſt iure communi ordinarius: cui Trident. non videtur derogaſſe niſi pro foro exteriori, dicẽs c.15. nec idoneum reputari. ſed hęc ſententia vix in praxi admittenda eſt. h Fr.Medin.li.1.c.11.§.3. fin. Compend. Mendican. verb. communicare.§.12. Supple.Minor.f.11.cõceſ.143. Claud.ver.Euchar. §.4. i Dicetur lib.de euchar. Nauar.c.21.n.52. Claud.Euchar.§.2. vid. Soto.d.18.q.4.ar.2. k Nauar.c.27.num.101.& ſeq. Clem.religioſi.de priuileg. Caiet.excom.c.64. Ledeſ.2.p.q.33. art.3. Soto diſt.23.q.2.ar.1. Victor.& Recent. l Quia Trid.ſeſ.23. ref.c.15. nihil innouat de iure & conſuetudine antiqua circa regularium confeſſiones. Nauar.c.4.nu.2. Mant. Gallo, Fr.Medin.& alij conſulti Salmant. Manuel in bulla.§.9. num.9.13.14. Angles tit.de confeſſ.ar.8.& id conſtabat ante Triden. de quo tempore Soto. d.18.q.4.ar.2.col.8. Angel. confeſ.4.§.31. Sylu.confeſſio.1. nu.13. & ita declarauit Leo.X: in ſupplem.fol.94.conceſ.31.& Clemens.VII. in Marimag. fol.58. conceſ.136.

a D.Tho. a 2.2.q.147.3.& ſatis eſt conſuetudo eccleſiæ ad præceptum. Caſtro verb.ieiun. Sebaſt.Medices hær.3.& in ſumm.pec.p.2.tit.7.q.17. Palac.4.d.15.q.8. Ledeſ.2.par. q.17.ar.2.dub.4.5. Couar.inſ.n.10. Hiero.epiſt.ad Marcellã. probat ex Patribus, Bellar.lib.4.Roman.Pontif.c.16. Angel. ieiun.§.6. Sylueſt.§.1.nu.4. Tabien.§.8. Aſten.lib. 5.tit.28.ar.3. Doctor.4.d.15. Nauar.ca.21.nu.11. cõmm unis contra Caiet.verb.ieiun. Begard.& Beghinas. b Quia à tempore Apoſtolorum videtur traditio à Chriſto deriuata ait Hieron. in Ionæ. 2. epiſt.ad Marcellam. Chryſoſt.ho.1. Geneſ. Ambro. cõcio. 39. & 36. quę habetur apud Maxim. ier.1. in die cinerum Theophilus Alexandr.li. paſchali.1. & 3. Epiphan. hær.80. Euſeb.in chron. & alij Patres. c Ioan.Arbor. lib. 15. Theoſoph.c. 3. Cano.li.3. de loc. c. 5. Couarru. 4. Variar.c.20. num.2. & 4. D.Tho.2.2. q.147.art.3. cõmu. Theolog.& Recentiores. d Euſeb.2.hiſt.cap.17. Philo.de vita contemplat. Auguſt.20.contra Fauſt.cap.3.lib.30.cap. 5.& 6.lib.31.cap.2.& 4.contra Adimant.capit.14. Hieron.2.contr.Iouin. Chryſoſt.hom.6. ad pop. & orat.1.de ieiuñ. Baſil.orat.1. de ieiun. apud Caniſ. catech.tit.de bonis operib.c.4.& ho.12.in 1. Tim. Ambroſ.in 1.Tim.4. Theodor. epit. diui. decret.c. de abſtinentia. Cyril. Hieroſ. catech.4. Theophil. lib.3.paſchal. Nicephor.17. Hiſtor. capit.32. Clemens. Alexandr.lib.2.pedag.capit.1. Bernard.hom. 66.Cant. Anſel. Petr. Lombard. Lyran. Hugo Cardin.& alij in 1.Timot.4. Couarru.4. Variar.capit. 20 num.15.& citat Clichtou.in Antilut. Caſtro, & Medices verb.cibus. Bundor.de hæreſ.tit.25. Ayala de tradit. part. 3. capit. de delect. cib. Teleſph. capit.ſtatuimus.4.diſtinct.6.ſynod.canon.56. Toletan.4.capit.10. Toleta.8.capit.9. Ancyr. cap.13. Brachar. 1. capit. 13.32. capit. de eſu carnium. de conſ.diſt.3. Medin.C.de ieiun. Ledeſm.2.p.quæſtio. 17.ar.6. D.Tho.diſtinct.15.& 2.2.quæſt.147.ar.8. Aſten.lib.5.titu.28.ar.5. quæſtio.5. Ang.ieiun.§.5. Syluest.§.5.num.15. Tabien.§.6.& 7. faciunt Patres quos citat Bellarm.4. Rom. Pontif. cap.16. & probat delectum ciborum cum ſext. ſynod. canon. 67. ex Act.15. abſtin.à ſuffocato & ſang. (quem canon. reijcit Cano.lib.5.loc.capit.vlt.ad.6.) Soteall. ieiunium. §. primo. Turrian. libr.2. Conſtit. Apoſtol.cap.59. doct.4.diſtinct.15. D.Thom. quæſt. 3. ar.4.2. (Paludan.q.4.ar.4.con.2. plus eſſe de ratione ieiunij abſtinentiam carnium quam vnam comeſtionem) Richard.ar.3.quæſtion.5. Alexand.4. p.q.99.mem.1. D.Thom.d.quæſt.147. art.2.ad 1. colligit ex definitione ieiunij apud Iſidor. lib.2.de ſumm.bono. Fr.Medin.lib.1. cap.14.§.10. Fr.Manuel in bulla. §.6.num.4.





(etiam ijs qui per laborem aut ætatem excuſantur à ieiunio e) & iure communi vſus etiam ouorum, lactis & lacticiniorum f: quæ ortum, ſemẽtinamque trahunt à carne g. Olim ſimul indicebatur abſtinentia à vino h. 2. in dominicis quadrag. (cum Patres in omni dominica prohibeant ieiunare i) licebat olim vſus ouorum k. & in Græcis Orientis eccleſijs, & apud Armenos idem licebat in ſabbathis quadrag. l qđ in dominicis. 3. nũc in regnis Caſtellæ, & in Catalaunia ac Francia licet in ſabba. extra quadrageſ. veſci inteſtinis, & extremis animalium. quod eſt priuilegium loci m, non autem perſonæ: quare exteri in Caſtella vtuntur ijſdem cibis: cum tamen Caſtellanus in Luſitania, aut Nauarra illis inteſtinis, & c. vti non poſſit n. 4. Poſtquam eccleſia iuſte prohibuit obſeruari ſabbatha, ne quid cõmune cum Iudæis haberemus: Innocen. Papa.I. iubet omni ſabbatho ieiunare, vt etiam refert B. Auguſt. o At conſuetudo iuri derogat, vt in ſabbat. per annum ſatis ſit à carnibus abſtinere. 5. Quadrageſimale ieiunium olim pro laicis apud Roman. incipiebat feria ſecunda poſt eam quæ nunc dicitur prima Dominica quadrageſ. ſed pro clericis erat quadraginta dierum intra ſeptem hebdomadas q.

9 In diebus feriarum ſext. per annum & tribus diebus rogationum, quidam aiunt r obligari fideles iure communi ad abſtinentiam ouorum & lacticiniorũ: quia his diebus olim ieiunabatur s. & putant abſtinentiam ouorum iure communi ex paritate rationis non minus pręcipi in diebus ieiun. per annum, quàm in quadrageſima, niſi conſuetudo huic iuri derogauerit. vnde inferunt in nouo Indiarum orbe iura obligare ad abſtinentiam ouorum abſque conſuetudine alia.

e Commun.& probat conſuetudo eccleſiæ. Sylueſt.ieiun.§.5.verſ.4. Aſten.art.4.quæſtio.2.

f D.Thom.q.147.art.8. Summiſt.ſup. Teleſphor. d.c.ſtatuimus.& cap.presbyter.93.d. Grat.c.denique.4.d. ex D.Gregor.epiſ.reſponſ.ad Auguſt. Anglorũ epiſcopum.cap.29. apud Caniſ. tit. de bonis operib. ca.4. Concil. Toletan.4. cap. 10. iubet vt piſcẽ & olus comedãt. Toletan.8. cap. 9.& ſext.ſynod. can.56. ſi quis oua vel butyrum edat in quadrageſ. clericus deponatur, laicus excommunicetur: & tamen in dominicis & ſabbatis quadrageſ. videtur indulgere oua, vt exponit Ouando. 4.diſt.16. §. 52. Niceph. lib.12.hiſto.cap.34. quare Manichæus, vt prohibebat omni tempore eſum carnium, ita & ouorum refert D.Thom. in. 1.Timot.4.com.2.fin. g Hæc eſt ratio D.Gregor. D.Thom.& aliorum ſup.

h Chryſoſt.orat.1.de ieiun. Baſil.orat.1. de ieiun. Euſeb. & Philo. ſup. Soteall. ieiun. §.2. conc. Gerund.c.3. Tolet.4.can.10. i Melchiad.apud Damaſum.in Pontifical. vetuit dominica & feria quinta ieiunare: quod his diebus pagani quaſi ſacrum ieiunium celebrarent. vid. Auguſt.epiſt.86.ad Caſulan. & 118. & contra Manich. dicentes neceſſarium eſſe in dominica ieiunare, id prohibuit eccleſia.cap.fin.30.d. ex concil. Gangren.capit.18. Carthag.4.cap.64. D.Tho.q.147.art.5.ad.3. Aug.ſup. Ignat.epiſ.4.ad Philippen. qui ait, qui in dominica ieiunat Chriſti interfector eſt. Tertul. de coron. milit. Leo epiſt.93.cap.4. Ledeſ.q.17. art.4. col.2. Syluest.ieiun.§.1.nu.6. Soteall.§.7. Armi. §.2. Palac.diſt.15.q.8. & tamen D.Tho. ait laudabile eſſe ieiunare omni tempore. Origen.homil.10. in Luc. Hieron.epiſt.ad Lucinium ait Paulum diebus Pentecoſtes & dominicis, cum alijs credentibus ieiunaſſe, ſed D.Thom. ait vitandum eſſe ex conſuetudine Romanæ eccleſiæ, ne videamur cum hæreticis conuenire. k Couarru.4.Varia.c.20.num.5.& 6. ex Socr.lib.5.hiſt.cap.22. Niceph.lib.12.c.34. Ignat. epiſt.4. Ambr.de Elia.cap.10. Baſil.hom.1. &.2.de ieiun. Turrian.in Clem.lib.2. Conſt.Apoſt.cap.59. fin. in Orientis eccleſijs nullo ſabbatho ieiunatur (excepto hebdomadæ ſanctæ) neque à carnibus abſtinent, in ſabbathis niſi in quadrag.& lib.5.annot. in fine citat Patres. & lib. 7. cap.24.fin. & Apoſtol. can.65, ſext.ſynod. can.55. quod defendit Couar. ſupr. licet Turrian. in ſext. ſynod. & Cano libr. 5. loc.cap.vlt.ad 6. reijciat hunc & alios. can. ſext.ſynod.& Armeni quia illi ſabbathis nõ ieiunant vtẽtes ouis & butyro, addunt aliam hebdomadã, ſed feſtum ſabbathi mutatum eſt in dominicam. vid. Bellar. lib.3.de cultu. SS. c.11. VVald.de ſacramẽtal.tit. 16.cap.138. Couarru. 4. Variar.c.19. m n Anton. 2.part. tit.6. c.4.§.2. Syl. ieiun.§.2. & 10. Ang. Tabien. Nauar. cap.23.num. 120.cap. 21. num.15. Manuel in bulla.§.1.num.8. Ledeſ.quæſtio.17.art.4. Armi.§.13. Mai.diſt.15.quæſt.5.ad.2. Panorm. & Direct. Frat. Alexan.lib.2.tit.3. verb.gula. Nicol.PP.I. ad conſulta Bulgarorum. in Græcia. capit.4. Turrian. in Clem.lib.7.conſt.capit.24.fin. & colligitur ex Auguſtin.epiſt.118. citat Ambr. dicentem cum Romæ ſum, ſabbatho ieiuno: cum Mediolani, non ieiuno. habetur c.illa.12.d. vbi glo.verſ.veneris. & c. quia dies.de conſ.d.5. contra Palac.4. diſt.15.quæſtio.8. poſt con.6. dicentem quod ſecluſo ſcandalo Caſtellanus poteſt veſci inteſtinis in Luſitania.

o Innocent.I.epiſt.1.cap.4. Auguſtin. epiſt.86.ca. 19. epiſt.118.cap. 2. Conc.Elibert.can.26. Couar. d.capit.20.num.6. Agathen.cap.12. habetur c.placuit.de conſ. diſt.3. p q Teleſphor. qui fuit. 7. à Petr.Pontif.cap.ſtatuimus. & ſequent. 4.d. Couar. d.num.6. Duran.in Rational.num 6.c. de dominica.& fauet c.in quadam. de conſ.diſtin.5.

r Couarru.d.capit.20.num.15. ex paritate rationis.cap.denique.4.diſt. Richard.4.diſtinct.15.ar.3. quæſtion. 5. idem ſentit, & additio ad Panorm. & add.ad Angel.verb.ieiun. Tabien.§.7. Ioan. Firmi. lib.4.de epiſcopo.part.2. caſ.107.num.131. Mandoſ.prax. ſign.tit.licentia.

s Innocent.1.epiſt.1.capit.4.feria.6. propter paſſionem Domini ieiunamus. & ſabbatho quia eo die erat ſepultus. & de triduo rogationum ante Aſcenſionem ieiunabatur.cap.rogationes. de conſ. diſtin. 3. ex Concil. Aurelian.can.26. Couarru.d.capit.20. numer. 16.

At reuera in terris vbi ferijs ſextis per annum non licet vſus ouorum, non prohibetur ipſo iure, ſed conſuetudine [t]: quam oportet eſſe præſcriptam 40. annorum vt habeat vim *legis* [u], & ſponte inductam animo *obligandi*. quare examinanda eſt conſuetudo regionis, aut vrbis. 2. multi docti negant obligare in multis Hiſpaniæ locis [x]. quaſi ea conſuetudo non ſit ſcienter & ſponte inducta, ſed ob frequentes bullas quas fere omnes capiunt, reputare ſimpliciores viros per errorem ſe obligari. cuius rei examinatio pertinet ad proprios paſtores: In oppidis pauperum ruſticorum vbi vix habere poſſunt piſces, cum facile domi habeãt oua & lac, expendenda eſt cõſuetudo [y]. Oſtiatim mendicantibus ſi donentur fruſta ouorum alijs conſueta, aut lacticinia, non ſunt grauandi vt ſolo pane vtantur, aut commutent pro alijs cibis [z]: habet enim paupertas multa priuilegia: & vnum ouum, aut parum orizæ cum lacte, vel fruſtum caſei eſt in his parua materia.

10 Quidam aiunt licere oua in Dominicis quadrageſ. [a] Alij ſaltem licere nunc ſacerdotibus & regularibus per bullam Latin. quæ generaliter id concedit extra tempora ieiuniorum quadrageſ. [b] At probabilius eſt omnibus etiam laicis in quadrageſ. Dominicis prohiberi oua iure communi. Nec bulla in dictis Dominicis concedit ea ſacerdotibus & regularibus [c]: niſi ſint ſenes ſexagenarij qui à ieiunio excuſari ſolent: aut laici ordinis Militaris: qui ſicut alij laici per bullam poſſunt pro libito vti ouis & lacticinijs abſque alia cauſa [d]. At ſi ſacerdos aut regularis cauſam habeat, conſulat medicum, aut petat à Prælato diſpenſationem: & confeſſarius conſuetus tanquam medicus ſpiritualis, poſſet cum his diſpenſare etiam præſente epiſcopo, ſi modo medicus aut expertus vir explicet ſubeſſe cauſam [e]: quæ tamen ſola à præcepto non excuſaret. 3. ſi ſacerdos aut regularis habeat aliud priuilegium edẽdi oua etiam in ieiunijs quadrageſ. non tollitur ſed reualidatur accipienti cruciatam. & frui poſſet alterius priuilegio concedente oua commenſalibus.

11 Extenſio quædam bullæ fieri poteſt. Primo vt cui licent oua, aut carnes, non prohibeatur ſimul veſci piſcibus [f]: ſecluſo ſcandalo

h tra decem, aut viginti annos h: cum pœnæ ſint multo grauiores quam huius vitæ, & ſemper intenſæ circa animas iuſtas quæ fide & ſpe viua anhelant ad viſionem Dei. At hi non ſine temeritate quadã ex leuibus rationibus loquuntur cõtra morẽ eccleſiæ, quę pro defunctis, & pro certa anima celebrat anniuerſarias miſſas & officia vltra. 200. annos. Nec rigor Dei eſt iniuſtus, ſi ab anima, quæ proprie nõ ſatisfacit ſed ſatis patitur, exigat lõgas pœnas: vt pro vno mort. exigit æternas. Quare illam ſententiam, quidam inſignis prædicator à ſacro Inquiſitionis ſenatu cõpulſus eſt retractare: eo quod retrahat viuos ab operibus ſatisfactorijs & miſſis offerendis pro ſuis defunctis. & quidam Patres ſignificant quarundam animarum pœnas dura-
i turas ad diem vſque iudicij i.

C A P.



CAP. XVI.

a b Nau. a de indulg.not.31.n.38.not.18. n. 4.not.21. b ſic D.Tho.add.q.26.ar.1.& alij ſunt intelligendi, vt Alb.d.20.ar.17.ad.5. Ledeſ.q 27.ar.2.dub.4.fi.& dub.5.Supplem.d.45. q. 3.art.2.cõc. 11. Aſtenſ. lib.5.tit.40. artic. 2. col. 3.ad fi. cum Hoſten. Caietan. verb. indulgen. & opuſ. de indulg.ad Iuliũ.trac. 15. c.6.opuſ.27 qq.q.4. Pet. Sot. de indulg.lect.4. Fr. Michael. Med. de indulg.diſp.5. cap.25. Angel. indulg. §.1. Syluest. §.nono.cum Pan. Tabie. §. 11. cum Feli.& Lauden. Armil. §. 17. Margar. confeſſ. fol.49. Nauarr. de indulgen.not. 14. numero 2. §. 4. not. 21.num.12. not.31.numero. 20. & 43.communis recent. id putat eſſe rem certam.
c c Soto diſtinct.20.quæſt.2.artic.3. §. in calce. Ledeſ.quæſt.20.art.4.fol.301.col.2.fin. Med.de confeſſ. quæſt. de pœnitentia iniuncta acceptanda. Victor. de clauibus. §. 13. & de confeſſ. §. 211. Frat. Alexand.ſum.lib.1.tit.6.cap. 5. Angel.confeſsio.6.§.4. Armil. §. 29. Nauar. cap. 26. num.22. d Soto dicit, ſi intra tres dies redeat
d Mant. ſi intra octo, aut plures. videtur Ledeſ.
e e quando Papa vel epiſcopus ſpecialiter ſibi non reſeruauit, quia vt peccatum à Papa abſolutum manet iam non reſeruatum: ita pœnitentia iniuncta à Papa. nam in foro pœnitentiæ circa caſus non reſeruatos parochus videtur æqualis Papæ, cum vterque abſoluat à peccatis, & liget pœnitentijs vice Chriſti. tenet Nauar.cap vigeſimo ſexto. numero vigeſimo ſecundo. Ledeſ. Medin. ſup. Victor. §. 211. Angel. Tabien. Margar. Armil. confeſsio. §. 30. Syluest. confeſsio. 1. §. 27. cum Monal. & Rayner. ſed addunt Angel. & Tabien. quando non eſſet recurſus ad ſuperiorem: tunc enim iudex inferior per Epijkeiam diſpenſat in lege & mandato ſuperioris, vt probat Nauarr. prælud. 9. num. decimo quarto. at falſo addunt Syluest. Armil. & Margar. quod ad eam commutationem pœnitentiæ oportet vt pœnitens repetat confeſsionem Syluest. confeſsio. 1. §. 3. 25. 27. Angel. confeſsio primo §. 13. Anton. 3. part. tit. 14. cap. decimo nono. §. vltim. & inferunt quod oblitus pœnitentiæ iniunctæ tenetur iterum confiteri peccatorum ſpecies ſaltem in generali. pro quo falſo citant Diuum Thomã. Richard. & Palud.
f f D. Thomas ſignific. diſtinct. 16. quęſt. tertia. articu. 3. 5. ad. 4. Paludan. diſtinct. 17. quæſtio. 5. Richard. art. ſecũdo. quæſtion. 8. Mai. Soto. diſtinct. 20. quæſtion. 2. articu. 2. ad 3. Ledeſ. q. 20. artic. 4. dub. ſecũdo. Victor. §. 167. Caietan. confeſsio. 2. fin. Adrian. de confeſſ. col. penult. fin. Nauar. cap. nono. numer. decimo quarto. capit. 21. num. 43. D. Thomas, quodlib. 1. artic. 12. & omnes recent. magiſtri.
g g Medin. Syluest. confeſsio. 1. §. 27. cum Monal. & Rayner. Armil. §. 30. Angel. Tabien. Margar. per cap. latorem. 33. quæſtio. 2. dum vero Vrban. cap. placuit. de pœnitentia. diſtinctio. 6. negat æqualem commutare poſſe pœnitentias ab alio iniunctas: quia par in parem non habet imperium. & Victor. de clauib. §. 13. Reſpondet Sotus, Vrbanum loqui de pœnitentia ſolenni, vel de alieno
h parochiano. h confeſſarius per Bullam crucia. poteſt commutare iniunctas, ita vt vice illarum obtineat indulgentiam in Bulla conceſſam. ſed ob hoc pœnitens ceſſare non deberet à pœnitentijs iniunctis. ſup. cap. 9. lit. F.
i i at in quadrageſima conſequitur indulgentiam licet ieiunium ſit de præcepto. ſup. cap. decimo.
k §. quinto. L. k ſup. libro ſecundo. de pœnitentia. cap. 22.

## CAP. XVII.

## De abſolutione ab iniunctis per indulgent.

1.1. *Indulgentia eſt vtilior quæ datur cum abſolutione ab iniunctis.*
2 *Confeſſarius ne ſine cauſa liberet ab iniunctis.*
3 *Pœnitens ob indulgentiam ne ſe eximat à pœnitentijs.*
4 *Præceptum confeſſarij cur obligat?*
5 *An pro vna oratione dentur variæ indulgentiæ? regulares lucrantur multas ſimul.*
6 *Quando ſæpe intra diem vel horam liceat lucrari: & dum conceditur tertia pars remiſsionis.*

INdulgentia de pœnitentijs iniunctis quæ confeſsionem requirit,
a eſt vtilior a: vt confeſſarius pœnitentias (ſeruata proportione annorum, aut quadragenarũ indulgẽtiæ) cõmutet in leuiores: & liberet à iuſto præcepto implendi opera, quæ prior confeſſarius iniunxerat. Nam eo ipſo quod iubilæus aut indulgentia requirit confeſsionem, cenſetur Papa in eo foro committere confeſſario facultatem abſoluendi ab iniun-
b ctis b: ſicut Papa per claues extra confeſsionem abſoluit commutans
c in leuiora opera c & tanquam ſupremus Iudex in foro exteriori generaliter temperat ſententiam inferioris, & reum abſoluit ab illa. Idem confeſſarius, ſi pœnitens intra 8. circiter dies ad ipſum redeat poſſet ex cauſa minuere pœnitentiam
d à ſe iniunctam d. quod ſi cauſa vrgentior ſit, poſſet epiſcopus pœnitentiam à Papa datam minuere: &
e parochus datam ab epiſcopo e. Nec in eum finem reus, tenetur iterum huic confiteri ea peccata directe ab-
f ſoluta f. Cauſa idonea commutãdi pœnitentias eſt, quando pœnitens difficile implere poteſt: vel ſi ex fragilitate ſubeſt periculũ male implẽ-
g di g. Olim bulla cruc. cõcedebat cõfeſſario abſoluere à pœnitentijs nõ impletis: Nunc concedit quolibet die quindecim annos & totidem quadragenas de pœnitentijs
h iniunctis h: ſi modo præſtet ieiu-
i nium ſupererogationis i: & orationem contra infideles, & pro concordia Principum Chriſtianorum.

2 Confeſſarius qui liberare poſſet ab iniunctis, caueat prudens ne au-
k ferat pœnitentias medicinales k, quibus fragilis indiget ne facile reincidat, & vt aſſueſcat bonis operi-

l Sup.

[l] Sup. lib. 2. de pœnitentia. c. 20. §. 5. [m] ſignificat D. Thom. add. quæſtio. 25. art. 1. ad. 4. & artic. 2. ad. 2. tenet Bonauent. diſt. 20. quæſt. 2. Supplem. diſtinct. 45. quæſt. 3. Adrian. de indulgent. §. ad arg. viæ. 3. & Guillel. Pariſien. in Sacram. Aſten. libr. 5. tit. 40. artic. 5. cum Hoſtien. Bern. & Speculat. Sylueſt. §. 9. Roſel. §. 25. fauet Nauarr. de indulgen. not. 31. num. 20. hæc ſentētia eſt in praxi ſequenda vt tutior.

[n] probat Nauar. cap. 25. num. 74. & relec. de ſimon. nume. 4. Dueñas. regul. 43. ratione. 2. & regul. 186. ampli. 8. facit Bernar. Diaz. regul. 680. Maiol. lib. 4. de irregul. capit. 10. nume. 3. & cap. 3. nu. 5. fin.

[o] ita ſignificant Albert. Caietan. Ledeſ. Angel. Tabien. Armil. Petr. Soto. cit. lit. B. Nauar. not. 31. numero vigeſimo & 43. & multi recent. Theolog. quia indulgētia de iniunctis cū ſit fauor, videtur ſic ampliſ interpretanda. & cauſam iubilæi eſſe idoneam, vt Papa velit pœnitentias iniunctas commutare in eam indulgentiam. [p] ſic capit. cum ex eo. de pœnitent. & remiſſ. ait per indiſcretas indulgentias eneruatur pœnitentialis ſatisfactio.

[q] per Doct. cit. lit. M. [r] nec epiſcopus diſpenſat in lege ſuperioris niſi ex tacita commiſsione. & cauſa cognita ac probata. cit. N.

[s] Cordubenſ. libr. quinto. quæſtio. decima. col. tertia. Corol. 4. per indulgentias non liberatur à pœnitentijs medicinalibus. Bonauent. & alij ſup.

[t] Caietan. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 147. articul. tertio. ad. 2. Victor. relect. de poteſtat. ciuili. numero vigeſimo ſecundo. Soto. libr. primo. iuſtitiæ. quæſt. ſexta. artic. 8. ad fin. Syluest. lex. §. nono. verſ. octauo Nauarro in cap. non inferenda. numero ſexto. Sylua nuptial. lib. primo. numero 205. Couarruu. ſecunda part. ſponſal. capit. ſexto. §. nono. num. octauo. & in cap. cum eſſes. de teſtament. numero nono. regu. poſſeſſor. par. tertia. §. ſecundo. numero ſecundo.

[u] Aſten. titul. 40. art. 3. colum. 2. cum Hoſt. Cordub. q. trigeſima ſecunda, trigeſima quinta. contra Supplemen.

bus contra prauos habitus, & ne temere audeat delinquere ex facilitate veniæ. 2. audita generali confeſſione, quam cum magna contritione & præparatione facit vir ſpectatæ virtutis, qui præſumatur conſecuturus totam indulgentiam plenariam: debet confeſſarius imponere aliquam pœnitentiam, vt ſacramentum ſit perfectum [l]: & vt medicina tāquā ſacramenti pars ſit efficacior, & maioris meriti propter obedientiam Iudicis.

3 Conſequens indulgentiam abſque confeſsione quæ nihil exprimit de iniunctis, non debet proprio iudicio ſe exemptum putare à præcepto pœnitentiæ iniunctæ [m]. At ſi indulgentia expreſſe detur de iniunctis: quidam putant quod Papa etiam abſens vult (vt poteſt ſine cauſæ etiam cognitione [n]) liberare à præcepto implendi iniunctas [o]: licet forte eneruet indiſcrete pœnitentiales ſatisfactiones [p]. quia ſi Papa diſpenſet in lege ſua, aut præcepto hominis ſine cauſa, factum tenet. At ſane non ita præſumitur velle, vt quiſque ſit iudex in propria cauſa [q]: niſi id colligatur expreſſe ex intentione eius. Nec etiam epiſcopus intendit per ſuas indulgentias, indiſcrete ſine vlla cauſæ cognitione [r], eximere ab impletione pœnitentiarum.

4 Interdum ceſſante vno fine iniunctæ pœnitentiæ, vt eſt ſatisfactoria pro pœna temporali: manēt alij fines, propter quos obligat præceptum confeſſarij [s]: quos fines & rationes exprimit concil. Tridend. ſeſſ. 14. cap. 8. vt punitio præteritorum ſit remedium præſeruatiuum & medicina in futurum: vt exerceatur pijs operibus propter meritum: quod eſt longe præſtantius, quam liberatio pœnæ: vt ſeruetur iudici & ſententiæ illius debita obedientia: vt impleatur pars pertinens ad integritatem ſacramenti prius recepti: vt cōpatiens conformetur Chriſto paſſo per imitationem: tandem vt multiplicata cauſā, tutius & efficacius conſequatur liberationem à duris pœnis purgatorij: ſic lex ieiunij quæ reſpicit varios fines, obligat potentem ieiunare in legitima ætate: quanuis in homine deficiat vnus aut alter finis [t]. licet tunc non egeat carnis maceratione.

5 Si variæ indulgentiæ diuerſis titulis ab eodem, aut à diuerſis Pontificibus concedantur homini pro vno opere aut oratione: hic poteſt dicta ſemel oratione illa, conſequi varias indulgentias [u]. quanuis in diſpenſatione odioſa requiratur in foro exteriori, mentionem fieri de altera diſpenſatione prius obtēta [x]. At circa indulgentias, cum non cedant in præiudicium alterius aut ſcandalum, Papa memor prioris non retardaretur à conceſsione ſecundæ: nec id beneficium Principis reſtringendum eſt ſine cauſa. ſic confert Pontifex regularibus & confirmat plurimas ſimul indulgentias pro eodem opere, & qui habet varios calculos benedictos aut vnum à diuerſis benedictum, poteſt vna oratione aut opere ſimul conſequi omnia illis conceſſa. vt homo vna recitatione horarum ſatisfacit obligationi quam habet varijs titulis, ratione ordinis ſacri, & profeſſionis ad chorum, & ob plura beneficia, & quia etiam tenetur ratione voti & iuramenti. vna attritio remouendo obicem baptiſmi cum abſolutione, diſponit ad gratiam duorum ſacramentorum, & ſimul vno verbo abſoluitur homo à multis peccatis & cenſuris. nam ſi vtraque indulgentia exigat confeſsionem & communionem certo die, non debet bis in die recipere hæc ſacramenta, vt vtramque indulgentiam conſequatur.

[x] Molina. lib. 2. de primogenit. capit. 4. nume. 51. per cap. fin. de fil. presb. libr. ſexto. cum Bald. Palac. cap. per veſtras. not. 4. num. 11. Couarru. 1. Var. cap. 20. num. 8.





[y] Inf. cap. 19. T. Cordub. lib. quinto. quæſtio. 35. & vid. quæſt. 33. Nauarr. de indulgent. not. 31. numero. 37. not. 34. num. 4. & 7. & ſe refert ad not. 32. num. 47. cum Palud. diſtin. 20. quæſtio. 4. Felin. Lyra. Supplemen. diſtinc. 45. quæſt. 3. dub. 4. Diuus Thomas diſtinct. 20. arti. 3. 2. corp. & ad. 4. Angel. indulg. §. 4. Roſel. §. 14. quanuis oppoſitum dixerat Nauar. not. 15. fin. Durand. diſtin. 20. quæſtio. 4. articu. 3. Sylueſt. indulgent. §. 8. verſ. 3.

[z] D. Thomas ſup.

[a] Cordub. libro quinto. quæſt. 34 Adrian. de indulg. q. 1. ad argu. 4. viæ ad. 3. & in inconueniētibus cōtra. 4. viam Supplemen. diſtinct. 45. quæſtio n. 3. dub. tertio. & dicit cum Tho. de Argent. diſt. 20 id declaratum fuiſſe à 7. Pontificibus.

6 Dum indulgentia conceditur abſolute, & in longum tempus (quæ reputatur perennis) qui intra diem vel horam repetit opera aut orationem, poteſt eā conſequi toties quoties voluerit [y]. ſed cauendum ne tam frequenter in hora repetat, vt ridiculum videatur. multo magis iterari poteſt in die, ſi viſitantibus certam eccleſiam concedatur ad parū aut longum tempus [z]. 2. ſi dicat quoties viſitauerit eccleſiam. N. conſequatur tertiam partem remiſſionis peccatorum, quanuis ter aut millies in die vel menſe eam viſitet, nō cōſequetur omnium pœnarum indulgentiam: ſed ſecunda vice viſitans, intelligitur conſequi tertiam partem eius, quod reſiduum eſt [a].

## CAP. XVIII.

### De ſuſcipientibus.

§. 1. *Subiectum capax indulg. eſt Chriſtianus.*

2 *An excommunicato ſi cōtritione iuſtificatus ſit, proſit? quædam priuilegia valent excommunicato.*

3 *Prodeſt catechumenis.*

CAP. XVIII.

Subiectum indulgentiæ capax, eſt homo fidelis viator: præſertim Chriſtianus & ſubditus epiſcopo [a], aut alteri indulgentiā conferenti. nam clauis & iuriſdictio ſoluendi per modum abſolutionis, ad eos extenditur ad quos clauis ligandi & excommunicandi: nec prodeſt ſtatim niſi vt dictum eſt ca. 9. homini iuſto. 2. oportet vt impleat omnia opera quæ proponuntur vt conditio, ſup. cap. 10. §. 3. ſine qua indulgentia non applicatur.

2 Excommunicato non valet collatio facta beneficij [b], aut alterius gratiæ [c]: & generalis abſolutio (quam Papa ſolet ante collationem præmittere) non prodeſt in ſordeſcenti per annum [d]. ſi tamen excommunicatus accipiat Bullam cruciat. prodeſt ſibi [e]: cum concedat abſolutionē ab excommunicat. (ſicut valet priuilegium quod excommunicatus impetrat pro abſolutione eiuſdem excommunicationis [f].) & ex conſequenti hic per Bullam poteſt edere oua, & petere commutationem votorum: ſup. capit. nono ad fin. eo quod iſtorum conceſsio eſt acceſſoria, & ſequitur naturam priuilegij principalis: ſicut è contrario ſublato principali, tollitur & acceſſorium. 2. excommunicato, ſi non ſit in mora, vt proſunt ſuffragia [g], ita videtur prodeſſe indulgentia [h]: quia hic nullo præcepto prohibetur præſtare opera pro quibus datur indulgentia: poteſt enim orare in eccleſia, & recitare horas Canonicas: per quod non recipit ſacramentum, nec aſsiſtit publicis officijs eccleſiæ, à quibus excommunicatus prohibetur.

3 Indulgentia videtur prodeſſe etiam catechumenis [i], qui per contritionem cum voto baptiſmi ſunt iuſtificati: quia ſunt membrum Chriſti viuum, & dicuntur Chriſtiani, non quidem numero ſed merito, & pro illis offerri poſſunt

[a] Anton. 1. p. tit. 22. cap. 5. §. 6. Auguſt. de Anchon. de poteſt. eccleſ. Cordub. libr. 5. quæſt. 13. Nauarr. de indulgen. infr. per cap. quod autem de pæniten. & remiſſ. Aſten. lib. 5. tit. 40. artic. 3. Soto. diſtinct. 21. q. 1. art. 4. D. Tho. add. quæſt. 26. artic. 3. & opuſc. 20. de regim. Princip. lib. 1. cap. 10. & tamen dum epiſcopus concedit indulgentias ſubditis intra diœceſim, prodeſt etiam extraneis in eum locum confluentibus. Aſten. & communis. infr. cap. 32. §. 2.

[b] collationem beneficij eſſe nullam. Nauar. capit. 27. num. 21. §. 8. num. 270. §. 8. imo minor excommunicatio facit incapacem beneficij. Nauar. num. 24. & cap. 25. nume. 133. valet tamen profeſsio licet æquetur beneficio regulari. Nauar. in cap. ſtatuimus de regul. num. 25. Abbas. cap. cum illorum de ſenten. excommun. Couarru. 2. part. ſponſal. ca. 6. in princi. num. 3.

[c] Nauarr. cap. 27. nu. 22. §. 13. Caietan. excōmunic. ad fi. §. vbi ſcito. Sylueſt. excommun. 3. §. 1. verſ. 16 & reſcrip. §. 2. & 7. non valet reſcriptum à Papa obtentū per excommunicatum etiā occultè, aut per eius procuratorem. Soto. d. 22. q. 1. art. 4.

[d] ſi anno cōtinuo inſordeſcat. Nau. ca. 27. n. 10. & nu. 23. §. 16. Ant. Gabr. tom. 1. commun. ex Viuio opin. 103. Iulius Clar. in pract. Crim. q. 73. Simanc. de cath. inſtit. cap. 2. n. 9. & c. 14. n. 2. & ſequen. Cōrad. Brunus. lib. 4. de aſſertion. hæret. cap. 11.

[e] [f] ſup. cit. lit. C. Ang. excom. vlt. §. 14. reſcrip. §. 1. vbi Sylueſt. § 2.

[g] tenet Nau. c. 27. n. 18. & 36. & lib. de orat. not. 22. numer. 2. cum Hoſt. quanuis oppoſitum videtur cōmunis ſententia. Sot. d. 22. q. 1. a. 1. dub. 2. col. 12. Ledeſ. q. 23. ar. 1. & multi recent. [h] colligitur ex Nauar. not. 22. ſup. & clare not. 18, num. 14. contra Roſel. verb. indulgent. §. 14. ex eo, quod excommunicato nulla gratia valet. [i] tenet Naua. de indulg. not. 18. n. 18. not. 19. n. 10. not. 30. nu. 13. not. 31. num. 48. & bene not. 32. nu. 8. contra Anton. & Anchon. cit. A.

k Dicetur libr. de miſſ. capit. decimo quinto, miſſas his prodeſſe ex opere operantis, & ſic eccleſia per octauam Paſchæ, aut Pentecoſtes orat in Canone miſſæ pro catechumenis. & ſæpius in Lyturgia Chryſoſto.

C A P. XIX.

missæ [k] & ſuffragia eccleſiæ, cum participent communionem ſanctorum, vt de cõmuni cibo ingeſto in ſtomachum participant omnia hominis membra viua. ſed ijs non applicatur indulgentia per modum abſolutionis tanquam ſubditis eccleſiæ (quia vt non poſſunt ligari aut excommunicari ab eccleſia, ita nec abſolui) ſed per modũ ſuffragij applicatur eis abſolutio de theſauro cõmuni. ſic animabus catechumenorũ, & illorum qui ante mortem Chriſti migrarunt, & manent in purgatorio non minus applicatur indulgentia, ſup. cap. 8. quam baptizatorum animabus: omnes enim animæ iuſtæ ſunt æque extra forum & iuriſdictionem Papæ, & digni ſunt catechumeni indulgentia, cum ex illorum abundantibus ſatisfactionibus, ſicut & ex ſanctis qui fuerunt ante Chriſti aduentum, conſtet communis theſaurus, in vtilitatem omnium qui capaces fuerint.

## C A P. XIX.

## De regularium indulgentijs.

*§. 2. Religioſis etiam Societatis Ieſu conceduntur variæ indulgentiæ, vt ratione miſſæ.*

3 *Si dicant Pſalm. miſerere, vel quaſdam alias orationes.*

4 *In articulo mortis.*

5 *Prouincialis dat in viſitatione, & confeſſarius euntibus ad generalem congregationem.*

6 *Nouitij gaudent hoc fauore, & familiares, ac quidam alij.*

RElIgioſis non eſt indecens nec imperfectio frui indulgẽtijs [a], quæ conceduntur omnibus aut laicis: ſed per illas non liberãtur à pœnitentijs in capitulo impoſitis. quędam priuilegia concedit Pontif. in Bulla crucia. ſęcularibus (vt de ouis & lacticinijs veſcendis in quadrageſima) quæ merito negat regularibus & presbyteris [b], quos decet abſtinẽtię eſſe amatores. ſi tamẽ ſacerdoti vel regulari per aliud ſpeciale priuilegium aut confeſſionale concedatur veſci cibis prohibitis in quadrageſima, non reuocatur per bullam cruciatæ: ſi modo ea accepta reualidetur priuilegium. Regularibus merito Pontifices concedunt multas indulgentias & magna priuilegia [c], & ad Regulares clericos Societatis Ieſu per communicationem extendunt conceſſa alijs regularibus aut ſęcularibus [d] non ſolum ad Inſtar, ſed æque principaliter, & eadem ſæpe confirmant ex certa ſcientia. Qui regulares eligãt ſibi confeſſarium per Bullam cruc. infr. capti. 22. expedit vero quaſdam priuilegiorum indulgentias non extendi ad quoſdam Regulares [e].

2 Ijs qui profeſsionem expreſſam aut tacitam faciunt: vel qui in religione Societatis Ieſu per vota ſimplicia cum approbatione eccleſiæ fiunt ſimpliciter religioſi, conceduntur indulgentiæ magnæ [f]: 1. ſi quis illorum dicat, vel audiat miſſam

a D. Tho. add. quæſtio. 27. art. 2. Palu. diſtin. 20. q. 4. Aſten. lib. 5. tit. 40. tandem art. 5. Cordub. lib. 5. quæſt. 31. & 40. Angel. indulgẽ. §. 22. Tabi. §. 20. quod autem alij negare videntur, limitandum eſt. Nauarr. de indulg. not. 5. Soto. diſt. 21.

b dictũ eſt ca. 3. §. 6.

c vt patet ex Compẽd. Mẽdicant. & Claud. in Cõpẽd. Societ. verb. priuil. inf. cap. 24. & ſequent.

d Pius. V. in Bull. anni 71. Claud. verb. cõmunicatio. §. 2. verb. priuil. §. 7. quod immediate & ęque principaliter gaudet religio Societa. Ieſu priuileg. aliorum ordinum: maxime quia fit communicatio in omnibus & per omnia. quod eſt valde amplum, vt aduertit Horat. Mandoſius. tract. de priuileg. adinſtar. quæſtio. quarta. num. octauo. & gloſſ. 8. cum Natta. conſil. 432. lib. 2. Felician. libr. de cenſur. tit. de priuileg. capit. 19. Item. 2. Pius. V. expreſſe concedit extenſionem communicationis ad futura etiam aliorum priuilegia. vt Clem. V I I. conceſsit Minor. Horat. gloſſ. 8. num. ſexto, & nono. & gloſſ. decimaquarta. nu. decimoquarto. Oldradus conſ. 300. Claud. verb. communicatio. §. 2. & . 3. (quod non aduertit Horat. gloſſ. quinta. num. 66.) Extenditur. 3. ad aliorum priuilegia quæ non erant in vſu apud alios, aut erant conſuetudine derogata. Claud. priuileg. capit. ſecundo, & quinto. Horat. gloſſ. decima quarta. num. ſeptimo. gloſſ. decima quinta. à num. 42. 49. 55. 66. & quæſtio. ſeptima. citat Patrem ſuum Quintil. Mandoſ. in cacellar. regul. 22. q. 10. Extenditur. 4. vt gaudeat priuilegijs ſororum Mendicant. Horat. quæſtio. quarta. nu. ſexto. cum Natta. cõſ. 432. li. 2. ſed olim Minores non fruebantur priuilegio Monialium: nec Moniales S. Claræ, priuilegio Minorum, quæ tamen iam communicantur illis per conceſſionem Bonif. V I I I. & Xiſt. IIII. Horat. cum Bald. & Cardin. in Clemen. dudum de priuileg. §. verũ. quęſtio. vndecima. Item. 5. dũ Papa prĩuilegia Minorum confirmat, extendit eam confirmationis gratiam ad Societa. Ieſu. Horat. quæſtio. ſeptima. cum Quintil. in cancellar. regul. vigeſima ſecunda. quæſtio. decima. vide Mauar. de indulgent. not. vigeſimo ſexto. numero octauo.

e ita ſunt limitandi qui negant indulgentias, id eſt, priuilegia valere Religioſis. Albert. diſtinctio. vigeſima. articu. decimo octauo. dubio ſecundo. Bonauentura. artic. quarto. c. & ad quartũ. Aſten. ſup. artic. quarto. fin. propendet Syl- ueſt. indulgent. §. quinto. verſ. 4. numero decimoquarto.

f de quibus late Compend. Mendican. & Claud. verb. indulgent. qui intrant Societat. in ingreſſu & morte, habent indulgent. plenar. Claud. §. 4.

g Compend.



conceptionis B. Virginis [g], ſi modo ſimul oret pro anima Leonis PP. X. id concedentis, & pro vniuerſali eccleſia. 2. qui celebrat miſſam quinque plagarum [h]. 3. qui celebrat, vel celebrare facit Romæ in eccleſijs ſocietatis Ieſu (aut ſaltem in vno altari deſignato Romæ per generalẽ pro animabus purgatorij,) liberat vnam animam [i]. Item venientibus ad primas miſſas regularium Mendicantiũ datur indulgentia triũ annorum & duorum dierum [k]. Et regularis qui celebrat in dominica vel ſolẽni feſto Chriſti, vel B. Mariæ, vel quando cõmunicat, conſequitur indulgentiam plenariam [l].

3 Si quis ex Mendicantibus dicat ſemel Pſal. miſerere, conſequitur indulgentiam plenariam. 2. ſi vnum miſerere dicat in quolibet altari, obtinet pro viuis indulgentias illius dici [m] 3. ſi in ſua eccleſia quouis die præter Pſalmũ miſerere, addat orationem pro Pontif. (Deus omniũ fidelium Paſtor, vel omnipotens ſempiterne Deus miſerere famulo tuo) lucratur omnes & ſingulas indulgẽtias conceſſas eccleſijs & locis totius orbis [n]. 4. qui in ſua eccleſia, vel alia vbi pro tẽpore ex obedientia eſſe contigerit, ante altare maius quinquies deuote dixerit Pater noſter & Aue, conſequitur indulgentias ſtationum Romæ [o], ac ſi viſitaret omnes eccleſias & ſtationes Romæ. & præter hoc conſequitur indulgentias quotidianas quæ conceduntur viſitanti eccleſiam regularium [p]. infirmus poteſt hæc recitare in cella aut lecto [q], & impeditus neceſsitate aut itinere, ſatis eſt alibi dicere orationes [r]. 5. ſi dicat quinquies Pater & Aue, & ad finem vtriuſque gloria Patri, orans pro felice ſtatu eccleſiæ: & ſextum Pater & Aue, pro intentione concedentis, cum gloria Patri, vbicunq; conſequitur indulgẽtias Vrbis [s], & Ieruſalem, & ſancti Iacobi in Compoſtella, & quæ datur ſecunda die Auguſti viſitanti eccleſiam S. Mariæ de Portiuncula. ſed hanc indulgentiam (quæ præ multis eximia eſt & cum magna cauſa conceſſa) ſecundum quoſdam lucratur ſemel tantum in die [t], & licet Leo. X. hanc conceſſerit anno. 6. Pontificatus vt ait Sup-

g Compend. Mend. indulg. plen. quo ad fratres. §. 18. & . 19. Claud. §. 14.

h Paul. 3. Minor. vi. voc. habetur in Ara cœli.

i Paul. 3. conceſsit confraternitati Orphan. de vrbe anno. 47. & Hoſpitali S. Rochi, confirmaturq; per Pium. IIII. Iul. III. Pauli IIII. pro monaſterio catechumenorum de vrbe vt qui Romę in illorũ eccleſia celebrat, liberet vnam animã à purgatorio. videtur non communicari Societati niſi in vno altari, quod à Generali deſignetur Romę.

k Cõpẽd. Minor. indulg. quo ad ſęcul. 5. §. 28.

l Claud. §. 5. vid. etiam §. 14. & . 20. idẽ Leo. X. anno. 1515. Cõpend. indulg. plenar. quo ad fratres. §. 6. 10. 12. cum Supplem. fo. 42. conceſ. 133. hęc poteſt applicari defunctis quia data eſt anno. 3. Pontif. Claud. §. 7.

m Claud. §. 13. & coniũgatur cum. §. 17. conceſsit. Xiſt. IIII. habetur Romæ in conuentu de la Paz.

n Claud. §. 12. & 17. idem dedit Innocen. IIII. congrega. Caſsinen. anno. 1492. vid. Compend. verb. cõmunicatio. §. 6. Supplem. fol. 101. conceſ. 402. quod dicens orationem, Deus omnium fideliũ paſtor, habet indulgentiam. 100. dierum toties quoties Eug. 4. Minor. addit Innoc. IIII. quod confirmat Alexan. VI. & Iul. II. in priuil. manuſcrip. quod regularis viſitans ſuã eccleſiam principalem, vel annexam vel ſubditam, recitans ſemel Miſerere, flexis genibus, aut qui neſcit, quinquies Pater & Aue. & pro Papa concedente, Deus qui inter Apoſtolicos. conſequitur omnes indulg. Romæ & totius orbis. impedito vero, ſat eſt dicere ſemel Pater & Aue. ſi nec id poſſet, ſufficit ſola intentio. hæc applicari poteſt pro defunctis.

o Claud. §. 2. Supplem. fo. 104. declarat ſtationes. & fol. 115. §. ſequũtur ſtationes. Iul. II. Ciſtercienſ. Caſtellæ in illorum priuil. 29. nu. 6. conceſsit vt ij vel illorum Donati & officiales eligant duo, aut tria altaria ſui monaſterij vel alterius eccleſiæ: quæ ſi viſitent diebus ſtationum conſequentur eaſdem indulg. Not Cõpẽnd. Mend. in prima impreſſ. verb. indulgen. quoad fratres. not. 2. & in. 2. impreſſ. not. 7. falſo reſtringit cõcedi indul. ſtationũ: & nõ aliorum locorum Romæ. Fr. Manuel. §. 8. nu. 6. At concedi etiam plenarias, Manuel cum Cord. q. 41. cont. Nauar. hãc Onuphr. poſt comment. in Platin. fecit tract. de ſtationibus vrbis Romæ, & probat ex Tertul. libr. de coron. milit. li. 2. ad vxorem. & in apologet. & de orat. & lib. de ieiun. ſtationẽ fieri die dñico per tempus inter Paſcha & Pẽtecoſt. ob gaudiũ: quãdo nefas erat in dñica ieiunare, aut geniculis adorare. ſtatio dicitur actus, quo Chriſtiani ſtantes orabant in Baſilica aut ſepulchro Martyrũ, ſicut dicuntur milites ſtationarij qui ſtãtes ſtationẽ & excubias ad præſidiũ faciebãt. qui modus orationis diſtinguitur cõtra orationem flexis genibus, & abiectione ſuper terrã. de quibus Tertul. libr. ad Scapulam. & lib de coron. milit. Clem. Alexan. lib. vlt. Strom. Orig. ho. 4. in Num. Cypri. de orat. dominica. ſtamus ad orationem. & qui ſcripſit acta Dãmaſi Papa Anaſthaſ. Bibliothechar. in vita Hilarij Pap. ſed ſtationes poſtea S. Greg. I. limitauit certo numero per quoſdam anni dies. & ſeq. Pontif. adiũxerũt quaſdã litanias: fr. Manuel. §. 8. n. 2. Onuphr. ſup. Ioan. Diacon. lib. 2. de vita Greg. & Petrus Mallius. lib. hiſt. ſacræ. Die ſtationũ fit proceſsio in hãc aut illam deſtinatã eccleſiam: quę poſtea per quoſdam Pont. mutatæ ſunt ab eo indice quẽ ex Greg. I. refert Ioã. Diacon. lib. 2. Bonif. VIII. cõfirmauit indulgentias ſtationum.

p Supplem. fol. 115. §. ſequuntur ſtationes Claud. §. 12. 23. 24. 26.

q Compend. Mendic. verb. indulg. ſtatio. quo ad fratres. §. 8. infirmi. §. 3. Claud. indulg. §. 2. & . 6.

r Claud. §. 2. cum Supplem. & Monumen.

s Claud. §. 3. ſed Innoc. VIII. in Supplem. fol. 40. conceſ. 131. tantũ conceſsit indulgentias Romæ, ſed Leo. X. extendit, dicendo. 5. Pater & Aue.

t Quia cõceditur cum explicatione temporis determinati, ac ſubinde ſemel tantum in eo die prodeſt iuxta doctrinam D. Tho. d. 20. Adri. de indulgen. Compend. Mendic. verb. indulg. not. 6. ad fin.

fol.

plem. Minorum. fol. 60. poſſet tamen applicari defunctis. [u]) illam vero de quinque Pater & Aue iuxta verborum tenorem & commu. ſententiã, poteſt conſequi ſæpius in die. 6. qui dixerit coronam Domini Ieſu, quæ continet. 33. Pater & Aue, vel Coronam B. Mariæ. 63. Aue, vel ſeptem Pſalmos pœnitentiales, vel officium defunctorum pro defunctis, toties quoties conſequitur plenariã indulgentiam pro ſe, vel pro defuncto. infirmo aut valde ſeni ſatis eſt dicere vnum Pſalm. vel Hymnum B. Virginis, aut Domini noſtri [x]. 7. dicens Canticum graduum habet indulgentiam plenariam [y].

4 In articulo mortis ſi pœnitens ſeu contritus dicat nomen Ieſu, vel faciat ſignũ crucis, vel caput in cœlũ leuet, vel animũ cũ Deo habeat, vel decedat confeſſus & contritus, habet indulgentiã plenariã [z]. 2. cõfeſſarius poteſt abſoluere ſemel in vita [a] & iterum in articulo mortis cum indulgentia pleniſſima regularem: & in feſto B. Catharinæ martyris: reſeruaturque pro vero mortis articulo [b]. 3. omnes indulgentias plenarias & non plenarias quę ſunt Romæ in ſingulis eccleſijs lucratur regularis in ſua eccleſia [c]. 4. ſi ante altare euchariſtiæ in ſua eccleſia fundat preces pro S. Rom. eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, & inter principes Chriſtianos fouenda pace, conſequitur omnes indulgentias etiam plenarias, ac ſi eo die viſitaret eccleſias & pia loca, quibus eo tempore concedũtur indulgentię [d].

5 Prouincialis peracta viſitatione monaſterij, vel Viſitator poteſt concedere indulgentiam plenariã [e]. 2. confeſſarius euntibus ad generalem congregationem poteſt concedere indulgentiã plenariã [f] tũc, vel infra. 20. dies ſequentes: & inſuper eunti ad Capitulum generale datur indulgẽtia vnius anni, &. 40. dierũ: eunti vero ad Capitulũ prouinciale centũ dies [g]. plurimę indulgentiæ cõceduntur ſæcularibus viſitãtibus eccleſias regularium, vel illorum ſermonem audientibus [h].

fol. 96. Cord. lib. 5. q. 34. Nau. de indulg. not. 15. ſi. ſed nos ſup. cap. 17. diximus etiam tunc perennem indulg. poſſe cõſequi ſæpius in die niſi expreſſe reſtringat. quod tandẽ ſequitur Nau. cũ Palu. Felin. & Lyra. [u] quia non fuit noua conceſſio Leo. X. ſed declaratio eius conceſſiõis quã prius fecerat anno. 3. Pontif. vt aduertit Supplem. fo. 42. conceſ. 131. ac ſubinde cõceſſio retro trahitur vt poſſit defunctis applicari, iuxta ea quæ habentur in Supplem. fo. 94. conceſ. 302. & Claud. §. 7. præſertim quia priuilegia Religionis in communi ſunt ample interpretanda, vt fauor, ex Alexand. 6. Claud. ver. declaratio. verb. priuil. §. 4. vt conceſſit Iul. II. Prædicator. in illorum priuil. p. 173. & Xiſt. IIII. Canonicis regul. ſancti Saluatoris in manuſcrip. fo. 50. Euerard. in priuil. Societ. ver. general. §. 10. dicit quando noſtri redduntur ancipites ſuper priuil. aut gratijs conceſſis vel concedendis: conceſſit Pontif. interpretationẽ fieri latiſſime ſecundum æquitatem in ſalutem animarum: non autem ſecundum iuris rigorem & Doct. ſubtilitates. & Pius. IIII. conceſſit Archiconfraternitati Caritatis frui omnibus gratijs & priuil. quæ conceſſæ ſunt alijs directe vel per communicationẽ ab anno. 3. Leon. X. die. 14. Kalend. Auguſti vſq; ad annum. 1. eiuſdẽ Pij. IIII. idque quanuis aliorum priuilegia non eſſent in vſu, aut eſſent reuocata. Compend. Mendic. verb. concil. fin. priuil. §. 33. Cord. ſup. Compend. verb. abſolutio quo ad ſæculares. 1. §. 19. facit Roſel. verb. abſolutio. 1. §. 122. 123. Euerard. in priuil. Societ. verb. priuil. §. 15. Claud. priuil. §. 11. & Clemens. VII. confirmat & de nouo concedit omnes indulg. vſque ad annũ 1527. contentas in lib. impreſſis fratrum Minorũ, ſcilicet in Supplem. Monu. & Cõpend. dicit Comp. Mendic. verſ. indulg. ſtatio. quo ad fratres. §. 16.

[x] Claud. §. 6. Compend. Mendic. verb. indulg. plenar. quo ad fratres. §. 13. & hæc poteſt communicari defunctis. addit Euerard. poſſe conſequi hanc toties quoties, ſi dicantur. 7. Pſalm. pœniten. aut officium defunctorum pro defunctis.

[y] Claud. §. 8. ex Leo. X. & Compend. Mendic. indulg. plen. quo ad fratres. §. 20. [z] Claud. §. 16. quod latius refert Euerard. §. 7. & Compẽd. Mend. verb. indulg. plen. quo ad fratres. ex Leo. X. non ſolum confraternitati Caritatis: ſed addit Confra. S. Marię de Cápo ſancto, de vrbe (vt habetur in illius erectione) vt decedens cõfeſſus & contritus habeat indul. plena. [a] ſic Sixt. IIII. Ciſtercien. (quod non expreſſit Claud. §. 15. quẽ vid. verb. diſpenſare. §. 6.) & clarius Iul. II. Innocen. VIII. Auguſtinianis, & Leo X. Cõpend. Mend. verb. indul. plen. quo ad fratres. §. 23. 24. abſolut. extraordin. quoad fratres. §. 9. & extẽditur ad artic. mort. etiã præſumptũ (in quo licite datur Vnctio) quia priuil. nõ reſtringit. ſup. c. 11. O. & c. 13. K. [b] Claud. §. 15. & ex Sixt. 4. ſicut & indulg. plena. bullæ cruc. exprimit. [c] Claud. §. 11. facit. §. 1. & 2. Xiſt. 4. & Leo. X. in Supplem. fol. 97. Compen. Mendic. indulgen. ſtatio. quo ad fratres, not. 4. & §. 7. & addit. §. 17. & Manuel. §. 8. nu. 10. quod idem Xiſt. 4. Carthuſ. conceſſit eas indulg. quas alij conſequuntur ſine manu adiutrice: ſi confeſſi viſitent altaria quæ ſunt in ambitu eccleſiæ. recitando Miſerere ante quodlibet altare. illiterati vero recitent 7. Pater & Aue. addit. §. 4. & verb. indulg. non plena. & fo. 119. §. notandum eſt inſuper, cõſequi etiã eas indulgentias quæ habent manus adiutrices: ſi dicant quinque Pater & Aue. quanuis autẽ ob proprium motum Pij. V. reuocentur indulg. cum manu adiutrice, non tamen derogatur hęc communicatio in fauorẽ Relig. Claud. priuil. §. 2. & 5. Pius. 4. Archicõfraternitati Caritatis vt cit. eſt ſup. [d] Claud. indulg. §. 11. [e] Claud. indulg. §. 10. & verb. viſitator. [fg] Claud. §. 9. & coniũgatur cum. §. 19. Compend. Mendic. indulg. non plen. quo ad fratres §. 1. [h] Claud. §. 27. item Paul. 3. Societ. Ieſu, vt prædicans poſſit concedere auditoribus: 100. dies indulgẽ. & ordini S. Hieron. in Hiſpan. in illorum priuil. tit. 12. fol. 41. prædicans in ſua eccleſia quouis die concedit annos. 18. dies. 322. ſi vero alibi prædicet annos. 18. & dies. 222. At in quadrageſi.

ſi prædicet



6 Eiſdem indulgentijs frui poſſunt. 1. Nouitij religionis [i], quia gaudent fauore propter communẽ vitam qua diſcunt ſtatum perfectionis: cum tamen in odioſis nõ aſtringantur: & in ingreſſu religionis & morte, datur indulgentia plenaria [k]. parentibus defunctis alicuius regularis etiam defuncti applicari poteſt indulgentia plenaria [l]. 2. fruuntur familiares. 1. famuli qui intra monaſteriũ ſeruiunt, & commenſales etiã ad menſam conducti. 3. medicus & tonſor monaſterij: procurator regularium, & illius ſubſtitutus: parẽtes, filij, vxores & fratres, [m] aduocati ac benefactores: conſeruator monaſterij capitulariter electus: tutor alicuius regularis & fundator monaſterij: & alij quos Generalis aut Prouincialis tanquã fratres admittit ad participationem bonorum [n]: quomodo indulgentiæ proſint etiã defunctis, ſup. ca. 3. ſi. 4. & 16. Indulgentia confratriæ corporis Chriſti pro illius feſti die requirit cõfeſſionẽ [o].

## CAP. XX.

De reuocatione indulgentiæ & priuilegij, & publicatione Bullę cruc. moderate fit reuocatio legis quando eſt irritatoria.

2 *Bulla cruc. reuocatur elapſo anno qui durante iubilæo cæpit confiteri, poteſt abſolui.*

3 *Publicatio Bullæ vel iubilæi fieri debet ab habente autoritatem. An ob notitiam priuatam poſſet quis conſequi fauorem iubilæi?*

5 *Non oportet bullam ſecum ferre: ſi inculpate amiſit, valet. olim ſatis erat conſcribi.*

6 *Quibus bulla prodeſt, vt viris etiam exteræ nationis ſi intra Hiſpaniam ſint.*

7 *Poteſt eodem anno frui duplici bulla. An poſſit in alium transferri bulla?*

EXpedit Papam interdum reuocare priuilegia [a] & indulgentias à ſe vel à prædeceſſoribus conceſſas: quia nimia indulgentia parit abuſum [b], & longo tempore habita reputatur à vulgo debita: cum tamen ſit gratia. Nunc Bullæ cruciatæ expirant finito anno: olim triennio, vel alio tempore. Donatio tamen rei temporalis quæ ſit priuilegio Principis; & præſertim ſi tranſijt in vim contractus [c], non eſt reuocanda ſine cauſa. [d] 2. priuilegium non amittit vim ante certificationem reuocationis [e] ſeu ſuſpenſionis: quare ſi ante tempus reuocetur bulla, & ignorans reuocationem elegit confeſſarium, à quo abſolutus eſt à peccatis etiã reſeruatis, valet abſolutio [f] ex præſumpta

ſi prædicet domi ſuæ fer. 2. 4. & 6. vltra prædicta, concedit annos. 138. dies. 202. & in ſumma in prædictis ferijs ſunt anni. 156. & dies. 524. Compend. Mend. indulg. quo ad ſæcul. 5. §. 6. ad ſi. [i] Claud. §. 30. [k] Claud. §. 4. [l] Claud. §. 28. ex Monum. fo. 65. & Compen. indulg. quo ad ſæcul. 8. §. 1. ſed oportet explicari per quas preces applicetur hæc indulgẽtia parentibus defunctis. [m] Claud. §. 29. cum Supplemen. fol. 99. Cõpend. Mendic. indulg. pro ſæcul. 8. §. 3. conceſſit. Iul. II. Minimis. [n] addit Xiſt. IIII. fratrib. Mendican. S. Hierony. vt de cõſenſu Prouincialis cũ conſultoribus ibidem degentibus, poſſint eligi duodecim benefactores in quolibet collegio aut cõuẽtu, qui eiuſdem Religio. indulgentijs gaudeant citra plenarias. idem Xiſt. IIII. ſub teſtimonio Cardin. S. Xiſt. anno. 1472. in tota religione eligi poſſunt. 70. benefactores qui fruantur indulgentijs etiam plenarijs. adde ex Euerard. §. 14. quod Clemen. 7. conceſſit Minor. vt ſuperior vel ſocius eius antiquior religione, celebrans. 2. vel. 4. feria pro anima, conſequatur omnes indulgen. ac ſi in altaribus Romæ priuilegiatis intra & extra muros celebraret: in quibus ſingulæ miſſæ liberant vnam animam à purgatorio.

[o] Nauarr. de indulgent. not. 18. num. 12.

CAP. XX.

[a] Syluest. [a] priuileg. § decimo. Corduben. lib. quinto. quæſtio. 33. propoſi. 2. & quæſtio. 36. [b] Concil. Lateranen. capit. 62. Trident. ſeſſ. 21. refor. capit. nono. ſeſſ. 25 refor. capit. 18. [c] quia contractum ſeruare eſt de iure gentium, & ſic tenetur etiam Papa ſeruare contractum. Palac. Rub. de donation. §. 69. num. 16. Pinel. 1. part. Rubr. de reſcin. vend. capit. 2. num. 25. Gomez. de infirm. reſign. quæſtio. prima. Anton. Gabr. tom. 1. verb. Princeps. & ex Viuio. opin. 235. [c] tom. 2. tit. de non tollen iure quæſito. concl. 5. tomo. 3. ex Balbo. conc. 321. Naua. capit. 27. numero. 73. & de indulg. not. 28. numer. 7. addit Anto. Gabr. dicto. 2. conc. 7. & Viuius quod Papa non poteſt reuocare priuilegium remuneratorium, aut quod tranſijt in contractum. [d] Syluest. donatio. 1. §. 12. [e] Domin. & Gemin. in cap. 1. numero. 8. de conceſ. præbend. in. 6. Cordubenſ. quæſtio. 36. propoſit. 3. Nauarr. de indulg. not. 31. numero 28. Tabien. indulgen. §. 29. vbi Syluest. §. 5. & lex. §. 8. gratia. 1. § 2. Angel. gratia. vbi Roſel. §. 6. [f] tenet Mant. add. quæſtio. nona. & multi recent. colligitur ex Medin. C. de confeſſ. quæſtio. 26. Frat. Medin. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. ſentit Soto. lib. 1. iuſt. quæſtio. 1. artic. 4. Caietan. verb. excommu. poſt capit. 31. fin. Cordub. lib. 5. quæſtio. 36. ad fin. & caſ. 144. facit Syluest. gratia. nu. 4. Armil. §. 6. Manuel. in Bulla. §. nono. nu. 24. verſ. 5. & num. 25. ſic valet ſententia eius qui communi errore populi habetur iudex ordinarius (præſertim ſi præceſſit titulus ſaltem coloratus cum ſcientia & patientia Principis.) Nauar. capit. nono. num. 8. cum Syluest. & Caietan. Anton. Gabr. tom. 2. tit. de probation. concl. 8. num. 20. aut ſi reputetur iudex delegatus. Anto. Gabr. num. 3. & 31. ſatiſque videtur pro titulo retinere Bullam, quam non conſtat expiraſſe: facit Nauarr. ſup. & Syluest. indulgent. §. quinto. ver. 8.

intentione Papæ: nè alias reuocatió & lex irritatoria afferat periculum illaqueandi animas ignorantium. Ab aliarum legum obligatione & pœnis (quando leges non ſunt irritatoriæ aut reuocatoriæ; & tamen de ſe obligant elapſis duobus menſibus à promulgatione g) excuſatur homo per ignorantiam inuincibilem promulgationis : aut ſi lex propter difficultates non ſit vſu populorum acceptata [h], vel non tranſijt Pyrenæos i cum fide publica & ſubſcriptione [k] quæ probent authenticè fuiſſe promulgatam. At priuilegia Religionis habent vim & efficaciam in iudicio vel extra, per ſolam ſignaturam, ac ſi ſigillo plūbeo eſſent obſignata l.

2 Bulla cruciatæ quæ ad annum concedi ſolet, non cenſetur reuocari ante expletum annum m: nec paulò poſt per hoc quod noua bulla promulgetur in Metropoli eiuſdem diœceſis, ſed in eodem oppido principali [n], vbi promulgari ſolet. imo ſi elapſo anno & paucis diebus, non promulgetur ſecunda bulla (quam conſtat paulo poſt promulgādam) fruetur quis prima bulla [o], ex pia interpretatione Pontificis & commiſſarij : quia annus vnus computatur more eccleſiaſtico, à prima vſque ad ſecundam promulgationem circiter : vt confeſſionis, & communionis præceptum

g Authen. vt factæ nouæ, colla. 5. titu. 16. in volum, Nauarr. cap. 23. num. 44. capit. 27. nume. 16. & idem ſeruandum eſſe in lege Canonica (nè Papa intendat obligare niſi poſt duos menſes à die promulgationis) declarauit Pius. V. proprio motu. Nauar. cum commu. Bartol. in l. omnes populi, numero. 37. ff. de iuſt. & iur. Turrecrema. in 4. diſtin. Perez l. 2. titu. 15. lib. 8. ordin. & in fin. Rubr. tit. quarto. libr. 1. & l. 2. tit. ſeptimo. libr. 5. ordin. Gomet. proœmio. reg. cancell. fol. 12. Anton. Gabr. to. 2. tit. de legib. concl. 4. tit. de clauſul. concl. 3. Bernar. Diaz. regul. 428. Couar. pract. cap. nono. num. ſeptimo. Alij falſo tenent legem Papæ ſtatim ac Romæ publicatur in campo Floræ, obligare totum orbem. in quo dubius eſt Syluest. lex. §. 6. Ang. §. 12. Armi. §. 11. nec Soto audet determinare. lib. 1. iuſtit. quæſt. 1. artic. 4. Frat. Medin. 1. 2. quæſtio. 90. artic. 4. ſed Caſtro. libr. 1. leg. pœn. capit. 1. Specul. coniug. in appendic. dub. 14. aiunt mox obligare etiam irritatoriam. propendet Soto. diſtinctio. 27. quæſt. 1. artic. 2. ita vt ex tunc non valeat contractus etiam matrimonij, poſito decreto irritante. ſed prior ſententia eſt vera ex declaratione Pij V. prop. mo. h bene Nau. c. 23. n. 41. 48. ſi. 62. & capit. 27. nu. 149. 249. & 271. §. 13. Apolog. de redditib. quæſtio. 2. mon. 26. ad fin. lib. de orat. not. 22. num. 5. Caſtro. ſup. Cordub. caſ. 78. opinio. 3. Syluest. lex. §. 9. cum. Pan. & Dominic. & ver. conſuetudo. §. 6. & 13. inobedientia. §. 3. Armil. lex. §. 11. Couarr. 2. Var. capit. 16. num. quinto. Anton. Gabr. tom. 2. tit. de clauſul. concluſ. 2. num. 8. 9. 16, 102. Perez. l. 2. tit. 7. lib. 5. ordin. pag. 202. Anton. 1. part. tit. 18. capit. 1. ante. §. Dried. 1. de libert. Chriſtiana. capit. 2. par. 3. Mexia. pragma. panis. con. 3. num. 18. colligitur ex Soto. lib. 1. iuſt. quæſtio. ſeptima. artic. 2. lib. 6. quæſtio. 1. art. ſexto. dum agit de monte pietatis. & lib. 10. quæſtio. quinta. artic. ſexto. de concil. Lateranen. circa beneficiarium nō recitantem. i Nauar. capit. 27. nu. 249. §. 5. de proprio motu Pij. V. contra Sodomitas & Simoniacos. & num. 271. §. 14. de lege noua quæ habet pœnas exorbitantes, quæ addit verba ad terrorem, & non intendit illaqueare conſcientias, ac ſubinde pro foro conſcientiæ reſtringenda eſt quātum verba patiuntur. Aymo. de antiquit. 4. part. capit. 2. nume. 49. capit. 3. num. 42. & in quæſtio. poſt hunc tracta. num. 25. Alciat. libr. 1. de verbor. ſignificat. num. 32. 41. cum multis. Valle conſ. 26. num. ſexto. & decimo. Bellon. lib. 4. ſupput. cap. vlt. num. octauo. contra quoſdam apud Tiraquel. trac. de mort. 2. part. declar. 2. num. 2. & quidam dubitarunt, an in Hiſpan. receptus eſſet propr. motus Pij V. cum conditio. de conſtitutione cenſus, de quo Nauarr. capit. 17. nu. 234. & ab anno. 88. interpoſita eſt in curijs Matritij, ſupplicatio Regis qua ſuſpenſa eſt vis & executio illius: nec admittitur in Prætorijs & ſenatu Regis. k ſic proprij mot. Pōtif. in fine addunt, tūc fidem adhibendam eſſe, ſi tranſſumptum ſit ſubſcriptum, & munitum ſigillo Notarij & alicuius perſonæ in dignitate cōſtitutæ. Anton. Gabr. tom. 2. commun. lib. 6. titu. de clauſul. concl. 2. §. 102. motum proprium ſubſcribendum eſſe manu Principis. Socin. Reg. ſigillis & literis ignotis. facit Trident. ſeſſ. 24. reform. cap. 20. vt reſcriptum auocet cauſam ab Ordinario, debet ſubſcribi manu Papæ. Mexia in pragm. panis. concluſ. 2. num. 18.

l Claud. in Compend. Societ. §. ſexto, & ſeptimo, ex Iul. II. Leo. X.

m vt colligitur ex principio & prope fin. Bullæ cruciat. Gregor. XIII. ab anno. 76. & ſequent. Pontif. dicit, à die publicationis vſque ad finem expeditionis eiuſdem anni. & ita reſpondit Soto de Salazar cum eſſet commiſſarius.

n ſentit Soto. libr. 1. iuſt. quæſtio. prima. articu. 4. Frat. Medin. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. Peña, Sotomaio. & alij recent. & declarat conſuetudo in praxi.

o tunc prodeſt Bulla pro tempore interdicti, eſu ouorum, & vt eligat confeſſarium qui abſoluat etiam à reſeruatis, ita anno. 82. conſulti Salmanticenſ. Doct. Moya, Vera, Sahagun. Nauarr. iunior. & multi Theolog. docti ex varijs Religion. alias enim cederet in periculum animarum : & ea eſt plana intentio Papæ bullam per ſexennium concedentis, & commiſſarij, vt qui quolibet anno, tempore publicationis accepit ſex Bullas, nullo die ſexēnij priuetur priuilegijs illius, nec vero omnes in ingenti vrbe tenentur primo publicationis die, accipere : ſed ſatis eſt intra triduum, aut hebdomadam. ſic dies artificialis pro recitandis horis eſt longior, vt à præcedenti veſpere, vſque ad ſequentis diei mediam noctem Caietan. verb. horæ. & pro matrimonio cenſetur annus ætatis. 14. quanuis deſint aliquot dies, aut menſes, ſi malilitia ſupplet ætatem. ſecus pro ordinibus ſacris, aut beneficijs.

P Dictum



obligat intra eccleſiaſticum annū, ab vno Paſcha in alterum, & habet nūc plures dies, nunc pauciores [p]. An vero aliter expiret aut ſuſpendatur Bulla cruc. quàm elapſo publicationis anno, dicetur. cap. 21. Si intra annum quo bulla durat, cæperunt tractari cauſæ, poſſunt perduci ad finem cauſæ ſic pendentes [q]: ſicut ſi conſeruator aut delegatus iudex cępit cauſām poteſt eam finire, quanuis tempus ſuæ commiſſionis expiret. Quare ſi quis durante iubilæo aut bulla, cæpit confiteri, & tamen confeſsio longa finita eſt poſt elapſum tempus, poteſt abſolui, acſi adhuc iubilæus duraret, ſi modo præſticit omnia neceſſaria: ſic enim hoc beneficium principis & fauor extendi debet.

3 Quædam requiruntur vt Bulla aut iubilæus proſit, vt promulgatio, receptio cum acceptatione intra certum locum, &c. 1. publicatio bullæ vel iubilæi fieri debet ab habente autoritatem promulgandi r, ſic enim iubilæus vel indulgentia quæ Romæ datur iubetur, promulgari in ſingulis diœceſibus aut oppidis per epiſcopum, vel alium ordinarium, aut parochum : prælatus religionis poſſet prius publicare ſuis regularibus s: 2. ſi quis pridie, aut paulo ante publicationem ſibi priuatim notam iter faciat, ſatis videtur ea notitia promulgationis, vt in itinere poſsit præmiſsis diligentijs conſequi iubilæum [t]. aut in aliud oppidum ſe conferens vbi publicatur, poſſet audita publicatione conſequi. ſępe vero concedit iubilæus, vt finito itinere u liceat præmiſsis diligentijs conſequi & abſolui : ſic enim iter faciens ſolet alibi extra diœceſim accipere bullam ibi publicatam, qua vbique fruitur : cum ſit Papæ priuilegium perſonale, quod perſonam vbique comitatur [x]: nec bulla aliud requirit quàm vt data ſtipe [y] deſignata accipiat de manu Depoſitarij per ſeipſum, aut per alium bullam ſcriptam & ſignatam. [z] Quod vero Bulla Latina addit, vt receptam penes ſe retineat : ſatis eſt vt domi licet longe nunc diſtet ab illa, conſeruet. quod ſi inculpate eſt amiſſa aut combuſta bulla, non deſinit frui illa [a]: finis enim ob quem conſeruanda eſt, explicatus in eadem bulla, ſaluatur. ne circa gratias ſibi conceſſas errare, ne ve alius illas ſibi vſurpare poſſit. At vt indulgentias grani benedicti conſequatur, oportet vt granum ſaltem alienum penes ſe habeat: nec tamē requiritur, vt ipſum digitis tāgat. Nec per bullam crucia. ſuſpenduntur gratia conceſſa ſuperiori ex Mendican. pro ſuis etiam ſubditis. olim ſufficiebat conſcribi in libro depoſitarij [b] proprium nomen ſuſcepturi bullam : atque ita fruebatur priuilegijs bullæ. vt in confratria Roſarij, ſatis eſt conſcribi nomen c: & alijs gratijs Papæ gaudent Regulares per ſolam conceſſionem viuæ vocis oraculo, etiam literis nōn expeditis d. Nunc vero vt fruatur priuilegijs bullæ, ſatis nō eſt intentio ſumendi & conſcriptio:

3 Quibus proſit, explicat bulla: nempe Hiſpanis, aut externis in Hiſpaniam confluentibus, & habitatoribus Indiarum s, niſi iniuſte bona occupauerit ex confidentia huius bullæ t. tanquam ex immediato motiuo, aut fine principali. At non prohibetur compoſitio, ſi iam decreuerat furta facere, aut ea diutius retineat: & praua fiducia remouet prohibens, & aufert ſcrupulum ac timorem, vt facilius id præſtet, & iaceat in ſtatu peccati. 2. Catechumenis fidelibus, qui ſe ſponte ſubijciunt eccleſiæ, & petunt baptiſmum, valeat indulgentiæ u, & cum his epiſcopus, aut Pontif. forte diſpenſare poteſt in votis, & admittere illorum compoſitionem de rebus incertis. 3. vt defuncto prodeſt indulgentia bullæ, ita ſi iuſsit hæredem cum conſultatione ſapientum exonerare ipſius conſcientiam, poſſet hæres pro debitis incertis iuuari bulla compoſitionis x.

4 Pro quo foro proſit hæc compoſitio? quidam y rem ſuſpectam & ſcrupuloſam putant pro duplicis argentei ſtipe, remitti quinque millia dipondia: ſic enim plus nimio defraudantur opera pia, quorum Papa non eſt dominus ſed diſpenſator, iuxta voluntatem tam primorum dominorum interpretatiuam z, quam pauperum & piorum operum, quibus lege & more debentur incerta. 2. aiunt, ſi facta compoſitione compareat verus dominus, huic concedi actionem in vtroque foro a in ea tantum bona in quibus poſſeſſor factus eſt ditior. (Hic vero ex quo cœpit per compoſitionem bona fide poſsidere, poſſet præſcribere ſeu vſucapere legitimo tempore,) nec tenetur reſtituere bona, aut illorum fructus bona fide conſumptos, ſed in quantum factus eſt locupletior. b

5 Tutius cum Commiſſario fit compoſitio pro decima parte debiti b. At ſi iam de præterito facta ſit pro duobus argenteis tutus in conſcientia eſſe poteſt c: quia nemini habenti ius certum præiudicatur, nec vllus pauperum ad ea incerta habet ius in re. & ſubeſt cauſa publica, vt expedita ſit collectio pecuniæ in ſubſidium contra infideles: & præmiſſa domini inquiſitione coram iudice d trãſferri res põt. alias de re graui diceretur fieri deceptio & pia fraus in magna eccleſiæ parte, circa has bullas quas prædicant docti & religioſi viri, & approbant experti confeſſarij.

6 Poſſeſſor rem bona fide ſic præſcriptam, aut iuſta compoſitione

p In quo eſt vera ſententia Couar. 3. p. §. 1. Angles tit. de reſt. dub. 16. Man. n. 3. q D. Tho. d. ar. 5. ad 3. Soto. d. q. 7. ar. 1. ad 3. Ledeſ. 2. p. q. 18. a. 5. f. 266. Medin. de reſt. q. 2. Bapt. ſup. Coua. reg. peccatum. 1v. p. in princ. n. 7. Fr. Medi. Sylu. Angles. Nau. c. 17. n. 25. 42. Ant. Gab. to. 2. li. 2. tit. de expenſis. Petr. Naua. lib. 4. reſt. c. 3. n. 2. & 6. D. Tho. diſt. 15. q. 1. art. 5. q. vlti. ad 2.

r Sylu. reſt. 4. §. 4. cũ Rodor. Bern. idẽ Pano. Anan. Rauen. Cou. 1. p. princ. n. 7. Polanc. fo. 61. Manu. §. 25. n. 4. fi. & citat Scot. d. 15. q. 2. Caſtro. 2. l. pẽn. c. 11. & quidam Recent. quia domin⁹ eſſet irrationabiliter inuitus qui me cogeret, rem leuẽ, aut paruam famam cum grauiori damno reſtituere.

s Bulla, de qua generaliter ſup. cap. 20. §. 6. Manuel. §. 15. num. 12.

t Ita explicat bulla, & Manu. n. 75. & tamẽ à peccatis quæ fecit ex confidentia bullæ licet abſoluere per illam. ſup. c. 13. u ſup. c. 18. & 20. x inf. c. 37.

y z Quia vix eſt. 70. pars debiti Sylu. reſti. 8. §. 8. fin. cum Anto. alios citante. 2. p. titu. 2. c. 6. fin. negat licere quando dubium eſt an debitor poſsit reſtituere totum. Soto aliquantulum obmurmurat, & plus Ledeſ. & quidam Recen. Naua. c. 17. n. 93. valet cõpoſitio ſi non ſit indiſcreta vt remittere. 20. pro. 4. & citat Caieta. 2. 2. q. 100. ar. 1. ad. 7. vſurarius non manet tutus in cõſcientia qui cum Papa componit 15. pro. 4. Peña ait diuitem nõ abſoluerem pro tam parua compoſitione niſi reſtituat medietatẽ vel amplius.

a Cordu. lib. 5. q. 41. dub. 1. ante ſolut. arg. Man. & compoſitionem fieri ſub conditione quamdiu dominus non apparet Couar. reg. peccatum. 3. p. §. 1. n. 5. §. 2. n. 4. idem ait de Moſtrenco, nõ applicari per legem niſi ſub conditione, ſi dominus non appareat: (alias dominus ſine eius negligentia priuaretur iniuſte re propria) & hic eſt conſenſus interpretatiuus domini in quo fundatur iuſta compoſitio. Soto. Peña. At in foro exteriori dari actionem domino comparenti. ſic ſtricte videtur interpretandus hic actus diſpenſationis, ne cedat in præiudicium tertij noti. At falſum videtur nec receptũ in praxi. Abſolutio tamen à peccatis & cenſuris per bullã non liberat à pœnis fori exterioris.

b fatentur etiam cit. Y.

c cit. c. 33. §. 5. M. ſic Victor. ſæpe dicebat reſpectu præteritorum excuſandos eſſe homines ob probabilem ſentent. hæc vero habet bonos autores, & praxim: & in dubio eſt præſumendum pro iudice, præſertim ſupremo circa ea quæ in magna eccleſiæ parte acceptantur.

d Sic in cauſa & lite dubia tutum reddit ſententia rei iudicatæ qua poſsidet. & vt circa bona communia theſauri ſpiritualis ſatis eſt publica cauſa ex parte Papæ indulgentiam concedentis, licet parua ſit diſpoſitio recipientis. ita circa temporalia incerta, quæ pertinent ad bonum commune: & in diſtributione beneficiorum ſimplicium, licet peccauerit omittens digniores, aut concedens vni multa: ſed circa hæc bona communia factum tenet in præterito. Secundo, vt portionem quartam bonorum quæ in primitiua eccleſia aſsignabatur pauperibus, conuertit Pontif. in beneficia aut hoſpitalia, quia nullus pauperum habebat ius ad illa: ita in propoſito. 3. vt lege præſcriptionis transfert dominiũ, ita compoſitione bullæ: quando dominus negligens fuit aut ignoratur poſt diligentiam factã.

e Tandem



habitam, non debet domino poſtea comparenti e: quia reſpub. & Papa ex prædicta cauſa donare, remittere & transferre potuit dominium abſolute in poſſeſſorem bonæ fidei. ſicut ſi hic ea incerta diſtribuiſſet minutatim in pauperes, aut ſi confeſſarius ſeu epiſcopus huic poſſeſſori tanquam pauperi applicaſſet, non debetur reſtitutio domino cõparenti: nec per iudicem compellet dominus, quamuis probet Petrum res illas habuiſſe & diſtribuiſſe. ſic enim omnes intelligunt non eſſe piam fraudem f, ſed compoſitionem fieri abſque conditione, vt poſsit rem illam conſumere & donare, tanquam proprius dominus, durum enim onus eſſet quod hic obligaretur eam rem intactam cuſtodire in perpetuum. At qui imprudenter ante debitam diligentiam curauit fieri eam applicationem & compoſitionem, ſibi imputet ſi comparenti domino reddere teneatur g: quia bona fide poſſidere non cœpit nomine proprio tanquam dominus. Quæ ratio probat licitum & tutum eſſe. vt preſſus debitis incertis capiat bullas compoſitionis h: quamuis quidam docti trepident & obmurmurent i.

7 Quidam incerta iniuſte quæſita retinentem damnant mali ſtatus k, quamuis animum habeat quærendi compoſitionem: eo quod præceptum reſtitutionis, quod negationem quandam includit, obligat ſtatim eum qui poteſt. At excuſari poteſt qui breui ſperat bullam compoſitionis, aut parat adire Commiſſarium l: & eſt in ea animi præparatione, vt velit omnia reſtituere, ſi non impetret iuſtam compoſitionem: præſertim ſi adſit quædam impotentia, aut alia iuſta cauſa quæ excuſat ne ſtatim reſtituat. ſic excuſantur quidam expectantes iubilæum, aut Pontif. gratiam, vt abſoluantur à reſeruatis & pœnitentijs iniunctis, aut diſpenſentur in voto, aut in occulto impedimento beneficij habiti m, aut matrimonij contracti n: ſi modo curent breui diſpenſationem obtinere.

8 Si poſſeſſor ſit pauper pro ratione ſtatus, aut prolem & parentes habeat indigentes, curet vt autoritate epiſcopi (qui vicem Dei & ignoti domini ſupplet) fiat ſibi applicatio o, qua de non domino fiat verus dominus: aut certe id fiat per doctum & prudentem confeſſarium, aut cum conſilio alterius ſapientis. ſi tamen vir timoratus & prudens ſibi actu quodam externo p applicauit eam partem qua pro ratione ſtatus indiget, ſecurus eſt in foro conſcientiæ: cum non ſit deterioris conditionis hic quam alij pauperes, quamuis iniuſte acceperit. quo ita facto non tenebitur domino poſtea reperto ſatisfacere ratione acceptionis iniuſtæ (cum culpa ſit purgata per diligentiam & applicationem legitime factam) nec ratione rei acceptæ, in qua factus eſt ditior: quia eo facto acquiſiuit dominium rei. nec magis tenetur compenſare fuſis orationibus pro domino ignoto q. quam alij pauperes quibus ea res applicaretur.

## CAP. XXXV.

### Quando iniuſte quæſita dicantur incerta? & de caſibus. 19. in quibus inſtructio Commiſſarij concedit fieri compoſitionem.

Incerta dicuntur bona, ſi dominus poſt diligentiam quæſitus, ſit omnino ignotus: ne alias priuileg. compoſitionis cedat in præiu-

e Tandem Soto. diſt. 21. q. 2. art. 4. Mercad. lib. 6. de contrat. Sylueſt. reſtit. 3. §. 7. verſ. 5. reſtit. 6 §. 5. verſ. 1. reſt. 8. §. 4. Nauar. capit. 17. num. 93. multi Recentior. Victor. Ledeſ. quæſtio. 18. 5. fin. Fr. Medin. §. 33. Petr. Nauar. ſup. num. 50. 56. quod Peña dicit probabile. vid. Anton. Gabriel. tom. 2. tit. de ſolutio. con. 11. ſic quando votũ fuit autoritate eccleſiæ diſpenſatum, non tenetur ad illud, licet ex impotentia aut negligentia omittat implere id in quod commutatũ eſt.

f Vt quidam errant in ſimili, dicentes, quod indulgentiæ niſi concurrant multa, ſunt piæ fraudes.

g Sic temperandi ſunt cit. §. 4. A. & Caietan. 2. 2. quæſt. 62. 5. ad 3. Sylueſ. ſupr. Soto. aut ſi quis pauper non publica autor. per bullam aut epiſcopum, ſed priuata ſibi applicet rem quam tenet in indiuiduo, compelletur reddere domino comparenti. Soto.

h Cit. cap. 33. §. 5. M.

i Cit. ſup. §. 4. Y.

k Soto. lib. 4. iuſt. ad fin. Ledeſ. quæſtion. 18. 5. fol. 266. colum. 1. Nauar. cap. 17. num. 93. vid. num. 77. Manuel. num. 11.

l m Nauar. capit. 27. num. 194. §. 6. addit. Hiſpan. numer. 28. §. 2. & bene Anton. 2. part. titul. 1. capit. 5. §. 11. cum Hoſtien. titul. de Simon. Frat. Medin. lib. 1. cap. 14. §. 21. fin. Cordub. caſ. 4. & 41. Syluest. benef. 3. in princip. & §. 20. & 19. renunciatio. §. 3. fin. Tabien. benef. 3. §. quinto. Armi. §. 59. facit Perez. leg. fin. titul. 9. libro ſecundo. Ordin. quia dum facit diligentias non eſt in mora, & addit Antoni cum Hoſtienſ. quod hic pauper Simoniacus poteſt interim ſuſtentari ſtricte ex fructibus, quamuis D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. articul. 5. ait ꝙ tenetur mox renunciare. nempe quando non ſperat diſpenſationem.

n Cordub. caſ. 4. Naua. capit. 3. numero quinto lit. L.

o Caietan. 2. 2. quæſtio. 62. articul. 5. ad 3. Nauar. cap. 17. numero. 93. 171. cap. 25. numer. 122. Ang. inuentum. §. tertio. Syluest. §. 1. verſ 2. Armi. §. 1. licet ſcrupuloſe loquatur Soto. libr. 4. q. 7. artic. 1. ad 3.

p Quia ſine actu externo non exercetur iuriſdictio, nec fieret applicatio alteri. Ledeſ. epiſcopus Chiapæ in reg. confeſsio. Indiæ propoſ. 7. fin.

q Nauar. capit. 17. numero 93. & tamen Hiſpan. numer. 171. & Ledeſ. artic. 5. pag. 265. colum. 4. monent vt orationibus pro domino ignoto compenſet.

C A P. X X X V.

a Soto [a] 4.iuſtit.q.7.art.1.ad.3.Manuel.§.15.nu.9. [b] Propendet Soto.ſup. & quidam Recent.epiſcopus Chiapæ.ſup. [c] Fatetur Soto.Victor.& Thomiſ.cum Caietan.2.2.q.62.art.5.ad.3: & verb.reſti.c.4.Ledeſ.2.p.q.18.ar.5.fol.266. Sylueſt. reſtit.8.§.3.& 7. Nauar.c.17.nu.93.c.26.nu.29.fin. Frat. Alexand.lib.1.tit.3.c.15. colu. penult. cum Federic. conſ.32. Hoſtié. Anchar. Butrio.Ioan. Anani.c.cum tu.de.vſur.& colligitur ex dictis Boer. deciſ.127.n.14. Dueñas. reg.366.ampli.6. ſic qđ legatur pauperibus in communi poteſt dari fabricæ eccleſiæ pauperis. Sylueſt.Nauar. Perez.l.1.tit.2.libr.5.Ordin.pagin.81. facit Couar. reg. peccatum.3.p.§.1.nu.2.

d [d] Bulla, & ſic Trident. ſeſ.23.ref.c.1. iubet vt fructus amiſſos defectu reſidentię, reſtituat fabricæ aut pauperibus loci vbi eſt beneficium. ſed pro foro conſcientiæ, ſatis eſſet, eam partem compoſitionis, aut fructuum dare cuicunque operi pio alterius regionis: vt dare ſolet beneficiarius dum abeſt à beneficio. Nauar.cap.17.num.93.cap.25.num.115. & Hiſpan. 121.fin. Apol.de reddit.q 1.mon.77. num.3.q.3.mon. vlt. & ſignificat Sylu.Perez.& Couar.ſup.& alij cit.c.

e [e] Cynus.Anton.Panorm.apud Nauar.c.17.num.34.fin.Sylueſt.& videtur Couar. reg. peccatum.2.par.§.2.ſed oppoſitum eſt probabilius cum Nauar. Caiet.& Recent.2.2.q.62.artic.5.ad 2.Soto lib.4.q.7.art.1.ad 2.Manuel.§.15. à num.62.

dicimæ tertij. quare ſi quis nouit ſe vni ex duobus aut tribus viris debere, quem certus eſt defraudaſſe iniquo contractu, aut vſuris, non poteſt fieri compoſitio a: quia probabiliter notus eſt dominus: & debet pro ratione dubij in iſtos, aut eorum hæredes diuidere reſtitutionem. 2. quidam putant, ſi quis ſurripuit bona ex hac vrbe, nec poſt diligentiam agnoſci poteſt dominus aut hæres illius, reſtituendum eſſe ciuibus eiuſdem vrbis b: vt quædam portio contingat dño læſo. At quia tutũ eſt ſatisfieri ſi hęc incerta diſtribuantur quibuſuis operibus pijs alterius etiam regionis c: prodeſt pro his incertis compoſitio. ſed vbi pro redditibus beneficij cũ commiſſario fit compoſitio, bulla iubet dimidium decimæ (pro qua decima parte fit compoſitio debiti centum mille dipondiorum) diſtribui in fabricam aut in pauperes eius loci d vbi eſt beneficiũm.

2 Vna ex tribus cauſis acceptio fit illicita. 1. ſi turpis cauſa, ſit motiuum, vt meretrix publica, turpiter agit, ſed non turpiter accipit. 2. vt turpitudo ſit ex parte dantis & accipientis, vt ſi detur iudici pro iniuſta ſententia. 3. ex modo ſi per iniurioſum metum, aut fraudem, aut aliter intulit damnum.

3 Quod meretrici promiſſum eſt temperate, ſecuto actu turpi, datur actio in vtroque foro, quia vendidit voluptatem aut locauit operas corporis. & bulla exprimit de his non fieri compoſitionem, quia non tenetur reſtituere. ſed quia pretium fœminæ non publicæ (præſertim dum actus lege ciuili punitur, vt ſtuprum, adulterium, inceſtus, aut ſacrilegium) ſecundum quoſdam Doctor. debetur pauperibus e, nec poſt actum datur actio petendi promiſſa: quidam monent pro his fieri compoſitionem. ſed reuera non obligat. 2. in cauſa temporali, (id eſt, non ſpirituali) quod iudex accepit à litigante pro ſententia iuſta, tenetur reddere eidem danti f: quia vt vexationem redimeret ſic dediſſe videtur, nec magis transferre dominium quam in vſura. At ſi in lite omnino dubia dedit animo ſubornandi iudicem, vt pro ſe omnino ſententiam ferat, cenſetur conſors in pari turpitudinis cauſa g: ſecus ſi muneribus etiam pecuniarijs intendit amicitiam iudicis conſeruare h: quamuis in re notabili iudex prohibeatur munera accipere.

4 Si ob promiſsionem ſententiæ iniuſtæ recepit pecuniam, non debet conditionem implere, ſed pretium domino reſtituere i: quamuis quidam ob parem turpitudinis cauſam dicant diſtribui poſſe pauperibus k: ſicut acceptam pecuniam pro precibus l, quæ reſoluuntur in precium dum rogat iudicem pro iniuſta ſententia. 2. impleta conditione ſententiæ iniquæ, quidam aiunt reſtituendum eſſe domino m. At quia hic indignus eſt, aiunt alij pauperibus n: quia turpitudo opere completa eſt vtrinque. & quia iniuſta quatenus

f g [f] Soto. [g h] Sic poſſet iudex pręſumere, ne reddat donanti, ſed pauperibus. [i] Medin. C. de reſtit.q.3.cauſa.10.& q.2.ad 2. Manuel.nu.21. Nauar.cap.17.num.30, verſ.4.capit.23. num.102.ad fin.103.111. ad.15. Sylueſt. Simonia.§.20. Soto. Palud.d.15.q.3. artic. 3. con. 3. Petr. Nauar. libr. 4.reſtit. cap. 2.numer.14. Peña, & Recent. Cordu. libr. 1. q.32. dict.5.& caſ.35. quia dominus non abdicauit dominium niſi ſub conditione cauſæ ſecuturæ.

k [k] refert Medin.ſupra. & probabile ſentit Nauar. tenet Couarr. reg. peccatũ. 2.p.§.2.nu.7.fin.

l [l] Man. nu. 29. at qui bona fide rogat iudicem vt mitiget aut remittat pœnam reo, non peccat: quia intendit de his quæ arbitrio illius iura relinquunt.

m [m] Soto (etiã in ſimonia completa iubet pretium reddi domino) libro 4. quæſtio. 7.1. ad.2.

n [n] Communis. Manuel num.21.Paludan.diſtin.15.quæſtio.3.art.5.Adria. de reſtitut.quæſtio.19.Sylueſt.reſt.2.§.2.Medin.de reſtit.quæſtio.26.& 27.ad 4.Couarru.ſup. num.6. Cordub.lib.1.q.32.Ledeſ.2.part.q.18.5. fol.264. Mercad.lib.6.de contract.capit.16. Nauar.cap.25. numer. 12. & in extrauagant. de Datis pro gratia. not.9.numer.15.not.32.num 46. At cap.17.num. 30.& 95.excuſat iudicem à reſtit. pretij pro iniqua ſentent. vtili, ſicut & pro alia cauſa turpi: quia iure non fit incapax, vt acquirat à ſponte dante (vt de ſimoniæ mentalis pretio) quod affirmant quidam Recentiores.

o Soto



o [o] Soto lib.5.q.8.3.Caietan.2.2.q.71.3.Nauar.c.25.num.28.§.2. Manuel. nu.24.Sylueſt.aduocat. §.10.vbi Caietan.Ang.Tabien.Armi. Alcoc.c.26. Anto.3.p.tit.6.c.2.§.5.c.3.§.7. Pelag.2.de planct. eccle. colu.35. Matienz. dial. relator. & aduocati: Perez. leg.2. col.7.fin.tit.19.lib.2.Ordin. l.4. col.2.tit.19.li.8.

p [p] Bulla & Manuel. nu. 25. de teſte: Nauar.c.25.nu.41. Soto lib.5.q.7.ar.1.D.Tho.2.2. q. 70. de Tabellione. Nauar.num. 52. Sylueſt. Caiet. & Sũmiſt.ver. Notarius.Fr.Medin. lib. 1. c. 16.§.5.

q [q] Nauar.c.17.num.30.& ſeq.

r [r] Affirmant multi Recentior.& Peña.

s [s] Quia bulla excipit. Man. nu.27. vid. Nauar. de Dat. pro gratia. not. 9. num. 14. pretium vero ſimoniæ niſi ſit completa in ordine aut beneficio, poteſt retinere. Nauar.c.23.num.103.& ſeq.c.25. nu.113. cap.27.num.106.vid cap.17.num.32.

t [t] Soto.lib.9.iuſt.q.7.ar.3.ad 4. Angel.reſtit.§.8. Victor.Mant.Sotomai.Peña. Cueuas.& communiter Magiſtri. Caietan.2.2.q.187.artic.5.Fr.Medin. lib.1.cap.14.§.35.Nauar.apol.de reddit.q.1.mon. 34.& q.2.mon.25.nu.1.nec reuera differt.cap.17. num.107.contra Manuel.num.49. cum Adrian.de reſtit.q.15.

u [u] Alex.4.p.q.86.m.3. Adrian.Medin.C.de reſtit.q.2.fol.7.Soto ſup.& tract.in cauſa pauperum.c.9.10.fauet Chryſo.hom.37.ad popul. Victor.Mant. Peña & Recent. 2.2. q. 100.5. ad 4. Manuel num.48.

x [x] Soto.Frat.Medin.Caietan. Victor.Mant. Peña.ſup.

y [y] Nauar. apolog. q.1. mon.28.capit.17.numer.107.dicit commun.addit. Caietan. qui finxit morbum & plagas vt prouocet ad eleemoſynas, non peccat mort. licet poſſet labore victum quærere, ſed eſt ocij amicus. imo & diues vt ait D. Thom. poſſet peregrinari mendicans ratione humilitatis & pœnitentiæ iniunctæ, nec tenetur reſtit. Soto contr. Sotum Maior. & Meneſes.

z [z] Cordub.caſ.98. Manuel.num.51.fin.

a [a] Vt de ludo Aleæ, teſſeræ & tabularum putant etiam pro laicis fieri per leges ciuiles Imperatoris inhabilem vt acquirat dominium, vbi leges nõ ſunt conſuetudine derogatę. D.Tho. 2.2. q.32.ar.7.ad 2. (vbi vid. Bañes) & in 4.d.15. q.2. ar.4.Richar. ar.5. q.8.Palud. q.3. art. 5. Abulenſ. Matth. 6. q. 56. Anto.1. p.tit.1. c.23. §.3. Arm. ludus. §. 4. & ſpecialiter de clerico in ſacris, aut beneficiario (quia expreſſius prohibetur ſub mortal. ludere aleis notabilem quantitatem. c.clerici.2.de vit. & honeſt. c. epiſcopus.35 d.vbi Turre. q.1. quod renouat Trid. ſeſ.22. ref.c. 1. Nauar. c. 19. num.9.) quod teneatur lucrata reſtituere pauperibus; aiũt Nau.ſup.& apol.de reddit. q.1.mon.27.Syl.ludus. §.11.& 13. Stepha. Aufrer.de ludo.ar.3.n.7.Pariſ. de ludo.nu.31.Baptiſt.de ludo.q.10. B.Bernardin. de reſtit.ſer.37.ar.2.c.3.& refert Alcoc. de ludo.c. 26.& ſeq.Manuel in bulla.§.15.num.45.

b [b] Bañes.Alcoc.Fr.Medin.lib.1.inſtruc. cap.14.§. 28.Ludou. Lopez.2.p.c.33.Soto lib.4.iuſt.q.5.art. 2.Peña & commun.Recent.

c [c] Doct. ſup.

d [d] Soto.ar.2.col.10. Fr.Medin. Ludou.Lopez.ſup. Manuel.nu.32.Couar.reg.peccatum.2.p.§.4 num. 8.Recent. quia ius repetendi ex lege partim datur in pœnam ludi prohibiti non tam in fauorem perdentis, quam in odium ludentium. Couar.d nu.8.& n.1.& 3.Med.C.de reſt.q.22.f.71. pœna autem nõ debetur in conſcientia ante iudicis cõdemnationes, & ea actio repetendi datur etiam extraneo. ſi tamẽ alter iniuſte lucratus eſt, vt per fraudem, aut quia inuitum coegit ad ludum, liceret clam compenſare Ludouic.c.35.Manuel.nu.35.fin. & conſtat ex generali doctrina Nauar.c.17.num.112.& ſeq.

eſt efficax & vtilis ſententia, non minus profertur ex officio iudicis, quam iuſta ſententia: ac ſubinde pro his facienda eſſet compoſitio: 3. de aduocato patrocinium iniuſtum ferente quando clientulus iniuſtitiam nouit o, & de teſte iniquo & tabellione, alijſque miniſtris iuſtitię iniuſtam cauſam fouentibus p, tutius eſt vt pauperibus reſtituant pretium iniqui officij. At qui pretium recepit vt alterius inimicum occideret, non eſt in conſcientia obnoxius reſtitutioni pretij q: quia nihil fecit autoritate publica quod gratis facere ex officio teneretur. Cæterum in his caſibus poſſet pretium retinere ex libera domini voluntate pro re vtili r: ſicut & adultera inique accipit pro iniuſta voluptate: quia lex iſtos nõ fecit incapaces. 4. iudex eccleſiaſticus non poteſt componi in pecunijs acceptis pro ſententia aut cauſa ſpirituali in ordine vel beneficio: quia ſimonia completa in his expreſſe facit incapacem s. & bulla excipit caſum ſimoniæ in diſpenſatione aut compoſitione.

5 Acquiſita per fraudem ſunt reſtitutioni obnoxia. 1. ſi quis diues paupertatem ſimulans à multis accepit tenues eleemoſynas: non tenetur ex rigore reſtituere t: quia ſubſiſtit principalis cauſa vt illi dederint nomine Chriſti: vt ſi vir doctus ficta per hypocriſim ſanctitate recepit beneficium, quod digne adminiſtrat poteſt retinere u. 2. ſi tamen fingens magnum morbum corrogauit pingues eleemoſynas. quidam aiunt reſtituendum eſſe primis dominis x: ſicut qui fingens ſe cognatum accepit ingentem pecuniam. At ſatis eſt reddi pauperibus y: quia illi intenderunt donare Chriſto in paupere, non tamen huic impoſtori. 3. habens iuſtam licentiam & ius vno anno petendi eleemoſynas per ſe vel per alios: ſi id ius locauit alteri, quidam cogunt id quaſi turpe lucrum reddi pauperibus z, aut componi pro ea re: Quæ ſententia nõ eſt certa: quia expreſſo iure non prohibetur locare, nec fit inhabilis vt pretium locationis recipiat.

6 Qui ludo fortunæ prohibito abſque fraude lucratus eſt quidam aiunt non poſſe ſibi retinere a. At nulla lege Hiſpan. aut etiam Imperiali iuris communis fit incapax vt dominium acquirat b. ſed lex in pœnam concedit actionem repetendi per iudicem intra certum tempus c: nec tamen poteſt ſine iudice clam accipere in recompenſam d. Secundo tenetur re-



e De

[e] De quibus Nauar.c.17.n.105.Soto.ſup.Couar. Alcoc.de ludo.c.14. Bañes cum D. Tho.2.2. q.32. ar.7.Abulen. Matt.6.q.56. & generaliter quis non poſsit donare, Summiſt.verb.donatio.Syl.donatio.1.§.1.Ang.don.1.§.5. & ſeq.Arm.§.3. Fr.Garcia.1.p. de contratos.c.4.& de ludo Naua.c.19.n.12.

[l] cit.ſup.§.6.D.fin. [m] l.8.&9.tit.7.lib.8.recop. quaſcunque promiſsiones, obligationes, & fideiuſsiones in ludo eſſe irritas Nauar.c.19. num.17.& add.Hiſpan.num.15.( ſed falſo citat Sotum ar.2.fin.) Caſtro.c.2.Cordub.caſ.94. Fr.Medin.& Recent. Manuel. nu.41. & ſequen. Alcoc.c.31. Couar.reg.peccatum. 2.p. §.3.nu.5.§.4.num.8.Ludou.2.par.c.54. Adrian. de reſt.q.12.

ſtituere ſi quid notabile lucratus eſt ab his qui alienare nō poſſunt [e], vt ſunt filij familias, ſeu ſcholares regulares, vel minor pupillus & coniugata (poſſet vero eiſdem reſtituere damnum [f]) aut in Caſtella ſi à milite quādiu eſt in bello in regis ſeruitio tabulis, aut teſſera lucratus ſit [g]. aut ſi ludere nolentem incitauit inuitum vt luderet metu infamiæ [h]. cum tamen filius familias [i] aut ſic inuite tractus [k] lucrum retinere poſsit ab alio ſtatum illius ſciente: quia hic contractus periculi (cui vterque ſe exponit in lucro vel damno) claudicare poteſt in fauorem minoris. ſi vero ſtatum neſciebat poſſet clam compenſare damnum ſibi illatum à filio familias [l]. 3. iure communi qui ſub fide credita amiſit ludo etiā licito poſſet tuta conſcientia non ſoluere [m], licet chyrographo aut pignore dato fateatur ſe debitorem quia poteſt ſe eximere exemptione & priuilegio legis. conſuetudo tamen interpretatur, vt alter retinere poſsit ſolutum ſponte etiam à milite [n]. quia ſoluens, tacite renunciat priuilegio legis: & vult ſeruare promiſsionem & contractum iure naturæ & communi obligantem. Qui amiſit ſub iuramento ſoluendi, tenetur ſoluere [o]: poteſt tamen ſoluta repetere [p]: aut relaxato per epiſcopum iuramento abſque citatione etiam partis, non ſoluere [q]. 4. ſi per fraudem contra legem ludi lucretur [r]: ad quam reducitur nimius exceſſus peritię & dexteritatis

[f] Alcoc. de lud.c.18. Manuel.nu.34. vt ex cauſa depoſitū redditur fieri deponenti. Nauar.c.17.nu.29. etiam recuperato pretio rei furtiuæ quā bona fide ab illo emeram. Caiet. verb. furtū. Armi. §.4. Peña & quidam Recent. 2.2. q.62.a.5. Soto lib.4. q.3.ar.1.vid.Pet.Nauar.lib.3.reſt.c.4.n.200.lib.4.c.2.nu.19. ſed communiter male lucratum à filijs familias reddendum eſt parenti; & res furtiua, domino: ſed monito fure ne iterum reſtituat. Soto. Pet. & Nau. idem Anto.Gabr.Caiet.d.ar.5.Syl. Angles de reſt.

[g] l.1.& 7.tit.10.de los tahures.li.8.ord.& l.10.& 11.tit.7.lib.8.Recop.Alcoc.c.29.& Soto li.4.q.5.a.2. Manuel nu.45.obligant reſtituere militi intra Caſtellam tantum, quando eſt actuale prælium: qui caſus quia raro incidit non derogat legi per nō vſum. ſed non obligat in Aragonia quæ non ſubditur legibus Caſtellæ. facit Nauar.c.19.nu.13.concedit tamen cum milite ludere duobus argenteis ad oſculenta, vel crumena, nō quidē taxillis, ſed aleis.

[h] Bañes & Recent.cum Caiet. & D.Thom.q.32.ar.7.Soto.ar.2.Couar.nu.7. Caſtro lib.2.leg. pœnal. cap.2.verſ.3. Alcoc.c.21. con.4. Fr.Garcia.2.p.c.19.Fr. Alexan. lib.2.tit.3. cum Bald.rub. C.de cond.ob turp.cauſ. Dominic.c.epiſcopus.35.d. Fr. Medin.lib.1.c.14.§.33.Nauar.c.19.nu.12.Manuel §.15. nu.39. at qui precibus etiam importunis rogat ludere, non cogit & poteſt lucrari ab eo. Alcoc. Fr.Garcia, Peña, Bañes & Recent.contr.Adrian.

[i] Nauar.nu.12.Gabr.4.d.15. q.13.dub.6. Sylu. ludus.§.17.Armi.§.9.Bañes dub.1.con.3. Fr.Garcia.Medin.q.22.Sarmiento de reddit.p.1.c.2.num.19.& quidam Recent. quia claudicare poteſt contractus ludi in fauorem Minoris: maxime quia finis ludi eſt recreatio, vt in ſponſione poteſt vnus triplum perdere pro vno alterius quamuis oppoſitum tenet Soto.q.5.ar.2.col.8. verſ.aliud dub. ſed cum trepidatione & variat. Anton.1.p.titu.1.c.23.§.6.

[k] D.Tho.ſignificat q.23.ar.7.ad 2.Manuel num.40.& colligitur ex cit. ſup. cum Angles & Ludou.2.part.cap.34.contra Alcoc.cap.21.

[n] Quidam limitant ſtando in iure naturę & communi Soto, Caſtro, Alcoc. At locū habet etiam in Caſtella dum ſoluit ex vi promiſſionis de ſe licitæ & renunciat priuilegio legis quod ſi forte dict.l.8. aliquando obligauit in conſcientia nequis reciperet ſolutum: eſt tamen interpretante conſuetudine ſenſus eius, vt det ius irritandi contractum & promiſsionem, ſed non vt faciat incapacem dominio acquirendo: vt de teſtamento minus ſolemni dicitur. tenent Recent. Mant.Peña, Bañes quæſtion.32.artic.7.pag.1184. Medin.de reſtitut.quæſtio.22.verſ.Corollarij. col.14. ſentit Alcoc.capit.30.dicit ſe non auſum obligare ad reſtitut. & ita tenere viros doctos, quos conſuluit. & facit capit.33.34. ſentit Couarru. §.4. numer.8.fin. ſi attente cum præcedentibus legatur. & Caſtro capit.ſecundo, quia referens dict. leg. ait contractum promiſsionis eſſe inualidum, ſed nihil expreſſit de tranſlatione dominij Nauarro capit.19.numer.17.& verbo conſultus.Pedraza in ſeptimo præcepto. §.32. Gutierrez de iurament. confirmat. capit.53. numero ſecundo. cum Auendan. ſecunda part. in prætorum.capit.nono,numero quarto. Tello in ll. Tauri, Soto vero loquitur cum formidine, non ſolum in foro exteriori, ſed interiori vt reor lex hæc obligat.

[o] Gutierrez ſupr.& commun. vt iurans tenetur ſoluere vſuras. capit.1.c.debitores. de iure iurand. Cordub. caſ.94.

[p] Omnes pro vtraque ſententia citati. Nauar. numero decimoſeptimo, & Hiſpan. numero decimoquinto, quia poteſt renunciare iuri priuato ſoluens & deinde vti beneficio legis.

[q] Nauar. Cordub. Soto. artic.2.fin. Recent. ſentit Peña vt qui metu ad redimendam vexationem iurauit dare precium, aut ſoluere vſuras, poteſt petere relaxationem: nec cenſetur præiudicium partis, vti priuilegio abrogante omne ius alterius.

[r] Eſt communis. Naua. Manuel, nu.37. vt quando dolus



dolus dedit totam cauſam contractui: qui falſis taxillis, aut chartis vtitur, aut ſibi notis, aut admonetur nutu ab inſpectore. [s] Nauar.cap.decimonono.num. decimo quinto. Medin. quæſt. 22. ſentit Frat.Medin.fol. 151. iuncto. 152. fin.Manuel. n.38. fr. Lopez.cap.35.

Cordub.caſ.71.& alij quidam obligent ad reſtitutionem capientes ligna etiam de proprio oppido. niſi capiat modicum quid pro neceſsitate Nauarr. cap.17.num.122. [d] Nauar.cap.17.num.125.& ſequent.Manuel.num.60.Cord.caſ.120.

ignotus colluderi [s]: nam ſi nouit, cedit iuri ſuo [t], vt qui ludit cum filio familias noto. 5. quidam aiunt lucrata ludo à beneficiario obnoxia eſſe reſtitutioni in pauperes [u]. ſed probabilius eſt retineri poſſe [x]: quāuis beneficiarius peccet prodigens in vſus profanos & luxum. In his fiet cōpoſitio ab his, qui volunt tutiorem ſententiam ſequi [y].

7 De illo qui damnum intulit indulgens venationi prohibitæ. 1. lex quæ prohibet venationem aut piſcationem certi temporis aut modi [z]; aut in nemore certi domini non concluſo, non obligat reſtituere [a]. 2. ſi in nemore concluſo occidit animalia, vt cuniculos, aut feras, vel columbas (niſi à columbario diſtent per leucam) tenetur domino reſtituere [b]: 3. ſi incidit ligna priuati nemoris concludi: niſi conſuetudo interpretetur permitti ſub reatu pœnæ, ſi capiatur [c]. 4. ſi dum venatur infert damnum ſegetibus aut vineis, quas equis conculcat [d]. aut cuſtos gregis ſinit paſcere ſegetes, aut vineas alienas [e]. 5. in venditione, ſi fraus facta ſit & defectus ignotus ſit emptori [f]. 1. in ſubſtantia rei venditæ. 2. in quantitate, numero aut pondere & menſura: vt ſi tabernarius ſolitam vini menſuram decurtet [g], aut limphatum pro mero vendat (ſecus ſi in muſti decoctione addatur vtilis aqua: ſicut & argentarius pro ratione ponderis addat ligam ſolitam argento [h].) 3. in qualitate tolerabilior eſt ignorantia defectus, quando iuſto pretio venditur res de ſe vtilis emptori [i]. eadem fraus interdum accidit ex parte emptoris decipientis [k]. & generaliter in omni contractu iniquo, & vſurario fraus inducit reſtitutionem [l]. In his ergo ſi dominus ignoretur, curanda eſt compoſitio [m].

## CAP. XXXVI.

### Et circa bona beneficijs annexa & de Moſtrenco.

QVædam bona dicuntur ſpiritualia, eo quod ſint annexa titulo ſpirituali vt beneficio. in quibus male perceptis ſecurior fit compoſitio & remiſsio per Pontif. [a] quia ab eo pendet horum diſpenſatio, non autem à ſæcularium etiam patronorum interpretatiua voluntate. i. ſi habens verum titulum impeditur ab acquiſitione fructus futuri: vt ſuſpenſus à beneficio [b], aut iacens in excommunicatione denunciatus & contumax [c]: ſi non

[t] Med. Nauar. Ludou. Manuel.contra Alcoc. cap. decimo nono.

[u] cit. §.6. A. Naua.ca.19. num.9. cum Sylu. ludus §.11. quia putat beneficiariū non eſſe dominum redditus ſuperflui, ſed de iuſtitia deberi pauperibus.

[x] Sarmiēt. in defenſione de reddi. contra Nauarr. Soto. Couarr. & commun.

[y] Manuel. num.46.

[z] Nauarr. cap.17.à.n.120. Soto.4.iuſt.quęſt.ſexta. artic. quarto.Medin. de reſt. quæſtio. 12. Manuel.nu.52.

[a] Manuel.num.54.Nauar.num.128. Sylu. & ſummiſt. ver. venatio. [b] de columbis.l.7.8. lib.7.recop. Nau. num.128.cum Mai.Medin.Manuel. num.55. Soto.lib.4.quæſtio.5. artic. 4. Perez. l.40.tit.19.lib.8.ord.Cord.caſ.119. ſed falſo caſ.121.propendet quod vltra leucam occidens tenetur reſt. ſed ipſum non obligaret, quia commun. iſtum excuſat Peña addit dicit Sotum limitandum quando fecit ſtragem columbarum: ſi tamen paucas aucupatus eſt de non cicuribus intra leucā, non obligari ad reſtit. [c] quia oppidum, Syluam. cędūam vendit priuato domino, aut donat cum eo onere: aut ſi dominus plantauit & ſepiuit, videtur conuentio, vt ligna vilia quæ tellus ſpōte profert, & conſeruat cum modica hominis induſtria & ſine illius expenſis capiant vicini pro neceſſario vſu ſub pœna, &c. Frat. Medin. Peña, Mercado, libr.5. de contract. cap.16. & quidam recent.Manuel.n.58. quanuis Soto.lib.4.quæſt.6.artic.4.Ledeſ. 2. part. quæſt.18.art.3.Frat.Medin. de reſtit. quæſtio. 12.

[e] vt exprimit Bulla & Manuel. num.52. Nauar.cap.17. num.125.& 27. 211. 227. Cord. caſ.71. cum Med. de reſtit. quæſtio.31.Soto. li.4.6.artic.5. Ledeſ.ar.4.

[f] Caietan. cum Diuo Thom. 2.2. quæſtio.77. Soto lib.6. quæſt.3.art.2. Medin q.34.Cordub. caſ.91. Syl. emptio. §.20. Nauarr. cap. decimo ſeptimo. nu.169. ca.23. num.89.Couar. reg.poſſeſſor.2.par. §.11. numer.5. Pinel.l.2. de reſcindend. vend.3.par. cap. quarto. nu. decimonono. Manuel.nu.68.

[g] Nauar.cap.17.num.169.Manuel.num.37. contra Sotum qui in caſu permittit decurtari menſuram vini aut aquam miſceri. [h] Manuel. num.74.vid.Cordub.caſ.91. [i k] citat. F. & Manuel. num.72.&.71. [l] Nauar.ca.23.num.77.& paſſim Doct. [m] Manuel.num.61.

CAP. XXXVI.

[a] Soto. lib.9.iuſt.quæſt.8.artic.1.ca.fin.Mandoſ.prax.ſignatur. tit.ſimonia. Manuel.§.decimo quinto.num.13. [b] Nauar.cap.25.nu.124.cap.17.num.94.ſummiſt.verb.ſuſpenſio.imo ſi occulte ſuſpenſus ab omni officio ordinum exercuit indigne id quod pertinet ad officium beneficij, vt parochus homicida tenetur reſignare titulum beneficij & indignus eſt vt fructus capiat. Couar.2.part.ſponſal.cap.6.§.8.num.7. [c] Nauar.ca.25.num.124.cap.27.num.21.§.10 Manuel.num.17.communis in. cap. Paſtoral. de appell. Pan. nu. decimo octauo.Hoſt.Henr.Collectar. Franc. Couar.3.Var.cap.13.num.8.verſ.12.Perez.l.1.tit.5.libr.

8.Ord.pag.174.Palud.diſtin.18.quæſtio.4. col. 2. Gabr.quæſt.2.artic.3.dub.1.Adrian.de clau.quæſt. 3. Syluest. clericus. 4.§.24 Armil.§.28 Victor.de excommunic.§.16.& multi alij quanuis textus ſolum explicat, hunc eſſe priuandum fructibus: quod quidã limitant quando fecit totum officium, vt Capellanus recitauit horas, & dixit Miſſas, quæ valent ex opere operato.

d conc. Lateranen. ſub Leon.X.ſeſ. 9.&Pius.V. propr. mot. Nauar. cap. 25.nu.122. de orat.not. 21. à num. 58.Menoch. de arbitr. li. 2. caſ. 429. numero.11. Simanc. de Cath. inſtit. c1.9. Rebuf. de priuileg. Scholar. §. 100. Sarmiẽ. defenſ. Apol.ad fin. & Fra. Medin.

recitauit horas [d], aut canonicus nõ interfuit choro [e]. in his Pontif. poteſt remittere pœnam aut diſpoſitionem legis. 2. ſi ob occultum crimen aut factum priuatus eſt ſecundum quoſdam titulo beneficij [f] 3. qui contraxit matrimonium, [g] 4. qui adeptus eſt poſſeſsionem pacificam alterius beneficij incompatibilis [h]: ſed quia nõ priuatur iure poſſeſsionis ante ſententiam, percipit fructus [i].

2 Si beneficiũ obtinuit abſq; vero titulo intruſus [k]. (vt excõmunicatus, irreg. illegitimus, aut carens gradu & qualitatibus eius beneficij [l]) oportet à Pontif. obtinere Breue per inde valere [m], (& ſic conſolidat titulum cum fructibus, ac ſi à principio titulus eſſet legitimus.) aut vt noua collatione titulus reualidetur ab epiſcopo [n]: vt gaudeat fructibus prioribus, quia reſeruantur ſucceſſori. ſic cõmiſſario concedit Bulla Latina diſpenſare etiam cum retentione. 1. reualidatione beneficij, & fructuum ex eo perceptorũ [o]: &

lib.1.cap.14.§.11. Frat. Ludouic.2.part. cap. 95. Franc.Blanco.in ſua Synodo Malacitana, & in ſuo confeſsional.Petr.Nauar.lib.2.reſtit.cap. ſecundo, num. 173. 183. 196. quanuis Soto libr. 10. iuſt. quæſtio.5.artic.6.Cordub.lib.5.quæſt. 40. dub. 2. & caſ. 186. negant tam ſtricte obligari ad reſtitutionem, ſi triduo omittat horas. contra quos Nauar. de orat. not. 21. num. 62.

e Trident. ſeſsio. 24. refor. cap.duodecimo. Nauar. capit. vigeſimo quinto. num. 123. ſummiſtæ, verb. hora. Frat. Medin. & Ludouic. ſup.

f Nauar. cap. vigeſimo tertio. num. 67. Simanc. de Cath.inſtit.vet cap.9. num. 43. Perez.l. fin. tit. nono.lib.2.ord.Couar.cle.ſi furioſus.2.part. §. 3. num.ſexto. At melius Caſtro. 1.leg. pœnal. capit. 8. libr. 2. cap. primo. Soto. lib. primo. iuſt. quæſt. ſexta.artic.ſexto.Frat.Medin.1.2. quæſt. 96. artic. quarto. Couarr.2.part.ſponſ.cap.tertio.§. 9. num. 11. 12. cap. 6. §. 8. nume. decimo ſeptimo. Caietan. veb. pœna & alij aiunt ob nullum crimen occultum amitti titulum beneficij ante ſententiam iudicis. & tamen vt pro tutiori ſententia diſpenſare epiſcopus poteſt, ita Bulla concedit commiſſario diſpenſare vt retineat titulum & fructus beneficij, facta compoſitione pro fructibus.

g per matrimonium ratum, ſi verum ſit amittit titulum beneficij. communis.cap.primo.de cler. coniugat.Nauar.cap.25.num.120.Couar.2.part. ſponſ.cap.ſexto.§.3.num.quarto.Frat. Ludouic. 2. part. cap. 106. Maiol.lib.1.irregul.cap.34. Angel. Syluest. Armil. Aymo. Gregor. Lopez. Perez. l.1. tit. 1. lib. quinto. Ord. ſed ſi initiatus ſacris contraxit de facto, non amittit, ſed venit priuandus Nauar. Gregor.l.41.tit. ſexto. P. 1. Iul. Clarus. practic. criminal. cum quo Aoton. Gabr. tom. 1. verb. beneficium. videtur Simanc. capit. 40. numero decimo tertio. Mãdoſ. cancell. reg. 3.quaſt. decima ſepti. num. tertio: cõtra quoſdam, vt Pan. Loazes, Imola, Iaſon, apud Perez ſup. Couarr. nu. quarto, fin. & videtur Soto. diſtinctio. 38. quæſtio. prima, art. primo. ad fin.

cum infamiæ ac inhabilitatis inde peruenientis abolitione, & executione ordinum non male ſuſceptorum [p]: excepto ſi completa ſimonia facta eſt in ordine aut beneficio [q].

3 Parochus vel epiſcopus ſi vltra tempus à concil. Trident. ſeſsio. 23. refor. capit. 1. indultum, non reſideat perſonaliter, non facit fructus ſuos abſque alia declaratione. & concil. vetat pro his fieri compoſitionem [r]. 2. diſtributiones quotidianæ debentur alijs qui horis interſunt.cap.1.de cleric.non reſid.lib. 6. quare qui eas amiſit, & retinet non poteſt dare pauperibus [s]: cum dominus non ſit ignotus, accreſcũt enim alijs intereſſentibus. 3. quidam negant fieri poſſe compoſitionem quando fructus male percepti ex ſtatuto alicuius eccleſiæ applicantur certo operi pio [t]: aut ſi corpus (quod vocant groſſam canonicatus) ita conuerſum ſit in diſtributiones per dies aut menſes, vt pars illius non lucrifacta ab vno, corp.

h qui ſcienter contendit retinere incompatibilia, perdit prius per capit. de multa. de præben.& ſimul.2.per extrau.execrabilis.eod. tit. Nauar.cap.25. num. 115.§.6.Dueñ.reg.71.Bernard. Diaz.pract.ca.42.Syluest.benefic.4.§.6. Armil. §. 44.Frat.Ludou.2.p. cap. 104. i quia intra aliquod tempus dubitari poteſt an poſſeſsio beneficij ſit pacifica.Nauar.de orat.not.21. num. 55. 57. contr.Sotum.lib.10.iuſt.q.5.ar.6. k l Manuel. num.16.& quo remedio vtetur intruſus.Nauar. c. 27.n.194.§.6.vt per ſimoniam completam non recipitur tit.Nauar.c.25.n.113.de illegitimo.n.117. ſi caret ætate aut qualitatibus.nu.116.&.c.17.nu. 107.ſi.Trid.ſeſ.25.reſ.ca.5. m Rebuf. prax. de gratia, perinde valere. n Nau.c.27.n.196.§.6. cum Felin.add.Hiſp.n.28.cum Pan.Soto.li.9. iuſt. q.8.art.1.c.ſi. Ang.benefic.§.44.Syl.benef.2.§.20. cum Innoc.tit.de renunt.vt ſi excommunicatus receperat titulũ ab epiſcopo. o conſulti D.Moya. & alij iuriſp.vt plene ſonat bull. quod cõmiſſarius (ſicut & epiſcopus) reualidare poſſunt titulum.ſic diſpenſat in affinit.fornicaria, vt reualidetur matrim.cont.Manuel.n.16. p q hæc excipit bulla Latin. r Manuel.n. 18. quia expreſſe Trident. vetat compoſitionem. s Nauar.cap.25.nu.123. Manuel.num.16.Trident.ſeſſ.24.refor.ca.12. Nauar.Hiſ.cap.25.num.123.133.lib.de orat. not. 7. nu.34. t cit.c.33.§.1.D.ſic aiunt pecus amiſſum ſeu



ſeu Moſtrencum eſſe omnino ante petitionem reddendum eis quibus lex applicat infr.§.quinto.

u Nauar.cap.25.num.123.& de orat.not.7.num. 35.ſic eſt limitandus vt canonici regulares habent. At apud ſæculares ſi canonicus tempore deſignato affuit in cathedrali, nõ accreſcit alijs groſſa ſeu veſtuarium, niſi dãnetur in pœnã, quod tũc eſſet excommunicatus, vel quia nunquã recitauit in eccleſia, nec domi. vid. Naua. Apol. de reddit.q. 1. mon. 79. num.tertio. Frat.Ludouic. 2. part. cap.95.Fra. Medin. lib. 1.capit. 14. §.11.

x Trident. ſeſ. 24. ref. capit. 12. & prius Ancha. & commun. cum gloſ.ca. 1. de cleric. non reſid. in 6. Nauarr. Hiſpan.cap. 25.nu.133. cum Gabr. diſtinct. 15. quæſt.8.art. 2. concl. 2. Honcal. opuſc.1.trac.

accreſcat alijs [u]. 4. Remiſsio (quam pro more ſibi mutuo faciunt Canonici in fer. 5. Hebdomadæ Sanctæ) non prodeſt in conſcientia [x]: quia pertinet ad colluſionem & inducit detrimentum cultus diuini, valet tamen remiſsio pro rebus dubijs, vt retineat groſſam [y] dum exterius videtur expleuiſſe neceſſaria: præſertim quia hæc communiter non accreſcit alijs canonicis, niſi poſtquam reus in pœnam dãnatus eſt [z].

4 In fine Bullæ iniungit Pontif. in virtute ſanctæ obedientiæ epiſcopis & eorum vicarijs, vt omnes pœnas pecuniarias applicent in ſubſidiũ dictæ expeditionis [a]: & ex nũc pro tunc ait ſic applicari & appropriari: id enim potuit Pontif. cum ſit ſupremus index, & immediatus Paſtor totius orbis. de quantitate vero pœnarum propter vitandas lites iubet ſtari dicto & conſcientiæ epiſcopi aut vicarij.

5 Pecus perditum (quod dicitur Moſtrenco) à Rege per legem regni applicatur in vtilitatem vrbis. quæ lex tantum videtur Prætori concedere actionem exigendi [b], & detentor ſi vno teſte probetur detinere pecus, debet fateri & reddere. ſi vero occultum ſit & expendit hæc aut alia inuenta in opera pia præſertim de conſilio epiſcopi aut parochi vt mos habet, manet tutus in conſcientia [c]: aut pro his facere poſſet compoſitionem. ſic in duriori tributo pro tranſuectione mercium in aliud regis eiuſdem regnum vt à Caſtella in Aragoniam debetur ſi petatur [d]; & qui ludo prohibito amiſit habet actionem repetendi [e].

6 Ius petẽdi pecus, ſeu Moſtrencum quod ex lege competebat Prætori, tranſtulit Rex in Fratres ex Ordine Mercedis, aut Trinitatis (quibus datur locus præuentionis [f],) pro Redemptione captiuorum: & quidam extendunt ad quoduis animal perditum aut aliam rem quæ pro derelicta habeatur [g]: ſi modo quæſitus diligenter dominus non compareat intra annum & diem, [h] quo frater depoſitarius retinet [h]: & vt ſemel in menſe intra eum annum voce præconis proclametur. reperto autem domino reddi debet, deductis expenſis. 2. habent hi Monachi in oppidis ſæcularem quem vocant fratrem aut ſyndicum quibuſdam priuilegijs gaudentem, cui incumbit Moſtrencum retinere in depoſito: & colligere legata, aut quæ voto aut promiſsione mandata ſunt in redemptionem captiuorum in teſtamento aut donatione: & quinque blancas [i] vt aiunt, quibus tabellio in teſtamentis exhæredare ſolet debitum in opera pia & redemptionem captiuorum: & ſeptimas conſuetas, &c. [k] 3. omnia quæ pre-

4.de diſtribut.quotid.Nauar.de orat.not.22. num. 48.& id confirmat concil.Tolet. anni. 1566. Act. 3.cap.10.Sandoual.de offic.eccleſ.6. p. cap. 17. & addit.5.par.cap.4.Trident. derogare conſuetudini oppoſitæ quæ olim excuſabat. de qua Selua. 4. p.de benefi.quæſtio.2.addit.Nauar.d.not.22.num. 50. poſtquam tamen capitulo ſolutæ ſunt diſtributiones ab alijs perditæ, poſſet huic canonico ſi pauper ſit donare: quia in hac lege odioſa & rigida verbum Remiſsio non excludit donationem.

y z Selua, & ſentit Sandoual.ſup. a Manuel. §.12.num.10. b l.6.& ſequent.tit.13.lib.6.recop.l.1.tit.12.lib.6.Ord.l.2.tit.13.lib.4.fori.frat. Medin.lib.1.cap.14.f.168.fra.Ludou.2.p.ca.2. §. igitur Ledeſ.2.p.quæſt.18.art.5.fol. 223. fin. Recent.2.2.quæſt.66.artic.5.ad.3.Petr.Nauar.lib.4. reſtit.cap.2.num.82.ſed Couar.reg.peccatum.3. p. §.1.nu. 5. has leges non putat eſſe iuſtas niſi actio illarum temperetur. c Nauar.cap.17.n.93.cd. 27.num.259.& commun. d Nau.cap.23.num. 160.Syluest.Gabella.3.§.8.n.21. Angel.Pedagium. 1.§.1.Vectigal.§.6.Socin.regul.208. verb. Gabella. Caiet.verb.vectigal. Parladorius. libell.rerũ quotid.capit. 3. num.13.Fr. Medin. 1.2. q.96.art.6.

e cit. cap. 35.§.6.c.7.

f ſic in cauſa mixti fori datur locus præuẽtioni.

g ita prædicti fratres promulgant quanuis in prima conceſsione ſolum habeatur, de lo Moſtrẽco, y la Res.

h Couarr. murmurat de tam breui tempore preſcriptione vt.l.9. ti. 15. libr. 4. Recop. ſalarium famuli expulſi preſcribit dominus triẽnio, niſi famulus intra id tempus petat. quod non prodeſt pro foro conſciẽtiæ & iure canonico, ſed negat actionem in foro ciuili, vt ait Couarru.reg.poſſeſſor.2.p.§.11.num. 3.fin.& lib.1.Var.cap.nono. num. quinto. Dueñas regul.6.&.306.Perez.l.3.tit.13.lib.3.Ord.Caſtro. 2.leg.pœn.cap.10.verſ.5.Medin.C.de reſtit.quęſt. decima ſeptima. Peña & recent. quanuis Dueñas, & alibi Perez eam legem defendant. i Mos eſt Tabellionum in teſtamen. item mando à la Merced y Trinidad para ayuda de redempcion de captiuos à cada vna, dos o quatro marauedis.

k Septimæ Hiſpaniæ quæ dicuntur, conſuetæ obligatoriæ & ordinariæ ſunt. 35. dipondia, ex quibus.10. dantur Mercedi. 15. Trinitati, 5. eccleſiæ maiori, & alia quinque B.Antonio aut Lazaro, ſi modo vnus alium præueniat. item his fratribus adiudicatur. 5. pars bonorum morientis ab inteſtato abſque hærede intra. 4. gradum, ſed deducto eo quod pro anima datur. Alij dicunt totum deberi Monaſterio Trinit.deducto quinto pro anima.item bona

bona naufragorum quæ reperiuntur in mari aut flumine abſq; certo domino. los Algarinos, & quod in dominicis & feſtis petitur per eccleſias, aut includitur in cippo eccleſiæ. l excommunicatio non confirmat aliud ius quam quod ex lege ciuili conceſsit Rex. dictis fratribus ad effectum redemptionis debentur iure, iuxta priuilegia Apoſtolica & Regalia confirmata, vſitata & cuſtodita rurſus confirmauit Philipp. II. Rex Hiſpan. & id ipſum comprobauit Gregor. XIII. anno. 1582. & per Nuncium Apoſtolicum Hiſp. obtinentur excommu. Paulinæ, vt facilius per cenſuras colligantur ea bona l, quæ pro derelictis habentur.

## CAP. XXXVII.

### De compoſitione circa legata in teſtamento.

Circa legata in teſtamento relicta. 1. ad Pontif. aut epiſcopum pertinet curare vt voluntas defuncti & teſtamentum mandetur executioni, & ſupplere elapſo anno negligentiam teſtamentarij aut legatarij: nec poteſt teſtator ab eo pio officio repellere epiſcopum a. ſi quis fecit legatum Petro qui ſimul eſt hæres, vel teſtamentarius, & tamen per annum à die monitionis per iudicem ſit negligens implere teſtamentum & alia legata, hic legatarius in pœnā negligētię priuatur eo ſpeciali legato, & applicatur pro anima defuncti b: 3. ſi quis legatarius per annū à die ſcientiæ ſit negligens in petendo legatum, aut ſi procurator pauperum, vt epiſcopus aut parochus ſciuit quædam legari operibus pijs, & tamen per annum neglexit petere: habet locū diſpoſitio huius Bullę circa legata c. 4. contra legatarium negligentem hæres præſcribit. 30. annis actionem petendi legatum d. vt præſcriptio, lege inducitur partim in pœnam negligentiæ domini rem ſuam non petentis. 5. monitione facta in ſynodo contra executores teſtamentorū negligentes intra annum exequi, eo ipſo deuoluitur ius executionis ad epiſcopum ſine alia monitione e.

2 Si legata ſint pia, ad epiſcopum pertinet executio teſtamenti, iuxta concil. Trident. ſeſſ. 22. ref. ca. 8. aut ſi voluntas teſtatoris commode non poſſit in ſpecie adimpleri, poſſet epiſcopus, cum hæredis conſenſu (qui perſonam defuncti repræſentat) alterare & commutare in caſu, eam vltimam voluntatem f. & in legato aut donatione facta eccleſiæ aut pijs operibus ante quam executioni mandentur, multum poteſt Pontif. & eius autoritas cenſetur excepta g. & multo magis ſi teſtator pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, & damnorum incertorum ſatisfactione, mandat diſtribui certam pecuniā h, aut calices in pauperes, aut etiam in virum certum, & in quoddam Monaſterium, aut Hoſpitale: quia Pontif. habebat ius in ea bona incerta, nec ei præiudicat voluntas defuncti, ante quam talium bonorum diſtributio ſit executioni mandata.

